R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
361
NAPOLI

Li 4 i 7

Digitized by Google

523517
Racc. Vill. B. 361

DE MINERALIBVS

Tractatus in Genere

IOANNIS GVIDII SENIORIS
Patritij Volaterrani I.C. ætate ſua celeberrimi,

Libri Quatuor;

In quorum I. agitur
De Metallarijs.
De Artificibus Metallorum.
De Alchimiſtis.

In II.
De Metallis.
De Auro, & Argento.
De Gemmis.
De Ferro, & Armis.
De Salinis.

In III.
De Moneta.
De Theſauris.
De rebus aureis, & argenteis.
De Ornamentis.
De Veſtibus Auratis.

In IIII.
De Publica Vtilitate.
De Priuata Vtilitate.

Opus diù deſideratum, à præclariſſimis I. C. ſummis laudibus inſignitum, nunc tandem temporis prima vice prælo diligenter ſubmiſſum, & in lucem editum.

Cum duobus Indicibus, e vnus Titulorum, alter Rerum notabilium.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDCXXV.

Apud Thomam Ballionum.

Biblioteca Nazionale NAPOLI

Digitized by Google

SERENISSIMO

FERDINANDO SECVNDO
MAGNO ETRVRIÆ DVCI
IOAN. GVIDIVS I.C. VOLATERRANVS
Fœlicitatem præcatur.

MVLTA ſunt & quidem vtilia Sereniſſime Magne Dux, quæ vel caſu, vel incuria Deſcendentium periere, ſicuti permulta tum Italiæ, tum Greciæ clarorum Virorum Monimenta, perijſſe ferunt. Huic iacturæ Eques Camillus Guidius frater meus, vir clariſſimus, & in omni virtutum, & ſcientiarum genere inſignis, occurrere ſtuduit pro viribus. Quam vis enim vti Sereniſſimorum trium tuorum Anteceſſorum per xxxvij. annos in arduis illorum, ſummisq; rebus ſeruitio iugiter addictus, & in itineribus ſæpè ab ipſis ad Reges Orbis Terrarum primarios ſæpiùs miſſus, indeq; ſumma cum laude reuerſus, ſemper tamen ſuo acri, & indefeſſo ſtudio, medio illius ingenij acumine, mira cum eruditione facultatum omnium generi, & legali etiam Philoſo-

phiæ lectioni, ac ſcriptioni vacauit. Cùmque Domi noſtræ plura à Maioribus, & Antenatis noſtris ſcripta atque conſtructa (neque vnquam ingloriè) tum ab Epiſcopo Iacobo Patruo, tum ab Auo noſtro Ioanne, quam à Franciſco Parente celeberrimis I. V. C. & nouiſſimè à Sebaſtiano fratre noſtrò in Romana Curia Aduocato adinuenerit, eademque mecum contulerit, nephas quodammodo admittere viſum eſſet, ſi ea Domi ampliùs tenebrarum caligine obducta ſineremus deliteſcere, ac niſi ipſorum Editioni Authorum nomina ab interitu vindicare, & ſimul Patriæ, ac familiæ noſtræ ſplendoris aliquid, & ornamenti decus afferre in longum ampliùs protraheremus. At dum hęc vnanimes moliebamur inopinus Camilli fratris mei obitus ſuperioribus menſibus accidit, meque licet natu maiorem optimo fratre orbatum, mærore penè obrutum, & animo prorſus conſternatum abſque eius ope, & conſilio deſtitutum dereliquit. Ne autem fraternæ, ac propriæ meæ voluntati prorſus deeſſem, conſtitui ab antiquioribus inchoandum, & præſentem Aui noſtri Tractatum Typis mandare, eo animo alacriori, quo licet innumerabilium penè Iuriſconſultorum ingenia hactenus cuncta rimarint, nullum ferè alijs relinquendo locum noua conſtruendi, nemo tamen adhuc res in hoc Tractatu contentas deſcripſit. Cumque in eo agatur de Regalibus, ac de Principum Reſeruatis, Tibi ſummo omnium Principi, cui à Deo Optimo Maximo regendi Imperio populos tam præclarè orbis partis cura eſt demandata Iure optimo conuenire ſatis ſuperque apparet. Maiores tui omnes Eruditorum Virorum fuerunt ſemper Patroni, ac Mœcenates. Pater tuus Auus, & Atauus in meam Domum

mum beneficentiſſimi extiterunt. Te propterea ſummum hæredem ipſorum Emulatorem futurum Boni omnes augurantur & ſperant. Vale. Florentiæ 4. Idus Iulij 1625.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS BENEVOLO LECTORI.

VOlaterræ totius Etruriæ antiquiſſima Ciuitas, multorum ſcriptorum, inprimiſque Marci Tullij, Liuijque teſtimonio celebris, in omni memoria clarorum Virorum fœcunda fuit, & ferax. In ijs enituit Ioannes Guidius Senior I. C. Huius Marſilius Ficinus in quadam epiſtola honorificis verbis meminit, ipſum Carneade, Ligurgoque priſcis ſeculis admirandis nominibus, iure comparans. Natus eſt anno Domini 1464. Anno vero 1530. diem ſuum obijt. Dum viueret in Amicis coluit Felinum, Bartholomæum Sozzinum, Silueſtrum Aldobrandinum, Hormannozzum Detum, Franciſcum Guicciardinum edita Hiſtoria inſignem, præcipueque Decio ſuauiſſima familiaritate coniunctus, ac ob eius eximiam Iuriſprudentiam admirabilis, cum aliquando Volaterrano cuidam Ciui ſe conſulentem dixiſset, Guidium in Patria ſe proculdubio potiorem adhibere potuiſſe. Prædicti verò celeberrimi Doctores vel eius prudentiſſimis Reſponſis ſubſcribere, vel aduerſæ parti fautores adeſſe conſueuerant. Idem Decius præſertim in Conſi. 548. Viſa Conſultatione lib.4. Ioannem Guidium clariſſimum I. C. non dubitat

appel-

Digitized by Google

appellare. Hoc idem etiam teſtatur Silueſter Aldrobandinus Clementis VIII. Summi Pontificis Pater in Add. ad Decium in cap. in præſentia ſub num. 270. Extra de Probat. Adoleſcens adhuc, quæ clariores Iuriſperiti ſuperioris ætatis ſparſim præſcripſerant, ſummo labore, ac vigilijs in ſex magna coegit volumina, quæ nunc penes Pronepotes ipſius accurata diligentia aſſeruantur, noſtro ſeculo maximè profutura, ſi contigiſſet, vt publico commodo proferrentur in lucem. In adminiſtrandis Etruriæ Ciuitatibus, alijſque publica ex autoritate nobilioribus obeundis muneribus, ætatem ſuam contriuit. In quibus ſanè non obſcuræ prudentiæ reliquit veſtigia, vt quæ apud gentiles ſuos, ac poſteros varijs in voluminibus monumenta teſtantur. Congeſſit in ordinemque digeſſit, quo nunc circumferri ſpectantur magno adhibito ſtudio, labore, ac diligentia, quæ Dominicus à Sancto Geminiano immortalis nominis Doctor Iuris Reſponſa reliquit, tametſi Ioannis Staffilei neſcio cuius præſeferant nomen, qui è Felini iam tum vita functi, cum à Ioanne Guidio familiari ſuo liberaliter accepiſſet, Bibliotheca eruta, alienæ laudis inuaſor, ſub ſuo aliàs obſcuro nomine edenda curauit. Ad multos, potenteſque Principes de rebus grauiſſimis ſæpè pro Patria Legatus, ac præcipuè ad Clementem VII. Pontificem maximum, cui fuit valdè carus, & à quo tunc fuerat Aleſſandro Mediceo Nepoti primo Florentiæ Duci in rebus Iuſtitiæ Conſiliarius deſignatus. Hic ille Ioannes Guidius, qui de Mineralibus Tractatum quatuor libris compræhenſum, quem modo damus compoſuit, opus à præclariſſimis I. C. ſummis laudibus decoratum, & præcipuè à Lelio Taurello Sereniſſimi Magni Ducis Coſmi Primi ſupremo Auditori, & Conſiliario, qui cum librum hunc perdiligenter legiſſet, maximis præcibus efflagitauit ipſius editionem, diu quidem expectatam, ob varias Nepotum occupationes. Cæterum aliquando nacti melius tempus, & otium, ſupprimendum diutius non iudicarunt.

runt. Illis itaque tradentibus è domeſticis aliquando tandem emerſus tenebris in lucem hominum prodire geſtit, ibitque dextro, vt aiunt ſydere per ora perque Bibliothecas Doctorum hominum, Candide Lector, ipſe ſi faueas. Nec deerit fauenti præmium. Ditaberis enim ſi beatum hoc effoderis ſolum, ita vt nec Indico ſuas diuitias neceſſe habeas inuidere. Lætare & vale.

DE

Digitized by Google

INDEX
TITVLORVM
QVÆ IN HOC MINERALIVM
Tractatu continentur.

LIBER PRIMVS,
De Cauſa Efficienti Mineralium. 11

DE Metallarijs. Titulus Primus. pag. 11
De Artificibus Metallorum. Tit. 2. 22
De Alchimiſtis. Tit. 3. 30

LIBER SECVNDVS,
De Cauſa Materiali Mineralium.

DE Metallis. Titul. 4. 40
De Auro, & Argento. Tit. 5. 58
De Gemmis. Tit. 6. 64
De Ferro, & Armis. Tit. 7. 74
De Salinis. Tit. 8. 81

Digitized by Google

LIBER TERTIVS,

De Cauſa Formali Mineralium. 96

DE Moneta. Tit. 9. 101
De Theſauris. Titul. 10. 138
De rebus aureis, & argenteis. Titul. 11. 153
De Ornamentis. Tit. 12. 174
De veſtibus auratis. Tit. 13. 181

LIBER QVARTVS,

De Cauſa Finali Mineralium. 194

DE Publica Vtilitate, Tit. 14. 199
De Priuata Vtilitate. Tit. 15. 204

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
QVÆ IN HOC MINERALIVM
Tractatu continentur.

A

ALCHIMIA *quid ſit, in titulo de Alchimiſtis, numero 2.* pag. 31
Alchimia quando dicatur licita, & quando illicita, ibid. nu. 3. 31
Alchimiſtæ qui fuerint, ibid. nu. 1. 31
Alchimicum aurum verum à naturali non differt, ibidem, num. 5. 33
Alchimicum aurum, vel argentum habet veram, & propriam auri vel argenti ſubſtantiam, ſophiſticatum vero habet colorem, & apparentiam tantum, ibidem, num. 5. 33
Alchimicum aurum pro naturali ſolui poteſt, non autem ſophiſticatum, ibidem, num. 7. 33
Alchimiſta ſi vendit ſophiſticatum pro vero non poteſt eſſe teſtis, ſi autem pro ſophiſticato poteſt, ibid. num. 22. 38
Pœna vendentis ſophiſticatum pro vero eſt furti, vel ſtellionatus vel falſi, ibid. num. 21. 37
Vendita re in totum ſophiſticata non valet venditio. In partem ſophiſticata valet in ea parte, in qua non eſt erratum, ibidem, num. 22. 38
Allumen ideo dictum, quia lumen coloribus affert in titulo de Metallis, numero 36. 46
Album & nigrum, ibidem, num. 37. 46
Allumen quod effoditur eſt metallum, quod autem fit ex aqua non eſt, ibidem, numero 38. 46

Digitized by Google

Argentum & Aurum eſt vel infectum vel factum tit. de aur. & arg. numero 1. 59
Argentum infectum eſt materia rudis qua uti non poſſumus ſine refectione, ibidem, num. 2. 59
Argentum factum ideſt quod in quālibet formam, ſeu ſpeciem redactum eſt, numero 3. 59
Argentum & aurum inceptum fabricari venit appellatione facti, ſi opus deſtinatum non erat remotum, vel deſtitutum, num. 5. 60
Argenti & auri appellatione non venit pecunia, niſi eſſet antiqua non currens, vel niſi Teſtator illud legans nihil aliud habuiſſet quam eiuſmodi pecuniam, ibid. num. 6. 60
Argentum, & aurum venale non venit in legato, niſi diſponens ita voluerit vel aliud non habuerit, num. 7. 60
In argenti petitione debet exprimi liga, num. 8. 60
Argenti liga probatur, vel per publicum Miniſtrum ad id deputatum, vel ſi non adſit per electum a Iudice vel a partibus, ibidem, numero 9. 60
Argenti & auri quantitas per pondus viſum, aut factum, numero 10. pag. 61
Argento ſimpliciter legato debetur liga loci, ibid. num. 11. 61
Argenti & auri ſpecies probatur per viſum, num. 12. 61
Pro Argento & Auro aurum ſolui poteſt iuxta debitam extimationem, & menſuram, ibid. num. 13. 61
Pro pondere debito iuxta extimationem ſolui poteſt, num. 14. 61
Licet in ſpecie legatum ſit pondus & licet ſpecificè ponderis facta ſit condemnatio, num. 15. ibid. 62
Argenteis vaſis oppignoratis, & in maſſam redactis in ea durat Ius hypotecæ, numero 17. 62
Argento reperto in domo vbi adſunt aliena pignora, iuxta locum vbi ſunt ſita indicantur eſſe Domini domus vel pignorum, num. 18. 62
Argentum & aurum Pupilli Tutor vendere non poteſt ſine Decreto Iudicis, numero 19. 63
Argentarius qui dicatur ex tit. de artific. Metal. num. 5. 24
Argentum vel aurum vel aliud quodcumque a flumine prædio meo adiunctum, & terræ cohæres meum dicitur ſi Dominus ignoretur in tit. de metallis, num. 48. & 49. 49
Argentum munditiam, & claritatem ſignificat, & poſt aurum metallis alijs omnibus præſtat, ibid. num. 13. 43
Argentum ab Argyro græcum iure dictum, ibid. num. 11. 43
Artifex alicuius artis dicitur qui eius artis habet ſcientiam ex tit. de artificibus metallorum, num. 7. 24

Sub nomine Artificum non veniunt vendentes, ementes, & negociatores, niſi conſuetudo ſit in contrarium, ibid. num. 8. & 9. 24
Artificem ſe eſſe aſſerenti incumbit onus probandi, nu. 10. 24
Et huiuſmodi probatio ſit per teſtes ſiue per Matriculam, num. 11. 25
Ac licet matricula probet contra negantem non autem probat pro peritia Artificis, num. 12. 25
Artificum ſub nomine, vendentes, & ementes non veniunt, num. 8. 24
Artifex qui locauit operas ſuas non tenetur de fractura operis, ſi vitio materiæ fracta ſit, ſecus ſi eius imperitia, vel ex pacto, num. 18. 26
Artificum Collegium eſt licitum, ibid. num. 19
Et poteſt condere ſtatuta ad ſe ipſum tantum pertinentia, & ſine aliorum præiudicio, ibid. num. 20. 26
Et ſindicum eligere, ibid. num. 21 27
Neque ſtatuta huiuſmodi opus habent cõfirmatione ſuperioris, ibi. nu. 22. 27
Artifices metallorum ſunt immunes a publicis oneribus perſonalibus, ibid. numero 23. 27
Artifex metallorum, ad hoc vt gaudere valeat immunitate Matriculæ quinque requiſita habere debet uidelicet quod,
1 Artifex ſit deſcriptus in Matricula.
2 Peritus in illa arte.
3 Artem illam exercens.
4 Per ſe non per alios. Et quod
5 Bonam partem ſuarum fortunarum poſitam habeat in illa arte. ibidem, num. 24. 28
Artifices metallorum egregij qui, ibid. nu. 1. 23
Artifices Metallorum qui ſint, ibid. num. 2. 23
Artificum diſcipuli non gaudent Priuilegijs Artificum, ſed in Teſtamentis, & Beneficijs gaudent, ibid. num. 25. 28
Artifex Metallorum deſerens Artem per decennium deſinit eſſe Artifex. ibid. num. 26. 29
Artifex aſſuetus obedire alicui Magiſtratui non liberatur niſi per legitimam conſuetudinem in contrarium, ibid. num. 27. 29
Artifex qui deſeruit artem poteſt conueniri ante ſuperiorem in his quæ ad artis exercitium pertinent, ibid. num. 28. 29
Artificis hæres coram Iudice Defuncti pro rebus Artem concernentibus eſt conueniendus, num. 29. 29
Artifices duas artes exercentes ambarum Priuilegijs gaudent. nu. 30. 30
Et conueniendi ſunt ſecundũ qualitatẽ, & diſtinctionẽ illarũ artiũ, nu. 31. 30
Artificis peritia non probatur ſi teſtes tantum dicant ſe vidiſſe operam, ſed oportet quod dicant ſe vidiſſe opus ab eo perfectum, ibid. nu. 13. 25
Artifices peritia probatur per teſtibus in arte peritis, ibid. num. 14. 25

Digitized by Google

Artifices puniuntur niſi iuſtè, & ſine fraude artes ſuas exercent, numero 15. pag. 26

Artifex qui dicatur ex eodem tit. de Artific. metallorum, num. 6. 24

Aurifex Aurum faciens minoris ligæ punitur pœna falſi, ibidem, numero 16. pag. 26

Aurifex vendens rem vitioſam ſcienter tenetur ad totum intereſſe ſi ignorans ad quanti minoris empturus fuiſſet, ibid. num. 17. 26

Aurum ab aura & ſplendore dictum, quia quo plus habet aeris magis ſplendet, in tit. de metallis, num. 7. 43

Aurum obrizzum a rubore dictum, & ideo magis ſplendens, num. 9. 43

Aurarij ſunt quorum fulgor ſplendidos reddit in tit. de Metallis, numero 8. pag. 43

Aurum coronarium erat quod ad Imperatoris Coronam faciendam vel ad ſubſidium expenſarum offerebatur, ibid. num. 10. 43

De Auricalco non ſoluuntur regalia, Auricalcum quaſi aurum cacon ideſt malum, quia auri colorem habet non ualorem, in titulo de Metallis, numero 25. 45

Ex ære & terra fit quæ dat colorem auri, num. 26. 45

Anuli quis fuit Inuentor ex tit. de ornamentis, num. 2. 175

Anuli appellatione comprehenditur anulus non ſignatorius, ibidem, numero 20. 178

Anulus ſubarratorius eſt a muliere reſtituendus, niſi ſit is quem ipſa vſu quotidiano geſtabat vel parui valoris inſpecta qualitate perſonæ, ibid. num. 20. & 21. 178

Aureæ litteræ ſcriptæ in membranis cedunt membranis ex tit. de reb. aur. & arg. num. 43. 173

C

Cauſa a Chaos dicta ex titulo de cauſis in genere, ibid. nu. 1. 3

Cauſa ſignificat animi impulſum, ibid. num. 2. 3

Explicationem facti, num. 3. 3

Contractum, num. 4. 3

Controuerſiam vel differentiam, num. 5. 3

Vtilitatem, num. 6. 3

Titulum, num. 7. 3

Speciem, num. 8. 3

Onus, num. 9. 3

Fructum, num. 10. 3

Accuſationem, num. 11. 3

Iuramentum, num. 12. 3

Statum

Statum eſt ius perſonæ.num.13. 3
Cauſa propriè eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud,num.14. 4
Cauſæ duæ ſunt eſſendi materialis & formalis, faciendi pariter duæ efficiens & finalis,num.15. 4
Duæ aliæ cauſæ formandi,& approbandi,num.16. 4
Cauſæ principales ſunt quatuor Cardinales dictæ, efficiens, materialis,formalis,& finalis,num.17. 4
Cauſæ ſimplici appellatione finalis intelligitur, num.18. 4
Vel proxima vel proximè coniuncta,num.19. 4
Cauſa remota occaſio non cauſa dicitur,num.20. 4
Cauſæ proprium eſt eff ctum producere,num.22. 4
Cauſa poſita datur effectus remota remouetur,num.23. 4
Cauſæ plures poſſunt ſimul concurrere,num.24. 5
Sed non debent niſi ſint neceſſaria,num.25. 5
Cauſa efficiens eſt nobilior & potentior, num.26. 5
Cauſæ efficientis definitio,num.27. 5
Et tres diuiſiones. Prima quando de aliqua forma fit alia, vel de re informi fit forma,num.28. 5
Secunda vel perficiens vel diſponens vel adiuuans vel conſilians, nu.29. pag.5
Tertia diuiſio principalis, vel immediata,& ſecundaria vel mediata,num.30. pag.35
Cauſa materialis eſt illa ex qua aliquid fit,num.31. 6
eſt Triplex Alterationis tantum, Compoſitionis tantum, & alterationis, num.32. 6
Item vel intrinſeca & rationalis, vel extrinſeca,& irrationalis,nume.33. pag.6
Cauſa materialis non differt a ſubiecto, & materiatum non differt a materia, ſed redigi poteſt ad eamdem ſecus ſi non poteſt, num.34. 6
Niſi aliter ratio dictat,num.36. 6
Cauſa formalis eſt ſpecies & exemplum rei, vt hominis ratio, & legis Iuſtitia,num.38. 7
Cauſa formali ſi pars aliqua deficiat totam formam deſtruit, numero 39. pag.7
Cauſa eſt duplex ſubſtantialis,& accidentalis, in eod.tit. de cauſis, in genere, num.40. 7
Cauſa formalis & forma accipitur pro qualitate,pro ſubſtantia, & pro ordine,ibid.nu.41. 7
Cauſa formalis dignoſcitur per accidentia extrinſeca, & per aptitudinem & per operationes,num.42. 7
Cauſa formalis amittitur in rebus animatis amiſſa naturali operatione in inanimatis

Digitized by Google

nimatis non artificialibus quando illius accidentia perduntur. In artificialibus quando illa aptitudo eſt amiſſa,num.43. 8
Formæ omiſſio vitiat actum,& illud reddit nullum,num.44. 8
Regula ſi non valet vt ago non procedit quando eſt omiſſa forma,nu.45. 8
Cauſa finalis eſt illa propter quam aliquid fit,num.46. 8
Cauſa finalis eſt potiſſima,& finis omnium Cauſarum, num.47. 8
Et eſt duplex euentus vel intentus,num.48. 9
Cauſa impulſiua differt quia Cauſa finalis reſpicit futurum, nempè rationem legis,impulſiua vero præteritum nempè cauſam legis,num.49. 9
De Cauſa finali legis quæri, & diſputari poteſt,de impulſiua Cauſa non poteſt,num.50. 9
Contrarij non autem de directo eſt in Reſcriptis Principum, num.50. 9
Cauſa finalis influit in omnem effectum diſpoſitionis, ſed impulſiua non influit, numero 52. 9
Cauſa finali poſita vel ſublata ponitur vel remouetur effectus,nu.53. 9
Cauſa finalis non ceſſat quando cauſa pro ratione accipitur vel quando actus non eſt perfectus,num.54. 9
Cauſa formalis ſiue forma eſt ſpecies & exemplum ex titulo de cauſa formali lib.3.num.1. 97
Vel intrinſeca rei,num.2. 97
Vel perfectio rei,num.3. 97
Vel reintegratio & collectio partium,num.4. 97
Vel ſubſtantialis vt in homine anima, num.5. 97
Cauſa accidentalis poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, & color & aliæ qualitates,ibid.num.6. 97
Si qualitas habeatur loco materiæ cauſa accidentalis fit ſubſtantialis, numero 7. 97
Extra rem vt exemplaris,ibid.num.8. 97
Intra rem vel declarans quiditatem vel perficiens materiam, num.9. 97
Pro finali cauſa accipitur quando forma ponitur pro qualitate, num.11. pag.98
Vel accipitur forma pro ordine, vt in Actibus hominum, numero 11. pag.98
Vel pro vero eſſe rei vt computatio partium, num.13. 98
Cauſa formalis per accidentia cognoſciter, num.14. 98
Et per operationes ſenſitiuas, & per effectus inſeparabiles, vt ſuperficies & color & in fructibus ſapor, num.16. 98
Cauſa formalis per teſtes de viſu probatur,num.17. 98
Operatione naturali, & potentia ſublata tollitur forma vt ab homine anima,num.18. 99
Vel ſublatis cõmunibus accidentibus,vt ſi de terra fiat lapis coctus,n.19. 99

Forma

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Formæ amiſſio vitiat diſpoſitionem, num. 21. 99

In amiſſione formæ non procedit regula ſi non valet vt ago, n. 22. 99

Cauſa finalis eſt propter quam aliquid fit ex titulo de cauſa finali Mineralium, lib. 4. num. 1. 195

Finis eſt duplex euentus & intentus, ibid. num. 2. 195

Cauſa finali poſita vel ſublata ponitur, ſeu aufertur effectus, ibidem, num. 3. pag. 195

Impulſiua cauſa uero non itidem, num. 4. 196

Cauſa finalis reſpicit futurum, impulſiua verò præteritum, num. 5. 196

Cauſa finalis influit in omnem effectum, impulſiua vero non eodem, numero 5. pag. 196

Cauſa finalis venit appellatione cauſæ, ibid. num. 6. 196

Cauſa finalis Generationis Mineralium eſt forma, num. 10. 197

Et quare generentur eſt humana vtilitas, num. 11. 197

Quare autem quærantur eſt priuata vtilitas quærentium, numero 12. pag. 197

Cauſa iuridicè Tractationis Meneralium eſt Iuſtitia, remota vero humana felicitas, num. 13. 197

Cauſa ceſſante in actu perfecto non ceſſat effectus, in conſumato vero actu ceſſat, ibid. num. 7. 196

Cauſæ plures in uno actu poſſunt concurrere, ibid. nu. 8. 196

Non tamen omnium conſenſus requiritur, ibid. nu. 9. 197

Calicem fieri iuſſus, vel grauatus argenteus ſaltem eſſe debet in titulo, de rebus aureis & argent. num. 39. 172

Calices conſecrati nec vendi poſſunt nec oppignorari, ibid. num. 40. 172

Caſtrum ſi Princeps concedat cum fodinis, ſuas fodinas concedit, non priuatorum ex tit. de Metallis, num. 82. 58

Colono non debetur fructus fodinæ ſulphurariæ, ſi eam non expraſſe conduxit, ibidem, num. 83. 58

D

Doctores poſſunt portare anulum aureum & gemmatum ex titulo de ornam. num. 13. 176

Decima debetur etiam nolente ſocio, in titulo de priuata vtilitate, numero 8.

Donata a ſponſo Deſponſatæ de futuro ſponſæ acquiruntur, ſi ſequatur matrimonium, Deſponſatæ de præſenti non valet, niſi ſponſa ſit viripotens ex titulo de gemmis, num. 30. 71

Viro

Viro præmortuo hæredibus viri ſunt reſtituenda, ibid.nu.32. 72
Donata a ſocru, vel ſocero, & tradita ſponſæ ſunt ipſius, ſi apud ipſam mortis illius tempore reperiantur, num. 33. 72
Donatione tantum tranſmiſſa cauſa non eſpreſſa non cenſetur donata, numero 34. 72
Donata a Conſanguineis Viri acquiruntur viro non vxori, num.35. 72
Donata ab Amaſio Meretrici ipſi non Meretrici acquiruntur, nu.36. 73
Denarius denas libras æris vel decem nummos vſuales valet ex titulo de moneta, num.22. 108
Debitor moroſus ſoluet extimationem quanti plurimi titulo de moneta, nu.69. pag.118
In debito dotali moneta antiqua ſolui debet vel eius valor ſiue deterior ſit ſiue melior, ibid.num.70. 118
Debitum expreſſæ quantitatis & monetæ veluti librarum centum in florenis ſolui debet in quantitate centum librarum licet florenus ſit varij valoris, num.71. 118
Depoſitum centum librarum in florenis centum libræ debentur non attento valore floreni ſi in florenis extimatis valor ipſorum eſt ſoluendus nulla habita ratione librarum. Si Depoſitum ita fiat, vt non confundatur moneta in indiuiduo eſt reſtituenda, nu.72. 118.119
Debitis aureis ex ſtatuto ſoluendi ſunt qui ibi cuduntur, vel currunt, num.78. pag.121
Debitum ex Reſcripto vel Priuilegio Principis iuxta illud eſt ſoluendum, numero 79. 121
Debitum ſoluendum in loco, ſoluendum eſt iuxta valorem loci, nu.80. 121
Debitor quantitatis pecuniæ pro ſpecie liberatur ſi ſpecies reddatur, ibidem, numero 88. 123

E

Ethimologia eſt reſolutio vocis in nomen ex titulo de Metallis, numero 1. pag.42
Emens Aes pro auro ignorans habet actionem aduerſus venditorem, ſciens autem non habet, in tit.de Alchim.num.16. 36
Electrum ideo dictum, quia ad ſolis radios clarius argento, & auro fulgeat ex tit.de metallis, num.19. 44
Tria ſunt illius genera videlicet,
Quod ex pini arbore cadit.
Naturale quod fulget.
Artificialis quod ex Auro fit & argento, ibid.num.20. 44
Electrum naturale venenum detegit, num.21. 44

AEs

Aes ab aere vel aeris ſplendore dictum ex eodem titulo de Metallis, nu. 22. pag. 44
Aes olim fuit auro præcioſius, num. 23. 44
Error teſtatoris legantis Maſſam æneam ſi ſit aurea non uitiat legatum, ſed hæredi competit retentio ad intereſſe, in titulo de Alchimiſti, num. 12. pag 35
In diſtractu, & liberatione error uitiat actum, ut ænea ſolutio pro auro debito, num. 13. 35
In Depoſito non uitiat neque in Pignore, ibidem, numero 14. & 15. pag. 35
Error in materia vel qualitate ſubſtantiali non uitiat actum ſed in qualitate inuiſibili uitiat, in tit. de Alchimiſtis, num. 10. 34
Error ſi ſit ex parte promiſſoris, vt ſi det Aurum, cum de Aere ſit conuentum valet actus, ſed illi ſuccurritur ope exceptionis, ibidem, numero 16. pag. 36
Expenſas in fundo dotali factas a Marito pro inueniendis fodinis ad perpetuam vtilitatem rei Maritus repetere poteſt, ſi verò ſunt factæ ad fructus quærendos, vel colligendos non repetit, ſed compenſantur cum fructibus, in tit. de Metallis, num. 67. 52

F

Ferrum à ferro dictum quod ſemina terræ condat, & fortitudinem ſignificat, ex tit. de Metal. num. 14. 43
Ferruminatio eſt cum vna materia eidem, cum eadem adiungitur, veluti aurum auro, ſi quid eſt diuerſum, eſt applumbatio ex tit. de reb. aureis, & argenteis, num. 7. 155
Finis addiſcentium, & docentium vel componentium eſt vel Gloria, vel prudentia, vel ſuperbia, vel auaritia, vel Charitas ex lib. 4. de cauſa finali. num. 14. 158
Et Charitas mouit Authorem ad Tractatum hunc ſcribendum, numero 15. pag. 198
Ferruminatio ſi a tertio facta ſit bona fide Dominus minoris aget contra illum actione in factum ad extimationem ex dicto titulo de rebus aur. & arg. numero 30. 159
Si vero mala fide aget utili conditione furtiua, vel actione furti, vel actione legis Aquiliæ vel officium Iudicis implorando, ibid. num. 31. 159
Species alteri ſpeciei adiecta per ferruminationem acquiritur, ut ſupra, numero 29. 159

Gabella

G

GAbella de eo quod quis negociatur eſt ſoluenda etiam a Clerico in titu. de pub. vtil. num. 16. 202
Gabella ſoluitur de metallis, ſed de Alchimia non ſoluitur, ſed tantum iuxta eius apparentem ſpeciem in titul. de pub. vtil. num. 12. 201
Gabella ſoluitur etiam gemmarum niſi ſint in anulis, & ad vſum gerentium. ibid. num. 19. 202
Gabella lapidum non comprahendit præcioſas num. 21. 202
Gemmæ ab Auro ſplendorem, & ornamentum lucrantur in titul. de Gemmis. num. 1. 65
Gemma a Gumma hoc eſt luce vel ſplendore dicta ibid. nu. 2. 65
Gemmarum inuentor fuit Prometheus num. 3. 65
Gemmarum genera ſunt innumerabilia num. 4. 65
Gemma lucet, lapillus non lucet, Margarita creſcit quod nec gemmis contingit neque lapillis num. 5. 65
Gemmam vel lapidem præcioſum quid eſſe non probatur niſi per Mercatores, Artifices, & Peritos num. 10. 66
Gemmæ inuentæ in littore Maris, vel alio loco nullius acquiritur Inuentori ſi ſint ibi natæ, vel a Nautis ob naufragium proiectæ, ſecus ſi ab aliquo ſint amiſſæ ibid. num. 11. 66
Gemma inuenta in terra vel Domo aliena acquiritur Domino loci. numero 12. pag. 67
Gemmam alienam inueniens ſi poſt inquiſitionem Domini per publicum proclamam ignoretur Dominus, poteſt Inuentor pauper ſibi retinere, Diues vero debet dare pauperibus pro Anima Dominij nu. 13. 67
Gemma pro derelicto habita cenſetur iuxta formam & cauſam proiectionis. ibid. num. 14. 67
Gemma inuenta a ſocio omnium Bonorum, ſocio communicare tenetur, alij ſocij non tenentur ibid. num. 15. 67
Gemmam ſi vnus prius viderit, alius appræhenderit acquiritur appræhenſori ibid. num. 16. 68
Pro gemma inuenta non debetur premium, ſed impenſa in perquirendo pro inuenienda autem præcium peti poteſt ibid. num. 17. 68
Gemma per altuuionem fiuminis fundo alicuius adiecta, & ab alio inuenta acquiritur Domino fundi non inuentor ibid. nu. 18. 68
Gemma inuenta ſeu reperta in ventre galli vel alterius volucris venditi emptori non acquiritur, ſed eius dominium remanet penes venditorem ibid. num. 21. 69
Sed ſi reperta ſit in capite piſcis venditi ſpectat ad emptorem ibid. nu. 22. 69

Cum

Digitized by Google

Cum gemmis vel perlis prohibitis inuentus, & non appræhenſus in pœnam non incurrit, ibid. num. 28. 71
Gemmas vel margaritas petens, quæ venduntur ad numerum, numerum exprimere debet, quæ ad pondus, pondus, ibid. num. 38. 73
Gemmæ inſertæ ad ornandum aurum auro cædunt, aurum ad ornandas gemmas gemmis cædit, in tit. de ornam. nu. 5. 175
Gemmæ priuatis prohibitæ ſunt Margaritæ, ſmaragdi, & iacinthi, ibidem, numero 12. 176

I

IN Iocalium petitione probanda eſt qualitas, & pondus, in tit. de ornamento, num. 28. 180
Iocalia quæ dantur filiæ tempore nuptiarum imputantur, in legitimam ex tit. de gemmis, num. 29. 71
Iocalia & ſimilia pupillaria Bona tutor abſque ſolemnitatibus requiſitis alienare non poteſt, ibid. num. 38. 73
In dubio Iuris Index ſtatuere debet terminum ad porrigendum libellum, numero 77. 56

L

LApillus lapidem præcioſum ſignificat ex titulo de Gemmis, numero 65. pag. 65
Cum lapillo percutiens non committit pœnam percutientis cum lapide, ibid. numero 7. 66
Nec lapidum appellatione compræhenduntur precioſi, ibid. nu. 8. 66
Lapides ideo præcioſi quia rari, ibid. num. 9. 66
Ligna, vegetes, & ſimilia fluminis impetu agro vicini adiecta non acquiruntur Domino fundi, niſi poſt publicum proclama, ibid. nu. 19. 69
Et ſi ſit Dominus diues tutius eſt ea vendere & dare præcium pauperibus, ibidem, num. 22. 67
Libellus incertus admittitur vbi culpa rei vel caſu eſt incertitudo numero.
Et ſuper incerta quantitate petita procedet Iudicium & ſententia dummodo in executione ſententiæ liquidetur, num.
Lapidis effodiendi Ius in prædio alieno inducit ſeruitutem in illo prædio ex tit. de Metallis, num. 50. 48
Et hæc ſeruitus eſt diuerſa ab vſufructu ſi non ſit vſusfructus integer in toto prædio, ibid. num. 51. 48
Lapidicinæ ſi fluminis impetu, vel alio caſu in fundo meo, abſque facto meo ad me ſpectant ex tit. de Metal. num. 47. 48
Contra Dominum fundi impedientem lapides extrahi ſi ſunt exciſi &

Digitized by Google

& effoſſæ datur actio in rem, ibid.num.52. 48
Si non ſint & adeſt contractus datur actio ex illo contractu, numero 53. pag.48
Et ſi non adeſt datur actio de dolo, num. 54. 49
Lapidicinæ inter metalla connumerantur, & quæ de Metallis dicuntur militant in lapidicinis, ibid.nu.43. 47
Lapidicinæ reſeruatæ dicuntur reſeruatis metallis, num.44. 47
Lapidum appellatione non venit calx ex illis facta, neque ab eo debetur qui lapides debeat, & ſi facta ſit calx ex lapidibus alienis debetur Domino extimatio lapidum, num.45. 47
Lapidicinæ fundo dotalis ſi ab initio datæ ſint in dotem eum fundo ſunt Viri, ſi poſtea ſint inuentæ ſunt Vxoris, ibid.num.66. 52
Lapides inter metalla connumerantur, in titulo de Metallis, numero 39. pag.46.
De lapidibus, allumine, & ſimilibus, ita eſt ſoluendum vt de Metallis, niſi conſuetudo ſit in contrarium ex tit.de publ.vtil.num.5. 200
Libra in genere intelligitur duodecim vnciarum, ſed in ſolutione debita ex metallis debet eſſe viginti quatuor, ibid.num.9. 201
Legatis rebus domus non debentur quæ ſunt extra domum, in tit. de veſti.auratis, num.41. 191
Legato lecto debetur etiam cultra ſerica & feſtiua, ibidem, numero 44. pag.192

M

MAſſis duabus duorum admiſtis vterque pro ſua portione eſt Dominus, & poteſt quilibet agere pro ſua portione communi diuidundo, in tit. de reb.aur.& arg.num.14.& 15. 157
Maſſa ſuis Dominis manet ſi a tertio facta ſit admiſtio, & tertio datur actio, in futurum, ibid.num.16. 157
Maſſa alterius adiecta ſpeciei ſuæ acquiritur Domino ſpeciei ſoluta extimatione Maſſæ Domino, ibidem, num.17. 157
Miſtio eſt ea quæ ſeparari poteſt, quod non poteſt dicitur confuſio, ibidem, numero 5. 155
In metallis ſeparabilibus aget quis rei vendicatione, ibidem, numero 10. pag.156
In confuſione materia agitur ad pondus cuilibet competens poſtea liquidandum, num.8. 156
Si dolo malo confuſa ſit agitur actione furti vel ad exhibendum, ibidem, numero 11. 157

Al

Ad diuiſionem voluntariæ confuſionis agitur communi diuidundo, ibidem, numero 6. 155

Maſſa adiecta ſpeciei alienæ per ferruminationem acquiritur ſimiliter Domino ſpeciei, ibidem, num. 18. 157

Maſſæ Dominus poteſt agere ad ſeparationem ſi facta ſit per applumbationem, ibidem, num. 19. 157

Species vnius ſpeciei alterius bona fide adiecta minor cædit maiori, vt pes vel brachium ſtatuæ, ibid. num. 20. 157

In tali paritate minus præcioſa præciſiori, ibid. num. 21. 158

Et in hac etiam paritate ſi ſunt ſeparabiles, quilibet ſuæ portionis remanet Dominus, ibid. num. 22. 158

Si ſunt inſeparabiles fit communis, ibid. num. 23. 158

Maſſæ Dominus qui remanet poteſt agere contra illum actione, in factum ad extimationem. ibid. num. 29. 159

Speciebus illis ſeparatis quæ ceſſit alteri non redit ad priorem Dominum, ibidem, num. 25. 158

Tigni, trabes, & materia vnius Domini in alterius ædificio poſitæ diruto ædificio redeunt ad priorem Dominum, ibid. num. 26. 158

Si mala fide coniunctio facta ſit prior Dominus Ius non amittit, ibidem, numero 27. 158

Et contra alium poteſt agere actione furti, ibid. num. 28. 159

Caput vnius ſtatuæ alterius adiunctum fit Domini ſtatuæ, ibidem, numero 32. 160

Ita & pes & manus adiuncta per ferruminationem, ibidem, numero 33. pag. 160

Adiuncta vero per ferruminationem remanet ſui Domini, ibidem, numero 34. 160

Et poteſt agere ad exhibendum, Vt ſeparetur, ibidem, numero 35. pag. 160

Species vnius ſpeciei alterius adiecta vt lecto fulcimen, tabula naui, gemma auro illius eſt cuius antea fuerat, num. 36. 161

Metallum vnde dictum, & eſt nomen genericum auro, argento, ære, ferro, & ſimilibus. Ex tit. de Metallis, num. 2. 42

Metallorum ſeptem ſunt genera,

1 *Aurum.*
2 *Argentum.*
3 *Æs.*
4 *Ferrum.*
5 *Plumbum.*
6 *Stamnum.*
7 *Argentum viuum, numero 4.* 42

Cum

Metallorum cuilibet Planeta ſuum proprium tribuitur.
Soli Aurum.
Lunæ Argentum.
Veneri æs.
Saturno Plumbum.
Marti ferrum.
Ioui Stamnum.
Mercurio Argentum viuum, num. 5. 42
Quibus in legibus de quolibet metallo in Iure agatur, num. 6. 43
Metallorum Venæ ignotæ ſunt in dominio Domini fundi, num. 55. 49
Metallorum Venæ exiſtentes in fundo fiſci vel Principis ſunt fiſci vel Principis, numero 57. 49
Quæ in fundo Vniuerſitatis ſunt ipſius Vniuerſitatis, num. 58. 50
Quæ in fundo Eccleſiæ ſunt Eccleſiæ, num. 59. 50
Metalla inuenta in fundo feudali ſpectant ad feudatarium, ibidem, num. 62. pag. 51
Quæ autem ſunt in fundis priuatorum ad priuatum pertinent non ad fiſcum, num 60. 50
Quæ in fundo emphitheotico ſpectant ad Dominum vtilem & emphitheotam non ad Dominum directum, num. 61. 51
Quæ in fundo vſufructuarij ad vſumfructuarium, num. 63. 52
Quæ in fundo dotali ſi renaſcantur, vt Aurifodinæ, ſunt Mariti, ſi non renaſcantur, vt lapides, ſunt vxoris, num. 65. 52
Si Mulier impediat Marito vſum fodinarum, & impenſa facta ſit gratia fructuum datur marito actio ad exhibendum, ſi gratia rei datur actio contraria de dote, num. 68. 53
Metalla qui inuenit in fundo alieno Decimam vnam debet Domino fundi; aliam fiſco vel Principi, reliqua ſibi acquirit, num. 69. 53
Metalla fodere incipiens in ſuo fundo & per cuniculos tranſit in alienum, & ibi metallum inuenit, ſibi venam acquirit non Domino fundi, num. 70. pag. 54
Retinens cuniculum apertum acquirit Ius in tota vena, licet fodiat in vna parte tantum, num. 71. 55
Dominus fundi ſciens, & patiens aliquem fodere in ſua vena ſpacio 30. annorum amittit Ius ſuum, num. 72. 55
Metallum totum quæritur priuatis inuentoribus ab ijs inuentum præter partes fiſco debitas, in titulo de priu. vtil. nu. 1. 204
Ita & de lapidibus & de marmoribus, & de ſalinis, ibidem, numero 2. pag. 204
Metallum inuentoris qui fuerint, in tit. de Metallar. num. 3. 12
Metallum vendendum, fiſco prius offerri debet, nu. 9. in tit. de priu. vtil. 207

Et

Et per duos menſes expectandum, ibid. num. 10. 208
De Metallis inuentis in alieno debetur decima purificata Domino loci, ibid. numero 6. 205
De inuentis in fundo communi debetur etiam rata condomino ſi concurrit ad expenſas, ibid. num. 7. 205
Metalla in ſolo publico inquiri poſſunt, in titulo de Metallarijs, numero 32. pag. 18
In ſolo alieno volente Domino, ibid. num. 33. 18
Et etiam inuito ob publicam vtilitatem, ibid. num. 34. 18
Dummodo tamen Domino præiudicium non inferatur, ibidem, numero 35. pag. 18
Metalla fodere vel inquirere incipiens in ſuo, ſi vena tranſeat in alienum poteſt eam perſequi inuito Domino, dummodo fiat ſine ipſius præiudicio, ibid. num. 36. 19
Vel niſi nolit ipſe Dominus initio inquirere vel fodere, num. 37. 19
Et niſi extraneus iam repererit, & expenſas in fodiendo fecerit, nume. 38. pag. 20
Metallarij qui dicantur in tit. de Metallar. num. 1. 12
Metallarij non dicuntur damnati in Metallum, ibid. num. 12. 12
Metallariorum filij ſunt metallarij, num. 4. 12
Metallarij ſunt lapidarij, num. 5. 13
Et ſunt homines liberi, num. 6. 13
In metallum damnati non ſunt de Collegio Metallariorum, numero 7. pag. 13
In metallum damnati ſunt qui metallum fodere vel portare debebant, numero 8. 13
Neque poterant teſtari, neque hæredes inſtitui, neque agere, neque conueniri niſi pro alimentis, & ijs quorum Iure gentium ſunt capaces vſque ad num. 11. 13
Metallariorum officium eſt venas inquirere, effodere, & in materiam lucidam, & propriam redigere, num. 12. 14
Metallarius quilibet eſſe poteſt, num. 13. 14
Metallarij poſſunt eſſe laici & Religioſi, num. 14. 14
Fratres Sancti Galgani in agro Volaterrano erant Domini olim Venarum ferri in Inſula Iluæ, num. 15. 14
Metallarij pro introito debent ſoluere fiſco tertiam partem Venæ, pro foſſione libram annuam quatuordecim vnciarum; Pro purificatione duas Decimas fiſco ſi fodunt in publico & vnam ſi in Priuato, ex titulo de Metallarij, num. 16. 14
Sed de auro debet tantum ſoluere ſeptem ſcrupulos annuos, numero 17. pag. 14

Præualet tamen conſuetudo, num.18. 15
Ita ſoluitur de marmoribus, & de lapidicinis, num.19. 15
Metallarij ſi deſerant artem poſſunt compelli ad eam reaſſumendam, quacumque præſcriptione non obſtante, num.20. 15
Metallariorum pariter filij retrahi poſſunt ad officium Metallariorum, numero 21. 15
Sicuti pariter ſi eſſent in ſeruitio Principis, atque etiam Debitores retrahi debent a dicto ſeruitio, vt debitum ſoluant vſque ad numer. 24. pag.16
Metalla in proprio fundo quilibet poteſt inquirere, dummodo fiſco partem debitam ſoluat, num.eod. 16
Metalla in fundo vſufructuario inquirere poteſt Vſufructuarius, niſi partem fundi lædat, vel formam mutet, vel aerem corrumpat vel nimis ſumptum proprietario afferrat, num.25. 16
Ita poteſt quis in fundo emphiteotico, & in feudali, & in dotali, num.28. pag.17
Metalla in fundo communi inquiri poſſunt etiam inuito ſocio, ſi fundus ſit ad id deſtinatus, vel aliqua pars, ſique damnum ſocio non inferatur, numero 29. 17
Ad Metalla inquirenda, vel effodienda poteſt coiri ſocietas, num.31. pag.17
Mineralium cauſa materialis quoad eſſentiam extrinſecam eſt ſulphur vel argentum viuum, vel humidum in eodem titulo, de Metall. numero 1. pag.30
Cauſa autem extrinſeca eorumdem eſt ipſa maſſa auri, vel argenti quoad iuris obſeruantiam cauſa intrinſeca eſt iuſtitia, extrinſeca leges ipſæ ibid. vſque ad num.3. 30
Mineralium materia tractatio eſt duplex, vtilitas publica & priuata.... numero 13. 201
Moneta & pecuniæ vſus ad facilitatem permututionis eſt inuentus, in tit.de Moneta, num.1. 104
Moneta quaſi à monendo dicta, ne qua fiat in ea fraus, ibidem, numero 14. pag.107
Moneta prima erat corij pecudum, ibid.num.26. 109
Monetam cudere ſolus de Iure poteſt Imperator, num.27. 109
Vel is, qui ab ipſo licentiam habet, num.28. 109
Alias Princeps non poteſt, num.29. 110
Niſi hanc poteſtatem præſcripſerit vel plena Iura Imperij, numero 31. pag.110
Monetam cudere non poteſt priuatus etiam cum Priuilegio Imperatoris, numero 32. 110

Moneta

Moneta cudi debet per artifices expreſſos, qui dicantur Monetarij, numero 33. pag. 110
Moneta cudi debet expenſis Principis vel ſuperioris, num. 37. 111
Eiuſdem valoris prout eſt in materia licet facto obſeruetur contrarium, numero 38. 111
Monetariorum filij nō gaudent Patrum Priuilegijs, niſi acta artem exerceant, numero 34. 110
Neque ijs Priuilegijs gaudent Monetarum Mercatores, numero 37. pag. 111
Neque etiam Pupilli licet ſint de Collegio, num. 36. 111
Moneta Cæſaris de Iure debet eſſe aurea, de vſu tamen eſt argentea, vel Aenea, num. 41. 111
Ad monetam, vt dicatur legittima requiritur.
1 Quod eam cudat habens autoritatem.
2 In loco publico.
3 Probæ ſpeciei.
4 Iuſti ponderis.
5 Formæ publicæ, num. 40. 111
Moneta currens per annos ſoluenda eſt, & debetur in legato annuo, num. 16. pag. 107
Moneta currens itidem eſt ſoluenda vigore ſtatuti præſcribentis formam monetæ ſoluendæ. num. 83. 122
Monetam non legittimam Creditor recipere non tenetur, numero 84. pag. 122
Neque liberatur debitor licet approbata ſit a Campſore, niſi recipiens ſit ſciens, num. 85. 122
& Vel niſi pro moneta bona alteri ſoluerit, donec ab ipſo non moleſtetur. numero 86. 123
Contra Campſorem aget Creditor ſi ex eius approbatione damnum acceperit, numero 87. 123
Monetæ aureæ traditio pro argentea, vel alia eſt contractus innominatus, numero 89. 123
Moneta aliena bona fide accepta tranſit in Dominium recipientis, num. 90. 123
Moneta non eſt vendibilis, neque locabilis ſed mutabilis, numero 92. pag. 124
Monetam commodans poteſt aliquam mercedem recipere, & talis Contractus eſt locatio, num. 93. 124
Moneta eſt & dicitur falſa, vel miſtione materiæ, vel defectu Nominis Principis, vel ex defectu authoritatis.......num. 94. 125
Monetam Imperatoris falſans incurrit in crimen læſæ Maieſtatis, fal-

Digitized by Google

*ſans vero monetam alterius Principis minoris non incurrit, numero 95. pag.*125

Monetam auream Imperatoris falſans cum eius Imagine comburendus eſt, & eius bona confiſcanda, num.96. 126

Monetam autem non auream, & carentem Imperatoris imagine falſans capite eſt plectendus, num.97.& 100. 126

Monetam tondens vltimo ſupplicio eſt damnandus, numero 98. 126

*Etſi tonſata remanet in ſuo iuſto valore non punitur, numero 99. pag.*126

*Pœna capitis antedicta non eſt Mors, ſed deportatio, numero 101. pag.*126

Deportatio vero hodie eſt exilium perpetuum, numero 103. pagina 127

Monetam falſanti opem ferens pœna eſt deportatio, numero 102. pagina 127

Monetam falſare incipiens, & non perficiens pœnitentia ductus excuſatur, num.104. 127.128

Si quia non potuit punitur.

Contra falſantem Monetam hæc ſunt ſpecialia.

Quilibet illum accuſare tenetur.

Condemnatus non appellat.

Punitur is in cuius domo cuditur.

Quilibet illum capere poteſt.

Conſcios reuelare tenetur.

Accuſatori premium Iudex decernit eius arbitrio, nu.105. 128

In Iudicium ſine præcepto trahi poteſt vſque ad num.106. 128

Monetæ falſatio opem ferens eamdem pœnam committit, nu.106. 128

Monetam falſam ſtamni, vel plumbi expendens incidit in pœnam falſi, æris vero vel argenti in leuiorem pœnam, num.107. 128

Et pœnam euadit ſi doceat vnde habuerit, num.108. 129

Vel ſe habeat ſit bonæ conditionis & famæ, num.109. 129

Vel ſi paucam monetam habeat, num.110. 129

Monetam reprobatam expendens punitur pœna extraordinaria non falſi. num.111. 129

Monetam falſam emens plumbeam vel ſtamneam ſcienter vel vendens incidit in pœnam falſi, ſi vero bona fide emit, vel ad alium bonum, & licitum finem non punitur, num.112. 129

Monetam fundens pœnam falſi committit, num.113. 129

Niſi ſit artifex ad artis ſuæ opera conficienda, num.114. 129

*Monetam reprobatam falſans non incurrit in pœnam falſi, numero 115. pag.*130

Monetam

Monetam fabricans ſine licentia ſuperioris licet non falſam pœnam falſi committit,num.116. 130
Monetæ deterioratio probatur per plenam ſcientiam, & tempore deteriorationis,& ante deteriorationem,num.119. 131
Monetam eſſe bonam ſi Tabellio in inſtrumento aſſerat non tenetur illud ſcire,num.120. 131
Moneta falſa ſtampa apud aliquem reperta ipſe propterea torqueri poteſt. num.121. 132
Niſi ſit homo bonæ conditionis,& famæ,num.122. 132
Monetæ antiquum valorem is probare tenetur qui illum petit, numero 123. pag.132
In Monetæ petitionis libello ſi actione agitur debet exprimi nnmerus, ſi perſonali,certi condictione iudicium eſt intentandum,nu.124. 132
Forma libelli accuſatorij in crimine falſæ monetæ aureæ vel argenteæ,ibid. num.125. 133
Monetam falſandi origo fuit auaritia,num.126. 133
Monetam ſpecificam ſignificat denarius, pecunia verò plures ſpecies Monetæ, in eod.tit.num.23. 108
Monetæ omnes veniunt ſub nomine denariorum ex vſu vulgari, numero 24. pag.108
Monetam antiquam pro noua ſoluere poteſt debitor dummodo non ſit reprobata,ibid.num.82. 122
Moneta ſi reprobata non ſit, debitum iuratum iuxta valorem illius temporis eſt ſoluendum,ibid.num.81. 121
Monetæ valor loci attendi debet, & non patriæ ſicuti ſi duo contrahant in tertio loco loci valor eſt attendendus, num.60. 115
Moneta vna per aliam eſt extimabilis,num.61. 116
Monetis duabus in Ciuitate currentibus debitor poteſt eligere ad ſoluendum, quam velit niſi aliter pactum ſit,num.62. 116
Monetam vnam pro alia veluti argenteam pro aurea debitor ſoluere poteſt, niſi creditor damnum recipiat,num.63. 116
Moneta in Teſtamento relicta iuxta teſtamenti valorem ſolui debet, ibidem, num.73. 119
Idem in debito ex laudo vel ſententia,num.74. 119
Idem in emphiteoſi niſi aliter præſcriptum ſit,num.75. 119
In moneta aurea debet eſſe imago Principis, in argentea vel Aerea ſufficit eius nomen,in eod.tit.num.43. 112
Moneta probæ ſpeciei eſſe dicitur quando idem valet in Maſſa vt in forma, num.44. 112
Monetæ probitas vel pondus probatur a Miniſtris ad id deputatis vel a Iudice vel a partibus concordibus,num.45. 112

Digitized by Google

Monetæ extimator expenſis debitoris, & creditoris ſolui debet, numero 46. pag. 112
Moneta proba ſi non cudatur datur recurſus ad ſuperiorem, numero 47. pag. 113
Monetam cudendi poteſtatem habens, & Princeps poſſunt augere vel minuere precium auro, num. 48. 113
Et ſi quis non haberet poteſtatem eiuſmodi requiritur conſenſus populi, ibidem. 113
Monetam pro ualore currenti quilibet accipere tenetur, numero 50. pagina 113
Sed non ciuitas alterius iuriſditionis, quæ in dubio non præſumitur, nu. 52. pag. 113
Moneta proba a debitore ſolui debet, num. 53. 113
Moneta promiſſa debetur currens in Ciuitate, num. 56. 114
Si duo monetæ currant inſpicitur conſuetudo & veriſimilitudo, numero 57. pag. 115
Monetæ Valor ſi eſt diuerſus Videlicet a loco contractus a loco deſtinatæ ſolutionis, contracti locus attenditur, num. 58. 115
Sed ſi agatur contra eum qui ſoluere debet attenditur locus ſolutionis, numero 59. 115
Moneta alterata in liga vel in pondere non poteſt ſolui pro antiqua meliori, num. 65. 117
Pro debito auri Vel argenti in maſſa non poteſt ſolui pecunia niſi ſit eiuſdem probitatis, ponderis, & ligæ, num. 64. 117
Moneta alterata in Valore non in liga ſolui poteſt, nu. 66. 117
Moneta antiqua ſi eſt reprobata, in totum valor eius cum noua ſolui poteſt, num. 66. 117
Si tamen reperiatur antiqua ſolui pariter poteſt, num. 68. 118

N

NVmiſma dicitur quaſi a nomine Principis quod ibi apponitur, in tit. de Moneta, num. 15. 107
Nummus dicitur a numerando, num. 16. 107
Nummos primus Romæ ſignauit Seruius Rex antea Saturnus vel Tare patre Abrahæ, num. 25. 109
Nummus aureus de iure eſt ſexta pars vnciæ, de vſu Vero pars octaua, numero 42. 112

Orna-

O

ORnamenta vnde dicta, nu.1. Ex tit. de ornamentis. 175
Ornamentorum appellatione quod comprahendatur, ibidem, nume.2. pag.175
Ornamenta Principum, aquitum & militum priuatis hominibus ſunt prohibita, num.3. 175
Ornamenta Principis ab eius Miniſtris & Palatinis fieri debent, numero 7. pag.176
Nec etiam ſub pratextu donandi Principi. Neque ſub eodem pratextu donandi licet aucupari, neque venari volatilibus vel feris, numero 10. pag.76
Vſus contrarius praualet legibus prohibentibus ornamenta, nu.10. 176
Ornamenta prohibita ſolis Principibus portare licet, num.11. 176
Ornamenta prohibita viris non per hoc ſunt prohibita mulieribus, num.15. pag.177
Ornamentorum qua quis geſtat non debetur gabella, nu.14. 176
Ornamenta poſſunt prohiberi etiam mulieribus per ſtatutum, numero 16. pag.177
Mulier ſe ornans vt placeat viro ſuo non peccat, nu.17. 177
Neque peccat ſi fuco aut pigmentis vtatur ad tegendam turpitudinem, num.18. 177
Ornamenta mulieri a viro tradita ſoluto matrimonio ſunt reſtituenda haredibus viri, num.19. 178
Ornamenta ad domum viri traducta mulier poteſt repetere, nu.20. 178
Ornamentis ſuis legatis prohibita non debentur, num.24. 179
Ornamentis omnibus legatis comprahenditur etiam Monile, quo mulier non eſt vſa, num.25. 179
Ornamentis mulieri legatis qua ipſa tranſtulit ad domum viri comprahenduntur etiam ea, qua vir illi antea dederat, nu.26. 179
Ornamentis omnibus legatis ad vſum mulieris factis excepto quodam iocale debetur etiam ſi quid aliud adſit extra illius vſum, nu.27. 180

P

PEcunia dicta eſt a pecudibus, in tit. de Moneta, num.3. 105
Pecunia largiſſimo modo accipitur pro qualibet facultate, ibid. num.4. pag.105
Largo modo pro qualibet re permutabili, atque ſtricto ſi accipiatur accipitur pro pecunia, num.5. 105

Digitized by Google

Pecunia in ſtatuto non intelligitur niſi de pecunia numerata, numero 6. pag.105
Niſi ratio expreſſa aliam ſpeciem inducat,num.7. 105
Pecunijs numeratis legatis non veniunt ad aliquod deſtinatæ,nu.9. 107
Vel alicubi repoſitæ.
Pecunia venit appellatione mobilium,num.11. 107
Sed non ea quæ eſt in nominibus debitorum, num.12. 107
Pecunia non venit,legata domo cum alijs rebus,nu.13. 107
Pecuniæ identitas per ſigna in numero, vel extra rem probari poteſt dicto titulo de Moneta,num.117. 130
Pecuniæ numeratio probatur per teſtes,&c.num.118. 131
Pecunia a venditore vel Patre recondita, & per obliuionem non excepta eſt venditoris in tit.de Theſauris,num.26. 144
Si non oblita nec excepta eſt emptoris,num.27. 144
Pecunia reperta in veſte vendita pertinet ad venditorem, ibid. numero 30. pag.146
Pecuniam,vel anulum in Nemore inueniens, ſi Dominum non inuenerit debet conſignare Epiſcopo,vt det pauperibus,ibid.nu.32. 146
Pecunia inuenta quæ non ſit Theſaurus per inuentorem, vel per Epiſcopum eſt diſpenſanda,ibid.num.50. 151
Panni probibiti in condemnationem non veniunt,niſi ſint apprehenſi ex tit.de veſtibus,num.15. 185
Probibitus quis ſi non habeat tantum in eſtimo, condemnatur ſi deſcribi fecit alienum,num.26. 188
Pannis linis & laneis legatis integra tela debetur,nu.40. 191
Planetam fieri mandans debet eſſe t ferita,num.43. 191
Plumbum ideo dictum quia eius pilis altitudo maris inuenta ſit,in tit.de Metal.num.16. 44
Plumbum cooperiens domum eſt pars domus, & eam ſequitur, & ſeparari ab ea non poteſt,num.17. 44
Poſſeſſor dimidiæ venæ in dubio præfertur, in tit. de Metallarijs,numero 15. pag.14
In dubio Poſſeſſionis Iudex debet ſummariè ſe informare, & poſſeſſorem manutenere,ibid.in tit.de metallis,num.76. 56
Poſſeſſor Hoſtij Cuniculi præſumitur Dominus venæ, ibidem, numero 74. pag.56

R

Regalia in Terris Eccleſiæ fiſco Eccleſiæ debentur,in tit. de Metal. nu.22. pag.44

Regalia debent exigi a Miniſtris ad id deputatis, num.23. ex titulo de publica vtil. 203

Qui vel a Principe vel a Ciuitate iuxta conſuetudinem ſunt eligendi, ibid. num.24. 203

Nec poſſunt officium deſerere, niſi ſit completum, nu.25. 203

S

Sal ad vitam omnino eſt neceſſarium titulo de ſalinis, nu.1. 82

Sal dictum a ſaliendo, quod in igne exiliat, vel a ſale & ſole, quod ex aqua Maris per calorem fiat, num.2. 82

Sal vel eſt natiuum, quod in terra naſcitur & effoditur, vel factitium, quod fit ex aqua maris, vel balnei, vt in Germania, vel Putei vt in agro Volaterrano, num.3. 82

Sal eſt coloris purpurei, ruffi, crocei, lucidi, nigri, candidi, Candidum optimum ideo Volaterranum quia omnium candidiſſimus, ibidem, numero 4. pag.83

Sal natiuum eſt ſub genere Metallorum, factitium non eſt, ibidem, numero 5. pag.83

Salinæ ſunt loca vbi ſal fit vel naſcitur, ibid. num.6. 84

Salinaria ſunt tributa ſalis faciendi, vel emendi vel uendendi, ibid. numero 9. pag.84

Salinarum inuentor, ut fertur fuit Aeneus Martius, ibid. num.10. 84

Quæ ſunt in fundo Principis ſpectant ad Principem, ibid. nu.11. 85

Quæ in fundo uniuerſitatis ad illam. Quæ in fundo Eccleſiæ ad Eccleſiam, & quæ in fundo priuati ad priuatum, niſi conſuetudo ſit in contrarium uſque ad num.15. 86

Sal inuentum in fundo. Emphiteotico ſpectat ad emphiteotam, ibid. num.16. pag.86

Sal inuentum in feudali loco ſpectat ad feudatarium, In uſufructuario pariter fundo ad uſufructuarium, & in fundo dotali ad maritum uſque ad numero 19. 87

Sal natiuum inuentum in alieno ſpectat ad inuentorem, factitium uero ad Dominum fundi, ibid. num.20. 87

Salinæ Principis ab ipſo priuatis concedi poſſunt, ibid. nu.21. 87

Et quoad dominium, & ius fiſci aqua ſalſæ idem eſt ius quod de metallis, num.6. 84

Salinis a Principe conceſſis ueniunt illa, quæ ſpectant ad Principem, num.22. pag.87

Salinæ compræhenduntur in conceſſione facta de fructibus redditibus, & prouentibus. ibid. num.23. 88

Sali-

Salinarum vſufructu relicto comprahenditur ſal, quod ibi factum inuenitur, niſi ſit ad uendendum deſtinatum, num. 24. 88

Salis natiui decima una fiſco debetur, altera Domino Salinarum, numero 25. pag. 88

Salis natiui octaua pars fiſco debetur, ibid. nu. 26. 89

Conſuetudo autem in his ſemper præfertur, nu. 27. 89

Sal ex aqua maris a quocumque confici poteſt, ibid. nu. 28. 89

Sal a quocumque vendi non poteſt, ſed ab eo tantum, qui conduxit, uel habet ſalinas, ibid. num. 30. 89

Sal uendentis qui uendere non poterat pœna applicatur Domino, vel conductori ſalinarum, num. 31. 90

Sal uendere prohibitus in Territorio poterit vendere in loco recommendato, num. 32. 90

Salinis cōceſſis pluribus ſocijs hæres unius in portione defuncti ſuccedit, nu. 33. pag. 90

Sal uendens Hoſtibus de iure ciuili pœna capitis, & publicationis bonorum punitur, de iure autem Canonico publicationis, & excommunicationis, numero 34. 90

A Salis diſtributione accipienda nemo priuatus poteſt ſe excuſare, num. 35. pag. 90

Sal accipere obligatus ſub pœna ſtatutorum intelligitur de tunc uigentibus non de poſtea editis, num. 36. 91

Sed Religioſis quot annis concedi ſolitum non poteſt ipſis auferri ſine iuſta cauſa, num. 37. 91

Sal traducere per Territorium alienum non eſt probibitum, numero 38. pag. 91

Sal in Territorium conducere prohibitus, non prohibetur inde cum ſale tranſire, num. 39. 91

Salinarum Domino Priuilegium competens non ſoluendi vectigalia non extenditur ad emptorem ſalinarum ad Gabellas ordinarias, ſed ad extraordinarias tantum, num. 40. 92

Salis Gabellam vendens, ſi ſal emat, ad gabellam ipſius non tenetur, num. 41. pag. 92

Comunitas Volaterrarum non poteſt agere contra Epiſcopum ad medietatem Doghanæ ſalis, niſi doceat de iure ſuo, num. 42. 92

Salinarum Venæ Volaterrarum erant olim in Dominio priuatorum, num. 44. pag. 93

Salis antiqui Domini poßunt agere contra Epiſcopum nulla praſcriptione obſtante, num. 44. 93

Et poſſunt agere contra Epiſcopum ſi poſſidet rei vendicatione, ſi non poſſidet petant ſe non impediri, num. 45. 93

In

In ſale ſi ius quod habet Epiſcopus Volaterranus pendet a iure Communitatis, Priuati nullum ius habent aduerſus ipſum, numero 46. pagina 94
Solidus dicitur a ſoliditate, quia de ſolo auro fit in titulo de Moneta, num.17. pag.108
Solidi appellatione in Iure intelligitur aureus, num.19. 108
Iuris intellectu non differunt nummus, & ſolidus, & aureus, ſed valore, & extimatione differunt, num.18. ibid. 108
Sed ſolidus prolatus ab homine intelligitur de minuto, numero 20. pagina 108
Siclus valet quinque ſolidos vel viginti obolos, num.21. 108
Statutum ſeu edictum de Gemmis cuiuſdam ualoris non portandis valet, numero 23 in tit. de Gemmis. 70
Sed non valet niſi ſit conſenſu populi approbatum, numero 24. ibid. pag.70
Statuto prædicto non ligantur forenſes, ibid. nu.25. 70
Neque extenditur ad Gemmas vel perlas fictas, ibidem, numero 26. pag.70
Statuti eiuſmodi inoſſeruantia eſt abuſus, non delictum, numero 27. pagina 70
Stamnum ſic dictum quia metalla coniuncta ſeparat atque diſtinguit, in tit. de metal. num.18. 44
Sulphur dictum quia igne accenditur, ibid. num.27. 45
Sulphuris quatuor genera foſſile, gleba, liquor vel adlichna ac rurſus duo tantum genera viuum, & non viuum, num.28. & 29. 45
Sulphur dicitur pater, & argentum viuum mater metallorum, numero 18. pag.44
Sulphur dicitur quia igne accenditur, ibid. num.27. 45
Sulphur inter metalla connumeratur, num.81. 45
De Salinis eadem ſunt ſoluenda quæ de metallis, & ſolutio debet eſſe in eadem ſpecie, in tit. de Metallis, num.6. & 7. 42.43
Solutiones metallorum ſunt de regalibus, ibid. & debent fieri fiſco etiam de Metallis priuatorum, num.11. 43
Seruitus eſt perſonalis non realis commoditas vel Ius fodiendi, in tit. eodem, num.73. 55

T

Theſaurus inuentus in loco nullius eſt inuentoris ex tit. de Theſauris, numero 3. 140
Theſaurus inuentus in loco ſacro dimidia ipſius pertinet ad Inuentorem, altera ad Eccleſiam, Ita & Theſauri inuenti in fundo Eccleſiæ, nu.33. & 34. 140

The-

Digitized by Google

Theſaurus inuentus non eſt pars fundi, ſed acceſſorium ad fundum, in tit. de Metall. num. 56. 49

Theſaurus inuentus in fundo Cæſaris fiſci, vel publici cui acquiritur tit. de theſauris, num. 36. 147

Theſaurus dictus eſt a poſitione auri, ibid. num. 1. 139

Eſt Pecunia olim abſcondita hodie ignota, nu. 2. 140

Et Pecunia hic continet quamcumque rem mobilem, num. 3. 140

Theſaurus propriè pecunia ignota abſcondita, nu. 4. 140

Impropriè autem pecunia abſcondita non ignota, ibid. num. 5. 140

Magis impropriè neque abſcondita neque ignota, num. 6. 140

Theſaurus ante inuentionem non eſt in bonis alicuius, nu. 7. 140

Theſaurus ſtudioſè a quolibet inquiri poteſt arte tamen legitima, numero 8. 140

Et Inuentori tali arte acquiritur, num. 9. 140

Theſaurus in alieno etiam volente Domino inquiri non poteſt, nu. 10. 141

Theſaurus quæritur Domino directo, ac etiam vtili, nu. 12. 141

Theſaurum in ſuo per Monetarium inquirere quis poteſt, & inuento Domino fundi non inuentori acquiritur, nu. 11. 141

Theſaurus quæritur ei qui præſcripſerit ſi poſſidet, & habet plenum præſcriptionis, num. 13. 141

Antequam præſcribat non ſibi acquirit ſed vero Domino, nu. 14. 142

Theſaurus inuentus in prædio vendito cum pacto adiectionis, in diem acquiritur venditori, num. 15. 142

Inuentus in prædio plurimorum Dominorum, cuilibet pro ſua portione acquiritur, num. 16. 142

Theſaurus inuentus in fundo feudali, vel emphiteotico acquiritur totum feudatario, vel emphiteotæ ſi ab ijs inuentum ſit. nu. 17. 142

Si ab alio acquiritur ipſis dimidia pars, altera inuentori, nu. 18. 143

Etiam ſi inueniſſet Dominus directus, num. 19. 143

Et in concurſu Domini directi & utilis præfertur utilis, nu. 20. 143

Et proprietarius in inuentione Theſauri præfertur vſufructuario, num. 21. pag. 143

Atque Vxor Marito in fundo dotali, & Dominus præfertur hypotecario hypoteca durante & Bonæ fidei poſſeſſori vſque ad nu. 24. 144

Theſaurus propriè inuentus ab emptore in domo ſibi vendita eſt emptoris, num. 25. 144

Theſaurus inuentus in fundo vendito & tradito, non reſcindit contractum nec auget precium, num. 28. 145

Theſauri reſeruatio ſi inueniatur non reſcindit contractum, numero 29. pag. 145

Theſaurus inuentus in Cemeterio non pertinet ad fiſcum, ſed ad Eccle-

ſiam

ſiam & inuentorem iuxta ſuperſcriptas diſtinctiones, num. 37. 147

Theſaurus inuentus dedita opera eſt Domini fundi; ſi caſu inuentoris, nu. 38. pag. 148

Theſaurus inuentus a filiofamilias in poteſtate acquirit ſibi proprietatem, Petri vſumfructum, num. 39. 148

Theſaurum bona fide emens ex cauſa oneroſa non ſuccedit loco rei, numero 40. 148

Et prętium veniens ex cauſa oneroſa non ſuccedit loco rei, nu. 41. 149

Theſaurus inuentus a ſeruo communi quæritur cuilibet Domino pro eius rata, num. 42. 149

Si Vnus ex Dominis ſit ſerui proprietarius, alter vſufructuarius. &c. nu. 43. pag. 149

Theſaurus inuentus dedita opera eſt illius, cuius iuſſu factum eſt, caſu vero inuentus eſt amborum pro dimidia, num. 43. 149

Theſaurus inuentus a Cane acquiritur Domino Canis, num. 44. 149

Theſaurus arte magica inuentus debetur totus fiſco, num. 45. 149

Theſaurum ſi vnus primus vidit alter prius appræhendit, appręhẽſori acquiritur, num. 46. 150

Theſaurus eſſe probatur ſi probetur eſſe pecuniam abſconditam & ignoretur a quo, nu. 47. 150

Si quis poſtea Vellet oſtendere a ſe abſconditam probare debet, numero 48. 150

Theſaurus an ſit Vel non ſit nouitas, Vel antiquitas pecunia probat, numero 49. 150

Theſaurus quæritur rei vendicatione, ſed ſi ab hærede, & hæredi quæritur iudicio familiæ erciſcundæ, num. 52. 151

Theſauri partem debitam fiſco ſi inuentor non deferat in triplo eſt condemnandus, num. 52. 152

Theſaurum inueniens in fundo alieno dedita opera, Theſaurum non acquirit, & punitur pœna extraordinaria, num. 53. 152

Theſaurum ſi quis quærit, & non inuenit non committit pœnam, numero 54. pag. 152

Theſaurum ſi quis quærit inuito Domino tenetur actione iniuriarum, num. 55. pag. 152

Theſaurus ſi caſu ſit inuentus debetur fiſco dimidia, ſi dedita opera totus, de publica vtilitate. nu. 18. 202

Tempus Belli non liberat a ſolutione niſi ſaltem pro dimidia impediat debitorem, ibid. num. 22. 203

Teſtator mandans vxorem veſtiri intelligi debet de Vidualibus decentibus, & ſemel in anno, in tit. de veſtib. aurat. num. 37. 190

Vas

Digitized by Google

V.

VAs alieno auro vel alio metallo ad priorem reducibile confectum pertinet ad Dominum materiæ, in tit. de rebus aureis & argent. nu. 1. 154

Sed ſi fuit vas ſacrum non debetur niſi extimatio, ibid. num. 2. 155

Vas conflatum ex commune materia ad communes Dominos materiæ pertinet. ibid. num. 3. 155

Et ſi materia ſeparari poteſt quilibet remanet Dominus ſuæ materiæ, ibid. numero 4. 155

Vaſis ſimplicis identitas probatur per ſimplicem aſpectum teſtis ſi ſit variè compoſitum, probatur per ſigna varia, num. 37. 171

Vaſe argenteo ad pondus empto, ſi vilius metallum adiunctum ſit, vnum ab altero diſtinctum debet ponderari, num. 38. 171

Vaſa argentea non comprehenduntur in legato ſupellectilium, niſi eſſent in vſu quotidiano Teſtatoris, num. 41. 172

Vendito fundo venæ omnes fundi vendi venditæ cenſentur ex tit. de Metal. numero 78. 57

Venis in venditione exceptis intelliguntur extantes tempore venditionis, non autem poſtea inuentæ, licet venæ nondum inuentæ reſeruari poſſent, in venditione, ibid. num. 80. 57

Venæ inuentæ in fundo diuiſo ſpectant ad eum, cui fundus obtegit, in diuiſione, num. 81. 57

Veſtis a volando dicta, atque eius appellatione venit quodcumque tegit corpus, vel eſt illi annexam ex titulo de Veſtibus auratis, numero 1. & 2. pag. 182

Vitium, & laus circa veſtium vſum multipliciter eſſe poteſt, ibidem, num. 3. pag. 182

Conſtitutio prohibens genus quoddam veſtium valet, & ligat, ibidem, numero 4. 183

Veſtium genera quatuor olim erant prohibita videlicet.

Oleboricæ.

Auratæ.

Peragadiæ &

Muniatæ. Et ratio eiuſmodi prohibitionis eſt eximia earum nobilitas, quæ Principes ipſis dignos non Priuatos facit vſque ad num. 7. 183

Veſtes colore ſimiles prohibitæ ipſæ etiam ſunt prohibitæ, ibidem, numero 8. pag. 184

Veſtes quorumcumque aliorum colorum quibuſlibet priuatis ſunt permiſſæ, ibid. num. 9. 184

Veſtem prohibitam portantes committunt pęnam extraordinariã, nu. 10. 184

Veſtem

Digitized by Google

Veſtem alijs attributam portans tenetur actione iniuriarum, numero 11. pag. 184
Veſtes prohibitæ a ſolis Miniſtris Principum, qui Gineſarij dicuntur fieri poſſunt, num. 12. 184
Veſtes prohibitas faciens olim pœna capitis puniebatur, hodie amiſſione tantum veſtium, num. 13. 184
Veſtes prohibitæ a ſolis Imperatoribus deferri ſolent, & ab illis alijs, qui ab ipſo licentiam habent, num. 14. 185
Veſtium prohibitarum commertium eſt etiam prohibitum, numero 15. pag. 185
Veſtes prohibitas priuati portare nequeunt, niſi licentiam habeant, numero 16. pag. 185
Veſtes prohibitas mulieres portare poſſunt & ideo non compræhenduntur a generale, & indefinita prohibitione, num. 18. 186
Veſtes aliquas ſtatutum ſi prohibeat non ligat Forenſes ſi ſunt ignari vel ſi appareat conditum ratione Incolarum tantum, numero 19. 186
Veſtis noua probibita non compræhendit nouam factam ex Vetere num. 20. pag. 186
Veſtibus quibuſdam fieri prohibitis probibitæ cenſentur etiam iam factæ, num 21. 186
Prohibitus ferre ſimpliciter non prohibetur facere, num. 22. 187
Cum Veſte probibita inuentus, & non appræhenſus puniri non debet, numero 23. 187
Cum Veſte prohibita inuentus ſæpius vno die ſemel tantum eſt condemnandus, num. 24. 187
Veſtibus vxori legatis non debentur probibitæ; ſed debetur extimatio, nu. 27. & 28. 188
Veſtium parte aliqua prohibita ſi remoueri poteſt debetur ipſius reliquum, num. 29. 188
Veſtibus legatis debentur gemmæ & ornamenta conſuta Veſtibus, num. 30. pag. 188
Veſtibus ſuis Vxori legatis, quæ ſunt ab vxore probandum, numero 31. pag. 189
Veſtibus legatis quotidianæ debentur ac feſtiuæ, atque inciſæ nondum confectæ, num. 34. 189
Veſtes præcioſæ ſunt ab vxore hæredibus viri reſtituendæ, ſed ſericæ ſunt vxoris, num. 39. 190
Claui aurei pro veſte debentur legata Veſte ſi ad illam ſint parati, numero 42. 191
Vxor mortuo viro veſtiri debet indumentis lugubribus decentibus expenſis

Digitized by Google

ſis viri, numero 45. 192

Vtilitas prima publica in materia Mineralium eſt Introitus ad artem, ex quo ſolui debeat fiſco octo ſcrupuli Metalli effodiendi, in tit. de publica vtil. numero 1. 199

Vtilitas ſecunda annuum Tributum Unciarum viginti quatuor eiuſdem Metalli, ſed auri ſeptem ſcrupuli tantum, ibid. num. 2. 200

Vtilitas tertia eſt decima pars eius, quod effoditur poſt eius foſſionem, & purificationem, ibid. num. 3. 200

Vncia continet octo dracmas, & dracma tres ſcrupulos, in tit. de publica Vtilitate, num. 8. 200

Vectigal eſt octaua pars eius, quod vehitur, ibid. num. 20. 202



DE

Digitized by Google

DE MINERALIBVS IN GENERE

Tractatus

IOANNIS GVIDII I. C. VOLATERRANI

ARGVMENTVM.

MINERALIVM *iura tractare decreui ego* **IOANNES GVIDIVS** *Volaterranus Legum Doctor minimus. In hac enim Ciuitate naſci à Deo mihi datum eſt, quæ cum olim Princeps totius Etruriæ fuerit inter alia excelſa huius prælationis argumenta vnum eſt illud potiſſimum, quod nulla Vrbs, nullaúe ditio, ne dum huius Prouinciæ, ſed totius etiam Italiæ, tot tantiſq; regalibus naturæ, ac Dei Optimi Maximi donis abundet, quemadmodum territorium Vrbis Volaterrarum abundare conſtat. Nam præter Salinarum numerum, & fœcunditatem adſunt Auri, Argenti, Lapillorum, adſunt AEris, adſunt Aluminis, Sulphuris, Vitreoli, Ferri, Plumbi, Stamni, & aliorum ferè omnium Mineralium, ita peremnes Venæ, vt nullus in hac ditione mons emineat, nullus quamuis humilis collis appareat, qui non aliquam metallicam Venam in ſinu eius contineat, atq; abſcondat. Idcircò lites quamplurimas de dominio earum, & acquiſitione, vel amiſſione oriri quotidie poſſe, & ratio dictat humanæ conditionis, & eorum, quæ in hunc vſq; diem vidimus, & audiuimus geſta publica, & priuata teſtantur. Et in tanto Iuriſconſultorum ſcribentium varietate, ac numero, nemo tamen hucuſq; fuit, qui materiam hanc ſummatim attigerit, nedum ex profeſſo tractauerit. Quamobrem indignum omnino eſſe ducens iuris peritiam profitenti, par-*

A tem

tem illam ſuæ Ciuitatis ignorare, in qua huiuſmodi iura reddi expediat, Indiuiduę ſanctiſſimæ Trinitatis nomine inuocato, & Diuino aſſtante Spiritu fretus de ipſis tractatum ſcribere ſum aggreſſus ad laudem, & gloriam Immortalis Dei, & ad Ciuitatis noſtræ, necnon ciuilis etiam fortaſſe facultatis vtilitatem. Et cum vera & perfecta rerum notitia non aliunde melius, & plenius percipi poſſit, quam ex vna cauſarum cognitione. Nos hanc Mineralium materiam per ſuas cauſas inueſtigare, & demonſtrare conabimur. Et eas in ſua quatuor capita diſtinguemus, Efficientem, Materialem, Formalem, Finalem, quas Cardinales appellat Bald. in L. dictam. C. de condit. & dem. Forma verò tractatus erit per quæſtiones, vel interrogationes, & ſolutiones, vel reſponſiones, ad hoc vt facilius & veritas, & ſubſtantia rerum tractandarum appareat.

DE CAVSIS IN GENERE.

SVMMARIVM.

1 *CAuſa à Caos dicta.*
2 *Cauſa ſignificat animi impulſum.*
3 *-- Explicationem facti.*
4 *-- Contractum.*
5 *-- Cõtrouerſiam vel differentiam.*
6 *-- Vtilitatem.*
7 *-- Titulum.*
8 *-- Speciem.*
9 *-- Onus.*
10 *-- Fructum.*
11 *Accuſationem.*
12 *Iuramentum.*
13 *Statum & vis perſonæ.*
14 *Cauſa propriè eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud.*
15 *Eſſendi duæ, Materialis, & Formalis. Faciendi duæ, Efficiens, & Finalis.*
16 *Duæ alię formandi, & approbandi.*
17 *Quatuor ſunt principales; Cardinales dictę. Efficiens, Materialis, Formalis, Finalis.*
18 *Cauſę ſimplici appellatione finalis intelligitur.*
19 *Vel proxima aut proximę coniuncta.*
20 *Cauſa remota, occaſio non cauſa dicitur.*
21 *Offendens cum cicatrice non punitur pœna cicatricis, ſi Medici vel aliorum incuria, non vulneris cauſa remanſerit.*
22 *Cauſę proprium eſt effectum producere.*
23 *Et ideò poſita cauſa datur effectus, remota remouetur.*
24 *Plures cauſę ſimul concurrere poſſunt.*
25 *Sed non debent ſi nõ ſunt neceſſarię.*
26 *Efficiens eſt nobilior & potentior.*
27 *Efficientis definitio.*
28 *Diuiſiones tres. Prima, quando de aliqua forma fit alia, vel de re informi fit forma.*
29 *Secunda, Vel perficiens, vel diſponens, vel adiuuans, vel conſilians.*
30 *Tertia diuiſio. Principalis vel Immediata, & Secundaria vel Mediata.*
31 *Materialis eſt illa ex qua aliquid fit.*
32 *Triplex eſt, Alterationis tantum. Compoſitionis tantum; Et compoſitionis, & alterationis.*
33 *Item vel intrinſeca, & rationalis, vel extrinſeca, & irrationalis.*
34 *Materialis non differt à ſubiecto.*
35 *Materiatum non differt à materia ſi ad*

ad eandem redigi poteſt, Secus ſi non poteſt.

36 *Niſi aliter ratio dictet.*

37 *Si triticum extrahi non poſſit penuriæ cauſa, nec farina poterit extrahi nec panis. Si furnorum vel molendinorum cauſa licebit.*

38 *Formalis eſt ſpecies, & exemplum rei, vt hominis ratio, legis iuſtitia.*

39 *Pars aliqua ſi formali deficiat formam totam deſtruit.*

40 *Duplex eſt Subſtantialis, & Accidentalis.*

41 *Forma & formalis cauſa accipitur pro qualitate, pro ſubſtantia, & pro ordine.*

42 *Dignoſcitur per accidentia extrinſeca per aptitudinem, & per operationes.*

43 *Amittitur in rebus animatis amiſſa naturali operatione; In inanimatis non artificialibus quando illius accidentalia perduntur. In artificialibus quando illa aptitudo eſt amiſſa.*

44 *Omiſſio formæ vitiat actum, & illum reddit nullum.*

45 *Regula. Si non valet vt ago, non procedit quando eſt omiſſa forma.*

46 *Cauſa finalis eſt illa propter quam aliquid fit.*

47 *Cauſa finalis eſt potiſſima, & finis omnium cauſarum.*

48 *Et eſt duplex Euentus vel Intentus.*

49 *Differt ab impulſiua quia finalis reſpicit futurum nempe rationem legis, Impulſiua præteritum nempe cauſam legis.*

50 *De finali legis quæri & diſputari poteſt de impulſiua non poteſt.*

51 *Contrarium de directo in reſcripto Principis.*

52 *Finalis influit in omnem effectum diſpoſitionis, Impulſiua non influit.*

53 *Finali poſita vel ſublata ponitur vel remouetur effectus.*

54 *Sed nec finalis ceſſat quando cauſa pro ratione accipitur, vel quando actus non eſt perfectus.*

ANTE quam de cauſis Metallorum dicamus, non improprium videbitur prætermittere breuiter aliqua, quæ ad cauſę cognitionem pertineant. Et primum quæro vnde cauſa dicta ſit; Et quid cauſæ nomen ſignificet? Reſpond. ad primum iuxta doctrinam Pauli Leazar. in clem. dudum de ſepult. & ſecundum Philoſo-
1 phos, quod cauſa † à Chaos dicta eſſe videtur, quod fuit prima materia omnium rerum: Circa ſecundum dico, quod cauſæ nomen eſt æquiuocum, & plura ſignificat, vt notat Paulus ſupra alligatus in l. 1. §. ſexum ff. de poſtul. & Ant. de Butr. in Rub. Prohemij Gregor. Et
2 primo ſignificat animi † impulſum ad aliquid agendum. d. §. ſexum.
3 Secundò explicationem † facti, vt l. ſi ex plagijs §. in cliuo ff. ad l. Aquil.
4 Tertiò ſumitur pro contractu † c. 1. De plus petit. Quartò ſignificat cõtrouerſiam cap. forus de ver. ſignif. cap. fin. de iur. calum. vel differen-
5 tiam † §. ſed quia Inſt. quibus mod. teſta. infir. Quintò ſumitur vtilita-
6 te † L. item veniunt in princip. ff. de
7 petit. hæred. Sextò pro † titulo l. nec vllam §. in princ. ff. eod. tit. Se-
8 ptimò pro ſpecie. † l. cum hi §. ſi eidem ff. de tranſact. Octauò pro o-
9 nere † l. ſi debitor. C. de diſtract. pi-
10 gnor. Nonò pro fructu † l. ſi mater vbi gloſ. C. de inſtint. & ſubſt. De-
11 cimò pro accuſatione † l. fin. ff. qui
12 ſatiſd. cog. Vndecimò pro † iuramento c. cum dilecti de accuſ. Duo-
13 decimò pro † ſtatu, & iure perſonæ §. ſeruus autem Inſt. de hæredit. inſtit. Et pluribus alijs modis, vt per prædictos, & per Marian. Socin. in cap. ad audientiam artic. 7. queſ. 42. De homicid. Sed magis propriè cau

14 ſa dicitur, ad cuius eſſe † ſequitur
aliud. Vnde duæ dicuntur cauſæ
15 eſſendi † Materialis & formalis, &
duæ faciendi efficiens, & finalis. vt
not. Archid. in 6. in princip. & Bald.
in l. quacumque C. de bon. quæ li-
ber. Et aliàs duas enumerat Bald.
in l. ſi quis. C. de decur. lib. 10. velu-
16 ti formandi, & † approbãdi. Formã
di veluti quando partes formant
contractum; approbandi quãdo per
Prætorem approbantur.
Secundò quæro quotuplex ſit cauſa
propriè ſumpta. Et cauſæ appella-
tione qua intelligatur. Reſpond. ad
primum; quod cauſarum plures
ſpecies, ac diuiſiones, & à Philoſo-
phis, & à Iuriſperitis traduntur, ſed
in hoc omnes conueniunt, vt ſum-
ma cauſarum diuiſio quadruplex
ſit, & quatuor principales ſint cau-
17 ſæ, † quas Cardinales appellat Bal.
in l. dictam. C. de cond. ob cauſam.
nempe Efficiens, materialis, forma-
lis, finalis. Et harum qualibet in plu
res ſpecies ſubdiuiditur, vt ſuo loco
videbimus. Ad ſecundum Reſpon.
quod ſi de cauſa in lege, vel in ſta-
tuto mentio fiat in dubio de finali
18 intelligitur † gloſ. in l. cum tale §.
falſam ff. de cond. & dem. & Bar. in
l. 2. ad finem ff. eod. & in extrauag.
ad reprim. in verb. Ne ex eorum. &
Ant. de Butr. in cap. poſt tranſlatio-
nem de renunc. & Philippus de
Peruſ. in capit. cum ceſſante de ap-
pellat. & Ioan. Andr. & Dominicus
à Sancto Geminiano in capit. quo-
niam. De immun. Eccleſ. in 6. Item
19 cauſæ appellatione proxima † in-
telligitur, & immediata, vel ſaltem
proximæ coniuncta l. carbonum ff.
de verb. ſignific. & notat Bartol. in
l. merum §. ſed licet vbi etiam Ca-
ſtrenſ. ff. quod met. ca. & in l. vxori
ff. de aur. & arg. leg. & in l. ambi-
tioſa reg. 2. ff. de decr. ab ord. fac.
Cauſa enim multum remota ma-
20 gis propriè occaſio † dicitur, quam
cauſa Bart. ibid. & facit. l. cum dela-
tionis §. aſinam ff. de fund. inſtr. Et
inde infertur, quod ſi offendẽs cum
cicatrice acrius ſit puniendus, ex
diſpoſitione ſtatuti, non incidat in
pœnam, ſi cicatrix negligentia Me-
21 dici, † vel incuria percuſſi proceſ-
ſerit, vt conſuluit D. Franciſcus de
Albergottis Aretinus celeberrimus
Doctor in conſ. incip. In præbendo
rectũ, &c. & notat Hell. de Bann. 2.
par. 2. temporis q. 52.
Tertiò quæro, quod ſit cauſæ officiũ?
Reſpond. quod proprium cauſę of-
22 ficium eſt effectum † producere,
Et ſic poſita cauſa ſufficienti neceſ-
23 ſariò ſequitur effectus, † vel ſuum
cauſatum ſecundum Philoſophos,
& facit cap. tranſlato de conſtitut.
c. quod pro remedio 1. q. 7. c. quod
pro neceſſitate. 1. qu. 1. & c. de trahe
de baptiſm. & notat. Tancred. in
ſua ſumm. in Rub. 2. q. 3. Ioan. de Li-
gnan. in tract. de Bell. part. 1. cap. 6.
Paul. de Leazar. in clem. dudum de
ſepult. & Abb. in cap. ſolita. de ma-
ior. & obed. Ita è conuerſo ceſſan-
te cauſa ceſſare dicimus effectum,
vt per vulgatum cap. cum ceſſante
vbi omnes DD. de appellat. & L. 1.
& per tot. C. ſi a non comp. iudic.
fuer. appell. Nec poteſt effectus re-
conualidari, ſi ex aliqua ex qua-
tuor ſupradictarum cauſarum de-
ficiente ceſſauit, vt dicunt ſupra-
dicti, & Ant. de Butr. in loco præ-
allegato, & Niccolaus de Matheſ.
in quadam ſua diſputatione, quam
refert, & ſequitur D. Antonius de
Roſſellis Aretinus in conſ. incip.
Quod non valeat iudicium, &c. &
facit L. 1. §. ſed ſi filius, ff. de leg. 3.
& L. ſi filius ff. de milit. teſtam. & L.
qui ſoluendo non erat duos, ff. de
hæred. inſtitut. & notatur in L. vni-
uerſa C. de precib. Imper. offer. &
in cap. quamquam de vſuris. Et ex
prædictis infertur, quod idem iu-
dicatur de cauſa cauſãte effectum,
quod

Digitized by Google

quod de ipſo effectu, & alibi dici-
tur, quod quidquid eſt cauſa cauſæ
eſt cauſa cauſati. L. ſi autem §. fin. ff.
de aqu. pluu. arc. & cap. 1. Quæ ſint
regal. & cap. ſi ſuper gratia de offic.
deleg. in 6. & L. manumiſſiones. v-
bi Bald. & alij ff. de iuſt. iur. Iaſ. in
L. quominus. colu. 3. verſ. Octauo
nota. ff. de fluminibus, cum ſimili-
bus, &c.

Quartò quæro, An plures cauſæ
concurrere poſſint, & an omnes ſi-
mul concurrere debeant? Reſpon.
24 breuiter ad primum, quod ſic, † vt
voluit Ariſtot. lib. 3. Phiſicorum ca.
1. & Doctores noſtri in §. affinitatis
Inſtit. de nupt. & Bart. in d. extra-
uag. in verb. Nec ex eorum. Ad ſe-
cundum, Reſpond. aut omnes cau-
ſæ ſunt neceſſariæ ad effectum pro-
ducendum; & omnes oportet con-
currant. Aut aliqua eorum ſufficit,
& non neceſſarius non eſt opus
25 concurrere. † ita concludit Ab-
bas, & Philipp. de Peruſ. in d. c. cum
ceſſante, & notant Doctores in L. li-
berorum, ff. de his, qui not. in fam.
& in L. ſi ventri. §. in bonis, ff. de
priuil. credit. & in d. §. affinitatis, fa-
cit. c. quoniam frequenter §. porro,
& §. ſi autem. Vt lit. non conteſt.

Quintò quęro de cauſa efficienti
(tamquam nobiliori, ac potentiori
26 † iuxta Doctor. in l. ſi quæramus. ff.
de teſtam.) quæ ſit cauſa efficiēs, &
quotuplex? Reſpond. ad primum,
quod eſt illa, vnde principium mu-
27 tationis primum, † aut quietis eſt,
vt conſilians cauſæ, & pater filij, &
commutans commutati, vt inquit
Ariſtot. Phiſic. 2. cap. 1. & Ant. de
Butr. in d. Rubr. Verſ. Quæro, quæ
eſt cauſa efficiens? Ad ſecūdum dic
quod plures traduntur cauſæ effi-
28 cientis diuiſiones. Prima eſt, † quā-
do de aliquo fit aliud, vt pater filij,
aut de nichilo aliquid, vt faber ſchi-
phi, ſecundum Card. in clem. Greg.
in prohem. in princ. intelligens ni-
hil quoad *formam*, non quoad *ma-
teriam*, quoniam ſine materia nul-
la ſpecies effici poteſt. L. adeo. §. cū
quis ex aliena. ff. de acquir. rerum
29 dom. Secunda diuiſio † eſt ſecun-
dum interpræres Ariſtot. in dicto lo
co. vt cauſa efficiēs ſit vel perficiēs,
vel diſponens, vel adiuuans, vel cō-
ſilians. Perficiens eſt, quæ inducit
formam, Diſponens, quæ præparat
materiam, Adiuuans, quę operatur
ad finem alterius, Conſilians eſt in
his, quæ aguntur ex propoſito. Ter-
tiò diuiditur cauſa efficiens in Prin
30 cipalem, & Secundariam, † vel in
Immediatam, & Mediatam, quam
etiam propriè, vel metaforicè dici
referunt Doctores prædicti; Et pri-
ma ſpecies dicitur ea, quę ſtatuit ad
finem, vel eſt medium ad finem. Se-
cunda eſt illa, propter quam agens
agit. & eſt idem quod finis.

Seſtò quęro, quę ſit cauſa efficiēs
Mineralium? Reſpond. Aut intelli-
gimus quo ad diſponentem, Aut
quo ad operantem. Primo cauſa ef-
ficiēs Metallorum eſt mediata; vel
immediata.

Mediata eſt Deus omnipotens vnum,
ac ſummum omnium principium
à quo cūcta dependent, qui per mo
tum cæli, & qualitates elemento-
rum, ſicut artifex malleo, ac ſecuri
omnes formas naturales profert.
Immediata efficiens mineralium
eſt calidum; vt inquit Albertus
Magnus in ſuo tract. de Mineral.
libr. 3. cap. 5. Secundo caſu quoad
operantem. Efficiens mineralium
eſt itidem duplex, Mediata, ſiue
Immediata. Mediata, adiuuantem,
& conſiliantem comprehendit iux-
ta ſecundam diuiſionem præceden-
tis quæſtionis. Et hæc eſt Deus, qui
(cum non ſimus ſufficientes cogi-
tare aliquid tanquam ex nobis, ſed
ſufficientia noſtra ex Deo eſt vt in-
quit Paul. Apoſtol. ad Corinth. ca-
pit. 3.) vtilitatis noſtrę gratia quo-

Digitized by Google

rum cauſa cuncta creauit, mouet voluntatem noſtram ad huiuſmodi metalla inquirenda; ita dicit Alber. Magnus dicto loco, & Ant. de But. & alij ſupra alligati. Immediata, quæ diſponentem, & perficientem comprehendit verſatur vel circa metalla naturalia inquirenda, & in puram materiam redigenda; & in hoc comprehendit Metallarios de quibus eſt in iure titul. C. de Metallar. lib. 11. vel circa metalla proprio ingenio, & particulari, ac ſubtili arte conficienda, & continet Alchimiſtas; de quibus per Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. de crimin. falſi, Aut verſatur circa metalla ſiue natura, ſiue arte inducta formanda, & in ſpecies redigenda, & comprehendit Artifices metallorum; de quibus agitur in titu. C. de excuſ. artif. & in L. in ff. de iure immun.

Septimò quæro de cauſa materiali, quæ ſit, & quotuplex, & quid differat à ſubiecto vel materiato? Reſpond. ad primum, quod materia-
31 lis dicitur illa, quæ ineſt, † vel ex qua aliquid fit, ſicut æs ſtatuæ, Argentum Phialæ ſecundum Ariſtot. Philoſophos, & I. C. in locis præallegatis. Ad ſecundum Reſpond. quod cauſa materialis eſt triplex,
32 Alterationis tantum, † Compoſitionis tantum; & Compoſitionis, & Alterationis ſimul. Alterationis tantum eſt ex qua res fit tamquam ex termino à quo, & non manet in ipſa re, ſic. Vinum eſt materia Aceti, L. in venditionibus. §. fin. ff. de contr. empt. & ſperma hominis §. 1. Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. & L. lege 12. tabularum. C. de leg. hæred. Compoſitionis tantum eſt quando manet in toto. Et aut non fuit ante totum, vt caro, oſſa, & ſimilia in homine, L. qui in vtero, & L. non ſunt liberi. ff. de ſtat. hom. Aut fuit ante totum, vt Tabulę nauis, vel Saxa, aut cementa domus L. ſed ſi ex meis & L. Mutius cum ibi not. ff. de acq. rerum dom. §. cum in ſuo Inſtit. de rerum diuiſ. Alterationis, & Compoſitionis eſt duplex propinqua, vel remota. Propinqua, vt mel, & acetū Oximellis, vel vinum, & mel mulſi, §. cum quis ex aliena Inſtitut. de rerum diuiſ. & L. adeo. §. cum quis. ff. de acqu. rerum dom. Remota vt materia prima omnium generabilium ſecundum Philoſophos in loco præallegato. Aliam quoque materialis cauſę diuiſionem affert Azzo. in princ. ſuæ ſummæ, quam emēdat poſtea Bald. in Rubr. ff. de iuſt. & iure dicens quod eſt vel
33 intrinſeca, † & rationalis, vt ius, & iuſtitia; vel extrinſeca, & occaſionalis, vt contumacia dolus, & culpa; vel indifferens, vt hominum negocia, quę animo diſponuntur. Ad tertium Reſpond. quod materia nihil
34 differt à ſubiecto, † niſi nomine, cum ſubiectum nihil aliud ſit quam materia ex qua aliquid fit. Quod attinet ad materiatum, aut illud poteſt reduci ad ſuam primam materiam, vt vas argenteum, & tunc materiatum ve-
35 nit appellatione materiæ, † quid poteſt reduci ad ſua initia, & ſi vas eſſe deſinat, numquam tamen deſinit eſſe argentum. L. cum aurū in princip. ff. de aur. & arg. leg. L. quæſitum §. illud fortaſſis. ff. de leg. 3. Aut non poteſt ad ſuum materiatum redigi, vt lana veſtis, & Cupreſſus Nauis, & tunc non venit appellatione materiæ, quia nunquam poſtea veſtis in lanam redire poterit, neque Nauis in Cupreſſum. d. §. quæſitum, & ibi Gloſ. & Bart. & in L. carbonum in princip. ff. de verb. ſignif. Verum hoc limitatur, & declaratur à ratio-
36 ne, † nam ſi ratio diſpoſitionis ita ſuadeat, tunc materiatum materiæ nomine venit, vel non venit ſicut ratio dictat. Veluti ſi ſtatuto caueatur nequis frumentum extrahere poſſit. Si ratio ſtatuti fundetur in penuria vitanda, neque farina, neque

panis

Digitized by Google

37 panis coctus extrahi poterit, † Si ve
ro factum ſic propter abundantiam
mo endinorum farinam extrahe-
re licebit, ſi propter abundantiam
furnorum licebit extrahere panem
coctum, ita tenet Barth. & alij in d.
§. illud fortaſſis, & in L. 1. vbi etiam
Plateam C. de frum. vrb. conſtit. li. 1.
& Bald. in L. non dubium, vbi etiam
Iaſon. C. de legib. & Aret. in §. cum
ex aliena Inſtitut. de rerum diuiſ. &
Nellus de Sancto Gem. in L. ſi con-
uenerit. §. ſi quis cauerit. ff. de pign.
act. & Alberic. de ſtatut. par. 2. qu. 5.
& Guido Pap. deciſ. 373. & Firman.
in opere ſuo Gabellarum part. 2. par
tis 8. quæſt. 11.

Octauò quæro de cauſa formali,
quæ ſit, & quotuplex? Reſpond. ad
primum, quod formalis cauſa, ſiue
forma eſt ſpecies, & exemplum, &
38 ad rem comparatur † velut intrin-
ſeca rei. Et ſic de forma hominis eſt
quod ſit rationabilis, de forma le-
gis, vel cõſtitutionis eſt quod ſit ho-
neſta poſſibilis, bona, æqua, iuſta,
rationabilis, alioquin his deficienti-
bus non eſt lex, ſicut rationabilitate
ſublata tollitur homo ca. erit autem
lex 4. diſtinc. c. fin. de præſcript. & c.
fin. de conſuet. & Ant. de Butr. Ari-
ſtot. & alij ſupra allegat. Secundum
Bald. in L. 1. §. pro ſecundo. C. de
caduc. toll. forma rerum naturalium
nihil aliud eſt, quam earum perfe-
ctio. Quam D. Barth. Socin. præce-
ptor meus in L. 1. §. & harum. ff. de
verb. obligat. interrogationem, &
partium ſubſtãtialium collectionem
39 appellat, † vt ſi vna pars deficiat to-
ta forma perimatur, quia forma non
attribuitur niſi rei perfectæ, ac con-
ſumatæ. L. is qui quadringenta. §.
vtrum. ff. de reb. dub. Circa ſecundũ
formalis cauſa dicitur duplex. Sub-
40 ſtantialis, & accidentalis, † Subſtã-
tialis eſt ea propter quam res ipſa
conſiſtit & vnde ſuſcipit denomina
tionem & eſt inuiſibilis in qualibet
re, vt in homine cuius forma ſubſtã-
tialis eſt anima clemen. 1. de ſumm.
Trin. & fid. Cathol. & Bartol. in 3.
part. Tyberiad. circa princip. verſ.
Quod ſi. Accidentalis dicitur ea qua
litas, quæ circa rei ſuperficiem appa-
ret, vt albedo, nigredo, iuuẽtus, ſene
ctus, quę adeſſe, & abeſſe poſſũt præ-
ter ſubiecti ſublationẽ, vel corruptio
nem. ſecundum Philoſophos præ-
allegatos, & facit L. proponebatur.
ff. de iudic. & L. 1. §. de inſpiciendo
vbi notat. Barth. ff. de ventr. inſpic.
Sed ſi qualitas hæc habeatur loco
materiæ ſeu ſubſtantiæ, tunc dicitur
forma ſubſtantialis licet in ſe ipſa
ſit accidentalis, quod maximè appa-
ret in iuribus, quæ in ſuperficie con-
ſiſtunt vt in vſufructu, L. quid tamẽ
§. quadrigæ cum l. ſeq. ff. quib. mod.
vſusf. am. & notat Bald. in l. 1. verſ.
6. videndum ff. de acq. poſſeſſ.

Nonò quæro quot modis for-
ma, ſeu cauſa formalis accipiatur, &
quomodo ea cognoſcatur? Reſpon-
deo ad primum, quod forma acci-
41 pitur, † pro qualitate, & pro ſub-
ſtantia vt mox vidimus, & accipitur
pro ordine, quia ordo dicitur huma
norum actuum forma. l. qui Romæ
§. Flauius ff. de verb. oblig. Ad ſe-
cundum reſpondeo, quod forma cũ
42 ſit inuiſibilis † dignoſcitur per acci-
dentia extrinſeca, veluti in homine
quia habet animam, & corpus ita
organizatum, alioquin non eſſet ho
mo. l. non ſunt liberi ff. de ſtat. hom.
Item cognoſcitur per illam aptitu-
dinem, quæ apparet, veluti in ſci-
pho, & domo, & alijs artificiali-
bus. Item cognoſcitur per opera-
tiones, cum animalia agunt natura-
les operationes propriæ ſpeciei at-
tributas, veluti ſentire, ac moueri;
vel inanimata cum in fructibus ſa-
porem, ac maturitatem videmus. Vt
dicit Ariſt. 1. de Anima, & Philoſo-
phi ac I. V. C. ſupra allegati.

Decimò quæro quomodo amic-

Digitized by Google

tatur forma, & quid eius omiſſio operetur? Reſpondeo ad primum, quod in rebus animatis amittitur forma, quando deeſt naturalis operatio, ac ſolita potentia, & ea amiſſa
43 corrumpuntur † etiam nomina ſiue loquamur de homine cuius forma amiſſa, quæ eſt anima, non homo, ſed cadauer vocatur. ff. de cadauer. punit. per tot. ſiue de animatis anima ſenſitiua. L. mortuo boue. ff. de leg. 2. & pariter de anima vegetatiua. Sed in rebus inanimatis inartificialibus, perditur forma cum illius accidentia perduntur, vt ſi de lapide fiat calx. In rebus artificialibus perditur forma amiſſa illa aptitudine, vt in Scipho fuſo; qui deſinit eſſe Sciphus. l. Iulianus, §. ſed & ſiquis ff. ad exhib. L. quintus. §. cum aurum ff. de aur. & argent. legat. vel amiſſo ordine, quo deſtructo totum dicitur deſtructum. dicta L. non ſunt liberi, & L. ſi debitorem. ff. de pact. & Bald. in leg. 1. ff. de rerum diuiſ. Et Dominus Præceptor meus in d. §. & harum. Ad ſecundum reſpon. quod
44 omiſſio formæ, vitiat actum, † & illum reddit nullum ſiue actus ſit fauorabilis, ſiue odioſus, d. §. Flauius; Et ideo omiſſa forma proceſſus, ille redditur nullus, & nulla ſententia ſuper eo lata. L. prolatam. C. de ſenten. L. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſ. cap. cum dilecta de reſcrip. & ca. exhibita de iudic. vbi plene Doctores. Et ideo à forma legis, vel ſtatuti non eſt recedendum. L. conſtitutionibus. ff. ad munu. L. certa forma vbi Ioan. de Plat. C. de iure fiſci, quoniam plus eſt omittere formam, quam materiam omittere, cum in materia omiſſa procedat reg. Si non valet vt ago, valeat vt valere poteſt,
45 non procedit † in omiſſione formæ. L. an inutilis. ff. de accept. L. ſi vnus. §. acceptilatio. ff. de pact. Et non mirum, quia forma dat eſſe rei. L. Iulianus, ff. ad exhib. cum vulgaribus.

Decimoprimò quæro quæ ſit cauſa formalis metallorum. Reſpondeo quod aut habemus obiectum ad naturalem philoſophiam, & forma eſt aut illa rudis metallorum in maſſa, vel lamina, aut artificialis quãdo metallũ in aliquam ſpeciem redactum eſt, veluti Sciphum, Lancẽ, Calicem, Anulum, Torquem, & ſimilia. Aut habemus obiectum ad legalem philoſophiam, & dicta forma eſt duplex, Tractandi, vel Tractatus. Tractandi eſt triplex: difinitiua, diuiſiua, & exemplorum poſitiua vt dicit Albert. de Roſat. in Rub. prohem. ff. & Bal. in d. Rub. ff. de iuſt. & iure. Tractatus forma eſt collocatio ad ſingulos congruos titulos. ſecundum Ant. de Butr. in loco prealleg. & ibi etiam Abbas.

Decimoſecũdò quæro de cauſa finali, quæ ſit, & quotuplex? Reſpon.
46 ad primũ, † quod cauſa finalis eſt illa, propter quam aliquid fit, vt ambulandis ſanitas, Vnde ſi quæratur quare quis ambulet, & dicat vt ſanus ſit, arbitramur idoneã ambulandi cauſam fuiſſe allatam. ſecundum Ariſtot. & Ant. de Butr. in locis ſupra allegatis; Per eam enim prima hominis intentio dignoſcitur, vt ſi domus eſt à turbine, & pluuia nos protegat, hic finis mouet efficientem, & efficiens preparat materiam, quam poſtea reducit ad formam: vt inquit Butr. in d. loco, Vnde patet, quod cauſa finalis eſt potiſſima, ac
47 finis † omnium aliarum cauſarum & obiectum intellectus, ſicut ſignũ eſt obiectum viſus; & portus nauigantium vt inquit D. Thomas 1. 2. quæſt. 1. artic. 1. & 6. & Bald. in L. Generaliter in 2. oppoſitione. C. de Epiſc. & cler. & in L. eam quam. C. de fideicommiſſ. & in L. 7. C. de falſ. cauſ. adiect. leg. Ad ſecundum Reſpondeo ſecundum philoſophos in
48 dict. loco. quod finis † eſt vel *Euentus*, vel *Intentus*. Euẽtus poſſet eſſe, & ap-

Digitized by Google

& apparere malus. Intentus eſt generationis, & rei generatę. Generationis finis eſt forma; Rei generatæ eſt intentione primaria, vel ſecundaria; Primaria intentione eſt quo, vel quod. Quo eſt Viſio Dei, quod eſt ipſe Deus; Secundaria intentione itē eſt quo, & quod: Quo eſt habitus virtutis, quod eſt ipſum operari. ita diſtinguunt Philoſophi, & Anton. de Butr. in locis præallegatis.

Decimotertiò quæro quid cauſa finalis differat ab impulſiua? Reſpondeo quod cauſa finalis reſpicit
49 futurum, † vt eſt ratio legis, impulſiua verò reſpicit præteritum, vt eſt cauſa legis propter quam eſt edita. Vnde infertur alia differentia, vt neceſſe ſit cauſam finalem legis, vel conſtitutionis eſſe veram, & de eius
50 veritate diſputari poſſe, † ſed cauſam impulſiuam ſecus. vt dicit Bar. in l. demonſtratio falſa. §. quod autem quæſt. 8. ff. de cond. & demon. & in l. 2. ff. de notat. & in extr. ad Reprim. in verb. Ne ex eorum. Quod tamen limitatur in reſcripto Prin-
51 cipis, † quod impulſiuè veritatem ſupponit, & quæſtionem admittit l. præſcriptione. Cod. ſi contra ius, vel vtil. pub. Tertiò differt, quia cauſa, quæ non influit in omnem effectum incluſum ſub diſpoſitione veluti ſi ſit ſtrictior, ac magis ſpe-
52 cialis † quam diſpoſitio dicitur impulſiua. Sed illa, quæ influit in omnem effectum diſpoſitionis, & eſt generalior dicto dicitur finalis. Bald. in leg. 1. colum. 8. ff. ſolut. matrimon. & in leg. generaliter. ff. de Epiſcop. & Cleric. & Domin. in cap. quoniam de immun. Eccleſ. lib. 6. & notant Doctores in l. final. ff. de offic. Procuratoris Cæſar. & in l. 1. §. ſexum. ff. de poſtul. & Corn. conſil. 35. Semper mihi in princip. vol. 3. Quarta differentia eſt, quod
53 † cauſa finali poſita ponitur effectus, & ea ceſſante ceſſat effectus, cap. cum ceſſante. Extr. de appellat. Tancred. in ſuo compend. Rubr. ſecund. quæſtio. 3. in fine, & Bald. in leg. 1. Cod. quand. non pet. part. Sed cauſa impulſiua ceſſante non ceſſat effectus l. 1. §. ſexum vbi Paul. de Caſtr. lect. Florent. ff. de poſtulat. & Abb. in d. Rubr. Prohem.
54 Gregor. ſicuti non ceſſat quando cauſa pro ratione ſumitur Cyn. & Bald. in leg. generaliter Cod. de Epiſcop. & Cleric. & Bartol. in leg. ſecunda §. final. in fin. ff. de donation. neque ceſſat quando actus non eſt perfectus, vel conſumatus, & adhuc aliquæ reliquiæ ſuperſunt dict. leg. generaliter & leg. final. ff. vnd. lib. leg. 2. ff. rerum amot. leg. ex duobus. ff. de vulg. & pupil.

Decimoquarto quæro, quæ ſit cauſa finalis metallorum? Reſpondeo quod diuerſæ ſunt cauſæ iuxta obiecta, quæ inſpicimus: Si finis generationis conſideramus, cauſa finalis eſt, forma metallorum, & eorum ineſſe deductio. Si finem rei generatæ, cauſa finalis eſt humana vtilitas, cum hominum cauſa cuncta à Deo ſint genita vt in principio Geneſ. & Pſalm. 8. & Lact. Firmian. in lib. de ira Dei capit. 12. §. in pecudum Inſtitut. de rerum diuiſ. & Plin. libr. 7. in principio. Si finem quærentium ſpectemus, vel vtilitatem, vel diuitiarum auiditatem cauſam finalem eſſe dicimus leg. 1. Cod. de metall. libr. 10. Si verò circa iuris obſeruationem conſideremus, Proxima cauſa erit, vt æquum ab iniquo, licitum ab illicito dignoſcatur. ſecundum Doctores ſupra allegatos, & Diuum Thomam ſecunda ſecundę quæſtione 28. artic. 1.

Remota

Remota eſt æterna fælicitas, ad quam omnes ſcientiæ finaliter ordinantur. ſecundum D. Thomam pri. 2. quæſt. 1. artic. final. & quæſt. 3. artic. final. Si vero finem addiſcentium, & coꝝ̃ qui docent vel tractatus conſcribunt, inſpicimus, ille dicitur multiplex. Aut enim id faciunt homines vt ſciant vt Rethores, & Dialectici, & horum finis ſuperbia eſt, & vanagloria; Aut vt ædificentur vt Theologi, & Canoniſtæ, & horum finis eſt prudentia, Aut vt lucrentur vt Medici, ac Iuriſperiti, & horum finis eſt auaritia, Aut vt ædificent, vt Magiſtri boni, & horum finis eſt Charitas, quæ bene redolere dicitur cap. 1. §. ad exhibendum. De ſacr. vnct. & elemoſinam continere, & antecedō cap. duæ ſunt, & capit. tria. 45. diſtinct. Quos fines conſiderat Hoſtienſ. in princip. ſuæ ſummæ. Duo igitur fines mouerunt me ad ſcribendum ſuper hac materia. Vnus vt addiſcerem quæ de illa Doctorem ſcire oporteat, Alter vt docere ipſam poſſem. & de iure conſultus reſpondere.

***



DE

Digitized by Google

DE CAVSA EFFICIENTI LIBER PRIMVS.

DE METALLARIIS. Titulus Primus.

SVMMARIA.

1 Metallarij qui dicantur.
2 Damnati in Metallum non ſunt Metallarij.
3 Metallorum ſingulorum inuẽtores.
4 Filij metallariorum ſunt metallarij.
5 Lapidarij ſunt Metallarij.
6 Sunt homines liberi.
7 Damnati in metallum non ſunt de Collegio metallariorum.
8 Damnati in metallum ſunt qui metallum fodere vel portare debebant.
9 Teſtari non poterant.
10 Nec hæredes inſtitui.
11 Nec agere, nec conueniri niſi pro alimentis, & ijs quorum iure gentium ſunt capaces.
12 Metallariorum officium, eſt venas inquirere, effodere, et in materiam lucidam & propriam redigere.
13 Metallarius quilibet eſse poteſt.
14 Metallarij, poſſunt eſse laici, & Religioſi.
15 Fratres ſancti Galgani in agro Volaterrano regẽtes erant Domini Venarum extrahendo Venas Ferri in Inſula Iluæ.
16 Metallarij pro introitu debent ſoluere fiſco tertiam partem vnciæ, pro foſſione libram annuam 14. vnciarum, pro purificatione duas decimas fiſco ſi fodit in publico, Vnã ſi in priuato.
17 Sed de auro ſoluere tantum debent 7. ſcrupolos annuos.
18 Præualet tamen conſuetudo.
19 Ita ſoluitur de Marmoribus, & lapidicinis.
20 Si deſeruerint artem poſſunt compelli ad illam reaſsumendam quacumque præſcriptione non obſtante.
21 Ita poſsunt retrahi ad officium filij metallariorum.
22 Etiã ſi fuerint in ſeruitio Principis.
23 Ita & debitores priuatorum retrahi debent à ſeruitio Principis vt debitum ſoluant.

24 Qui-

Digitized by Google

24 *Quilibet in proprio fundo metalla poteſt inquirere dummodo fiſco partem debitam ſoluat.*

25 *In fundo vſufructuario ſimiliter inquirere poteſt niſi partem fundi lædat, vel formam mutet vel aerem corrumpat, vel ſumptum magnum proprietario afferat.*

26 *Ita poterit in fundo Emphyteotico.*

27 *Et in fundo feudali.*

28 *Et in dotali.*

29 *In fundo communi poteſt inquiri inuito ſocio, ſi prædium ſit ad hoc deſtinatum vel aliqua pars, & ſocio damnum non inferatur.*

30 *Socius poteſt incidere ſyluam caduam inuito ſocio ne pertinacia vnius altero noceat.*

31 *Ad metalla inquirenda, vel effodienda ſocietas coiri poteſt.*

32 *In ſolo publico metalla inquiri poſſunt.*

33 *Et in ſolo alieno volente Domino.*

34 *Et inuito Domino ob publicam vtilitatem.*

35 *Dummodo nõ inferatur præiudicium Domino.*

36 *Incipiens inquirere vel fodere in ſuo ſi vena tranſeat in alienum poteſt eam proſequi Domino inuito, dummodo fiat ſine ipſius detrimento.*

37 *Vel nolit ipſe Dominus initio inquirere, & fodere.*

38 *Niſi extraneus iam repererit vel expenſas in fodiendo fecerit.*

39 *Lapides in alieni ſoli ſuperficie neque cedi neque extrahi poſſunt, ſubterranei poſſunt.*

40 *Lapides vendere nemo cogitur ſi illis opus habeat.*

41 *Lapidarius non poterit etiam in ſuo lapides cedere ſi fragmenta cadant in ſolum alienum niſi vſu vel caſualiter factum ſit.*

42 *Nec poterit lapides vel terram proijcere.*

Metalla temporis ordinẽ fuerunt ante metallarios, ſed metallorum notitia proceſſit à metallarijs. Ideo prius hoc titulo de ipſis, altero de metallorum artificibus, poſtea de metallis in genere, & in ſpecie pertractabimus. Et iuxta hunc ordinem.

Primò quæro qui dicantur Metallarij? Reſpondeo ſecundum Azz. in ſumma. C. de Metall. & met. libr. 11. quod metallarij dicuntur, qui laborioſis effoſſionibus ſuis ingenioſis artibus, non tamen prohibitis,
1 metallorum venas inquirunt † leg. cuncti Cod. eod. tit. vbi idem Andr. de Baru. & Ioan. de Plat. Et Bart. in l. 1. eod. titu. dixit, quod qui fodiunt metalla dicuntur Metallarij, quem intelligas, quod loquatur de metallarijs, de quibus in illo titulo, aliàs nimis generaliter loqueretur, cum damnati in metallum fodiãt metal-
2 la, & tamen † non dicuntur metallarij, vt dicam infra.

Secundò quæro, qui fuerint metallorum inuentores? Reſpondet Plin. lib. 7. Naturalis Hiſtoriæ, cap.
3 56. † Quod Æris metallum inuenit Cinara in Inſula Cypro: ferrum alij Calybes, alij Ciclopes, ſed ſecundum Heſiodum eos, qui vocati ſunt Dactyli Idæi in Creta ferrum inueniſſe. Argentum Erictonius Athenienſis, & vt alij dicunt Æacus. Aurum Cadmus Fænix ad Pangeũ montem & ſecundum alios Thoas, & Eachis in Pancaia. Plumbum ex Caſſiteride Inſula primus attulit Midacritus. Lapidicinas idem Cadmus Thebis inuenit vel in Fænicia.

Tertiò quæro, qui comprehendantur appellatione Metallariorũ? Reſpondeo, quod comprehenduntur. Primò qui inquirunt metalla.
4 † Secundò filius metallarij, qui Metallarius etiam dicitur, & ſicut pater retrahitur ad metallum fodiendum

Digitized by Google

dum, & patris exercitium aſtringit
filium.l.metallarij, & ibi not.Ioan.
de Plat. C.eod.tit. Tertio compre-
5 henduntur lapidarij, † foxores lapi-
dum, & inuentores, vt not.Ioan.de
Plat.in d.l.cuncti per textum ibi,dũ
dixit, ſaxorum venam, ſecundũ vl-
timam expoſitionem. Exponitur.n.
ſecundum ipſum dupliciter, ſaxorũ
venam,ideſt,venas metallorum in-
ter loca ſaxoſa apparentes: Vel ve-
nas ſaxorum, ideſt, marmorum, &
aliorum lapidum.

Quartò quęro; An metallarij ſint
homines liberi? Reſpondeo quod
ſic, vt dicunt Bart. & Ioan. de Plat.
6 in l.fin C. de metall. † & metall.lib.
11. concludentes, quod licet ſint
aſcripti ad fodiẽdum metallũ, ſunt
tamen homines liberi,& non ſerui,
vt l.diutius cum ibi not.C.de agric.
& cenſ.lib.11.

Quintò quæro, An damnati in
metallum dicantur de Corpore,
7 ſeu Collegio metallariorum? † Re-
ſpondeo,quod non,vt dicit Azzo in
ſumma vbi ſupra,& Accurſ.in l.fin.
eod. tit. Quia nõ debet quis pro de-
licto incorporari publico corpori.l.
nequis.C.de pęnis, niſi religioſo,vt
in Auth. vt null. iud. §. Quia vero.
Intelliguntur ergo damnati in me-
tallũ fabricæ publicæ obligati, ideſt
alligati, non autem metallariorum
corpori deputati ſecundum Azzo.
Accurſ.& Ioan.de Plat.in d.l.final.
Dicit tamẽ Ioan. de Plat. quod poſ-
ſunt applicari dc̃o corpori ad ſer-
uiendum, nõ vt habeant immunita
tes corpori conceſſas glo.not.in l.ne
quis.C.de decur.lib.10.

Sextò quæro, Quæ ſit pœna dam
nati in metallum? Reſpondeo ſecũ-
dum gloſ. ordinariam in §. relegati
Inſt. Quib. mod. ius patr. pot.ſolu.
8 † quidam damnabantur in metallũ
ad metallum fodiendum, vel etiam
deportandum, & ne fugerent liga-
bantur, & pondere quodam oppri-
mebantur, vt ferro, vel alia re. Alij
erant, qui dicebantur damnati in
opere metalli, & hi non tanto pon-
dere opprimebantur, & qui fugie-
bãt in metallum ponebantur. Alij
vero erant,qui in miniſterio, vel ſer
uitio metalli ponebantur, & hoc ſi
perpetuo fiebant erant ſerui, aliàs
non. vt. l.aut damna.§.inter eos,&
§. ſi quis, & §.in miniſterium. ff.de
pęnis,licet igitur damnati in metal-
lum vel in opus metalli differant in
vinculis, omnes tamen libertatem
amittebant d.l.aut damna.§.eſt pę-
na. Huiuſmodi autem pœnæ ſecun-
dum Accurſ. in d. §.relegati hodie
non ſunt in vſu. Sciendum eſt etiã,
quod damnati in metallum nõ poſ-
9 ſunt condere teſtamentum † l.eius
qui.§.fin.ff.de teſta. & ibi Doct.&
not. Philip. de Peruſ. in rubr.de te-
ſtam. Q.9.lib.6. Nec poſſunt hære-
10 des inſtitui, † vt dicit Spec.in tit.de
inſtr.edit.§.compedioſe verſ.ſecun-
dò oppono, per textum in l.ſi in me
tallum.ff.de his, quæ pro nõ ſcript.
habent. Et deuenit hæreditas dicto
caſu, non ad fiſcum, ſed ad venien-
tes ab inteſtato, vt notat Bart.in d.l.
ſi in metallum,dicens,ſe ex hoc cõ-
ſuluiſſe, quod ſi fratres minores in-
ſtituuntur hæredes, hæreditas pro
non ſcripta habetur, & remanet a-
pud hæredes ab inteſtato, & tenet
etiam Bart. in ſua minor. lib.1.c.2.
Angel. Aret. in §. relegati inſtit. de
lega. Bald,in auth.ingreſſi.C.de ſar.
eccl. An autem damnatus in metal-
lum repellatur ab agendo,& an cõ-
tra ipſum agi poſſit, ponit Abb.in c.
intelleximus in fine de iud. & con-
cludit, quod in his quæ haberi po-
11 teſt, † poſſit agere, & conueniri.
Quæ autem habere poſſit remittit
ſe ad l.ſi in metallum cum ibi no.ff.
de his, quæ pro non ſcrip.hab.& l.
quidam, & ibi Bart.ff.de pęnis, vbi
dicit, quod pro alimentis agere po-
terit, & pro his, quæ ſibi reſeruan-

tur

Digitized by Google

tur de iure gẽtiũ, quia in his habet
actionem. l. ſi mandauero. §. is cui.
ff. mand. Quæ extenduntur per Bat.
ad fratres minores, an pro alimentis
ſingulari fratri relictis, ipſe, vel con
uentus agere poſſit in l. ſeruos. ff. de
alim. & lib. leg. In quo dic, vt ibi
per eum.

Septimò quæro, Quod ſit metal-
lariorum officium? Reſpondeo ſe-
cundum Azzo. in ſumma ubi ſupra,
quod ipſorum officium eſt, metal-
12 lorum venas inquirere, † & inqui-
ſitas effodere, atque in materiam
lucidam, & propriam eas redigere,
quod per varias decoctiones fit, vt a
quibuſdam dicit ſe accepiſſe idem
Accurſ. in l. cũcti eo. tit. quod primo
quærunt, ſecundo fodiunt, tertio
pluries effundendo in lucidam, &
propriam formam reducunt, & ſe-
quitur Ioan. de Plat. ibi.

Octauo quæro; An cuilibet li-
ceat fodere metalla, & cuilibet poſ-
13 ſit eſſe metallarius? † Reſpondeo,
quod ſic, ita probat tex. in l. 1. C de
metall. & met. lib. 11. & ibi notat
Bart. dicens, quod cuilibet licet fo-
dere metalla, & intrare matriculã
metallariorum, dummodo ſoluat,
quæ dicuntur in d. l. 1. de quibus ſta-
tim dicam Quæſtione 12.

Nono quæro; An exercitium me-
tallorum ſit licitum Clericis, & Re-
14 ligioſis? Reſpõd. quod ſic, † Ita de-
terminat Fed. de Senis in conſ. 207.
inc. Nos Griffolus. Quia licet nego
ciatio ſit Clericis interdicta, nõ ta-
men artificium eſt prohibitum, vt
colligitur. 88. diſt. per totum, & in
cap. Clericis. 91. diſt. & de conſecr.
diſt. 6. c. nũquam, & ſentit. Archid.
in c. quãquam de cenſib. lib. 6. Per-
quirere autem metalla, & ſubtili
artificio ea diſtinguere, & ſeparare,
& ad propriam materiam reduce-
re eſt artificium. l. 1. C. de metall. &
met. lib. 11. Et non negociator, ſeu
mercator, ſed Artifex dicitur. Ergo
eſt permiſſum Clericis huiuſmodi
exercitium. Et ſentit, idem Dom. de
Sancto Gem. in d. c. quanquã. Con-
ſuluit enim Fed. in d. conſ. pro Fra-
15 tribus † Sancti Galgani Volaterra-
næ diœceſis, qui venam ferri trahe-
bant ex Inſula Iluæ, & illam eorum
artificijs redigebant in ferrum pu-
rum, quod licitè facerent, & nõ di-
cerentur negociati, & non teneren-
tur ad ſolutionem gabellæ.

Decimò quæro. An aliquid, &
quid ſoluendum ſit per illum, qui
vult fodere metalla, & eſſe metal-
larius? Reſpond. quod pro introitu
matriculæ debet ſoluere fiſco octo
16 ſcrupoles; † ideſt, tertiam partem
vnciæ illius metalli ad quod fodien-
dum accedit: Non enim ſi ad Plũ-
bum fodiendum accedit, dabit in
Argento, vt dicit Accurſ. in d. l. 1.
C. de metall. & met. quia eſſet ab-
ſurdum, vt ibi dicit Azzo in ſum-
ma. Quos non ſoluit, niſi ſemel in
officio introitu, vt concludit Bart.
& Ioan. de Plat. in d. l. 1. Et de eo,
quod fodit debet dare quolibet an-
no libram vnã fiſco, quæ ſit 14. vn-
ciarum. l. 2. eod. tit. niſi Aurum fo-
diat, quia ſufficit, ſi annuatim ſoluat
ſeptem Scrupoles, vt l. per annos
eod. tit. Et ultra hoc, de eo quod
percipit facta purificatione metalli,
debet dare fiſco duas decimas, i. de
decem partibus, duas partes, ſi fodit
in publico, ſi fodit in priuato unam
decimam ſoluit fiſco, aliam priua-
to, reſiduum ſibi retinet l. 3. eod. tit.
Si in priuato ipſius fodientis, unam
decimam fiſco ſoluit, vt dicunt Az
zo in ſumma, Accurſ. & Io. de Plat.
in d. l. cuncti eod. tit. & iſtæ decimæ
ſunt poſt foſſionem, & poſt purifi-
cationem metalli ſecundum Ioan.
de Plat. ibidẽ. Et ſic ſunt tria tem-
pora, pro introitu, pro foſſione &
18 purificatione, vt dicit Ioa. de Plat.
in dict. l. 1. Et prædicta procedunt
niſi eſſet conſuetudo in contrariũ,
quia



Digitized by Google

quia circa huiuſmodi materiam conſuetudo attendi debet, vt l. venditor. §. Si cõſtat. ff. comm. præd. Ita dicit Bart. Cep. in l. inter publicam in Quarto not. ff. de verb. ſignifi. & Card. Alex. in c. 1. in verbo Argentariæ Quæ ſint Reg. in uſib. feudo.

Decimoprimo quæro, An de Lapidicinis. Marmoribus, & Cotibus, & ſimilibus ſoluantur; quæ de me-
19 tallis ſoluuntur fiſco. † Reſp. quod ſic, vt not. Bart. in l. cuncti. C. de metall. & met. lib. 11. Et ibi idem notat Ioan. de Plat. Puto tamen in his conſuetudinem attendendam, vt de metallis dixi ſupra. q. 9.

Decimoſecundo quæro, An Metallarius ſi officium fodiendi deſeruerit poſſit retrahi ad fodiendum metallum? Reſpon. quod ſic, nulla
20 temporis præſcriptione obſtante. l. fin. C. de metall. & met. lib. 11. & ibi Bart. & latius Ioa. de Plat. qui dicit, quod ſi Metallarij maſculi, vel fœminę dereliquerint propriam Prouinciam, in qua debent fodere metalla, & ad alienam Prouinciam ſe tranſtulerint, debent retrahi ad illam nulla temporis præſcriptione obſtante, & ita vult ille text. ſecundum ipſum ex quo patet, vt ipſe dicit, quod nec quadraginta annorum ſpatio poterunt ab exercitio metallico liberari, cum lex reſiſtat potentiæ præſcribendi, vt l. cum ſatis. C. de agric & cenſ. lib. 11. & l. ſiquis decurio ſubiectus. C. de decur. lib. 10. vbi idem notat Ioa. de Plat. & allegat not. per Ang. in l. per omnes C. de præſcript. 30. anno. & notat idem Azzo in ſumma eod. tit. Verſ. in ſumma notandum eſt, & Ioa. de Plat. in l. ſi cohortalis. C. de cohortal. lib. 12.

Decimotertio quæro; Quid de filijs Metallariorum an retrahi poſ-
21 ſint ad officium fodiendi. Reſpon. quod ſic, text. eſt in d. l. fin. ibi vna cum ſua ſobole & ibi notat Azzo in ſumma, & Ioa. de Plat. idem notat, dicens, quod filij metallarij quantumcumque extra ſuam prouinciã geniti retrahuntur ad officium fodiendi. Ex quo patet ſecundum ipſum, quod filius metallarij, metallarius eſt, & ita nexus, vt exercitium paternum aſtringit filium ad illud, vt ibi, & in l. vnde ſatis. C. de agric. & cenſ. lib. 11. & not. Ioa. de Plat. in d. l. ſi cohortalis. C. de cohort. lib. 12.

Decimoquarto quæro, Quid ſi metallarius fuerit in ſeruitio Prin-
22 cipis an retrahatur ad officium metallorum? Reſpon. quod ſic, text. eſt in d. l. fin. C. de metall. & met. lib. 11. ibi etiam quos domus noſtræ ſecreta retineant. & ibi not. Bart. & Ioa. de Plat. Ex quo patet ſecundum Ioa. Quod Princeps non tenet aliquem accedentem ad ſibi ſeruiẽdum cauſa oneris, & exercitij euitandi; ad quod erat obligatus, ſed etiam a ſua domo vult retrahi. Ex quo infert ibi And. de Bart. quod uaſallum meum quocunque migrauerit reuocare poſſum, etiam ſi ſe ad ſeruiendum Principi locauerit. facit l. 1. C. de murilegul. lib. 11. & d. l. ſiquis decurio, & l. generali. C. de decur. lib. 10. Quod notat Ioa.
23 de Plat. contra debitores, priuatorum, qui ne capi, & carcerari valeant, locant ſe ad ſeruiendum magnatibus, quia poſſunt retrahi, nec debent a potentioribus tueri, vt l. 1. C. ne lic. pot. & l. 1. C. vt nemo ad ſuum Patro. lib. 12. & facit d. l. fin. C. de metal. & met. ſecundum Bar. ibi, & Ioa. de Plat. quod Statutum diſponens quod Comitatenſes reponantur in comitatum, habet locum etiam in illo, qui eſſet de Prioribus, ſiue antianis, ſicut ibi retrahitur ad ſuam conditionem etiam is, qui eſt factus domeſticus, & familiaris Principis.

Decimo quinto quæro; An liceat

Demi-

Digitized by Google

Domino in fundo proprio perquirere metalla. Azzo in d. ſumma
24 concludit, quod ſic. Dicit enim, quod datur facultas perquirendi metalla in proprijs agris, & ita determinat Alber. de Roſa, in l. æquiſſimum §. Inde eſt quæſitum. ff. de vſufruc. dicens per illum textum notandum eſſe, quod cuilibet licitum eſt in ſuo lapidicinas, & Argẽtifodinas, & quælibet metalla inuenire, allegat etiam l. 3. §. fin. ff. de reb. eorum dummodo tamen, vt ille ſubdit, det partem fiſco debitã, vt loquitur l. 4. C. de metall. & met. lib. 11. Et circa dictam ſolutionem fiſco faciendam, dicas, vt dixi ſupra q. 10.

Decimoſexto quæro, An vſuſfructuarius poſſit in fundo, cuius
25 habet vſumfructũ fodinas metallicas inſtituere, & perquirere. Reſpond. Iuriſconſultus in l. æquiſſimum §. inde eſt quæſitum ff. de vſufr. quod poteſt Aurifodinas, Lapidicinas vel cretifodinas inſtituere, ſi non agri partem neceſſariam lędat; ſupplet Accurſ. huius rei, id eſt, ad Argentifodinas faciendas occupaturus ſit. Subdit textus. Proinde quoque venas Lapidicinarum & huiuſmodi metallorum inquirere poterit; Ergo & Auri, Argenti, & Sulphuris, & æris, & ferri, & cæterorum fodinas, vel quas Pater familias inſtituit exercere poterit, vel ipſe inſtituere, ideſt, de nouo incipere, ut ibi explicat Accurſ. Si nihil agriculturæ nocebit, Subiungit Iuriſcõſultus. Et ſi forte in hoc, quod inſtituit plus redditus ſit; quã in vineis, vel Arbuſtis, vel Oliuetis, quæ fuerint, forſan, & hoc deijcere poterit, Siquidem eidem permittitur meliorare proprietatem. Iſte eſt textus in d. §. Inde eſt quæſitum. Sed Accurſius ibi ſuper verbo deijcere opponit; quia cum ex hoc mutet vſuſfructuarius ſtatum rei videtur, quod non poſſit, vt ead. l. §. Sed ſi arbores: & pro ſolutione, dat ibi multas reſponſiones. Sed tu ſecundum Alber. de Roſa, ibi dicas quod aut vſuſfructuarius vult de nouo quærere forma non mutata, & poteſt, vt d. §. inde eſt quæſitum. Si verò mutat, aut locus principaliter eſt deputatus ad amenitatem, & mutare non poteſt, vt eadẽ l. §. vſuſfructuarius, & §. ſed neque aut deputatus eſt ad fructus, & fructuarius vult quærere maiorem. Et tunc ſi ex opere corrumpat aerem, vel nimis magnum ſumptum exigat, & non poteſt, vt eadem l. verſ. ſi tamen. Aliàs poteſt, vt in d. §. & ſi forte. Et quod dicit Alber. de magno ſumptu intelligit, qui eſſet neceſſarius etiam finito vſufructu, quem non poſſet proprietarius ſubſtinere, vt quia vſuſfructuarius volebat ibi facere fornacem, & proprietarius finito vſufructu non poterat illam ſubſtinere, vt dicit ibi Alber.

Decimo ſeptimo quæro An Emphiteota poſſit Aurifodinas quæ-
26 re in fundo Emphiteotico. Dico quod ſic. Primo, quia cũ poſſit Dominus in proprio fundo quærere metalla, vt dicit Alber. in d. l. æquiſſimum. §. inde eſt quæſitum. ff. de vſufru. & dixi ſupra 16. & Emphiteota habeat vtile dominium. l. 1. ff. ſi ag. aut. vel Emph. peta. & notatur Inſt. loca. §. adeo, omnis fructus, ſiue augumentum contingẽs in re ſiue latens, ſiue apparens cedit commodo Emphiteotę, vt not. per Iaſ. in l. 1. in vlt. Gloſ. C. de iure Emphyt. Et cum iſtæ fodinæ, ſint in fructu, vt. l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſol. mat. poteſt fodinas inſtruere. Secundo quia ſi licet vſufructuario, vt dixi ſupra q. proxima, cuius ius eſt debilius, quia finitur morte. §. finitur Inſt. de vſufr. & Emphiteota fortius ius habet, Ergo

licet

Digitized by Google

licet Emphyteotæ. Tertiò ita ſentit Alber. de Roſa in l. item ſi fundi. ff. de vſufr. vbi dicit, quod lapidicinæ, & metalla, quæ reperiuntur in fundo emphyteotico pertinent ad emphyteota. Limita tamen, & intellige concluſionem iſtam ſecundum ea, quæ ſupra dixi in præcedenti. quæſt. & per ea, quæ not. Bald. & Iaſ. in l. 1. ad finem. C. de iure emphyt. & per Barr. Veron. de ſeru. ruſtic. præd. in Tit. de Montibus Verſ. quæro quinto, vbi quærunt. An Emphyteota poſſit ſtatū rei mutare, & quando.

Decimo octauo quæro, quid de feudatario? Reſpond. idem, quod in Emphyteota, quia habet vtile dominiū,
27 vt in c. 1. §. rei, & ibi gloſa, & Bald. de inueſt. de re. al. fact. & not. Abb. in ca. ſi diligenti in 3. not. extra. de præſcript. & hoc etiam ſentit Alberic. de Roſa. in d. l. item ſi fundi, vbi dicit, quod metalla inuenta in fundo feudali ſpectant ad vaſallum.

Decimonono quæro, Quid de marito in fundo dotali: Reſpond. quod poteſt Argenti, Auri, cæteraſque fodi-
28 nas perquirere. l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſolut. matrimon. & l. final. in princip. ff. de fund. dot. & per Doctores, & gloſſam in d. §. ſi vir in fundo.

Vigeſimo quæro, An vnus ex Dominis in fundo communi alio cōtradicente poſſit fodere metalla? & ſoluendo dico, quod Aut ſunt ibi fodinę iam inuentę, aut vult inuenire de no-
29 uo. Primo caſu dico, quòd poteſt duplici ratione. Prima, quia vnus ex Dominis poteſt vti re communi ad vſum deſtinatum alio inuito, vt dicit gloſa not. in l. Sabinus. ff. comm. diui. in fine, & Bart. in l. ſerui electio. §. Labeo. ff. de leg. primo. Et facit not. deciſio Baldi in conſ. 27. lib. 5. incip. Quidam Nerius, vbi vult, quod Socius inuito
30 ſocio poteſt ſiluam ceduam incidere, ne negligentia, & pertinacia ſocij alteri noceat, qui vult vti re communi ad naturalē, & deſtinatū vſū rei. l. arboribus. §. nauis. ff. de vſufru. Quam deciſionem ſequuntur Sozz. & Iaſ. in d. §. Labeo, & Ioan. Baptiſt. de ſancto Seuerino in l. 1. C. qui teſta. facer. poſſ. Secunda ratio eſt propter publicam vtilitatem, quę prouenit ex huiuſmodi fodinis vt not. in l. quoſdam. C. de met. & met. lib. 11. Secundo caſu idē dico, quod poteſt; Primo ratione publicę vtilitatis, cum enim fauoris publici gratia liceat in alieno perquirere metalla, etiam inuito Domino, vt dicit Azzo. in ſumma præallegata, & gloſ. in d. l. quoſdam, & dixi ſupra quæſt. 18. multo magis in fundo communi. Et licet ceſſet ratio prima ſupra deducta, quia non erat deſtinatus ad hoc, tamen cum adſit alia finalis ratio publicæ vtilitatis, militat concluſio. §. affinitatis Inſtitu. de nupt. & ibi not. Ang. Aret. Secundo, quia Dominus pro parte poteſt vtiliter diſponere de re cōmuni pro indiuiſo, vt not. Bar. in l. & hæc diſtinctio. §. cum fundum. ff. loca. etiam ad vſum, ad quem parata non eſt ſi modo factum prodeſt alteri, vt not. Bart. in d. l. ſerui electione. §. Labeo. ff. de leg. 1. & Dyn. in cap. in re communi de reg. iur. libr. 6. Sed ſi damnum afferretur ſocio, puto quod non poſſet per not. per gloſam in d. l. quoſdam, & per not. per gloſ. & Doct. in l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſolut. matrimon. & quia vnus ex Dominis nō poteſt vti re communi ad vſum non deſtinatum quando ex tali vſu res deterioraretur ſecundum Iac. de Beluis. in l. ſi ædes. ff. comm. diu. & l. vnus ex Dominis ff. de ſeruit. & facit quod dixi ſupra quæſt. 24.

Vigeſimoprimo quæro, An ſocietas ad Aurum fodiendum, vel alium metallum coiri poſſit? Reſpond. quod
31 ſic † l. 1. §. 1. ff. Quod cuius. vni. nom. vbi gloſa dicit, quod vt Aurum, vel Argentum ſimul fodiant quandoque ineunt ſocietatem. Et ibi Iureconſul-

tus dicit, quod ſocijs Aurofodinarũ, vel Argentifodinarum, vel Salinarum conceſſum eſt habere corpus, & collegium, & archam communem, & ibi notatur.

Vigeſimoſecundo quæro; An Metallarius poſſit perquirere metalla in locis publicis Azzo. in d. ſumma tenet, quod ſic, & idem tenet Bartol. &
32 Ioan. de Plat. in d. l. & in d. l. cunčti. C. de metall. & met. lib. 11.

Vigeſimotertio quęro; An volente Domino poſſim in alieno metalla perquirere, videtur quod non, quia in alieno non poſſum quærere theſau
33 rum, etiam volente Domino, † l. 1. & ibi not. Accurſ. C. de theſau. libr. 10. Sed contrarium dico, quod imo poſſum cum conſenſu Domini in alieno perquirere metalla, & ita tenet Azzo. in ſumma, & Accurſ. in d. l. cunčti, quia theſaurus dono fortunæ, metalla vero longo paranrur agone. Sed melior ratio eſt ſecundum And. de Bar. quia de rheſauro nihil debetur fiſco, niſi inueniatur in loco publico, ſed ex metallo debetur decima fiſco, in quocunque loco inueniatur. Et ſic verſatur ratio publicę vtilitatis vt dicit etiam Ioan. de Plat. in d. l. cunčti, qui dicit notandum eſſe, quod licet quis non poſſit in alieno data opera quærere theſaurum etiam cum conſenſu Domini d. l. 1. Cod. de theſau. Metallarij tamen de publico deputati poſſunt in alienum ingredi, & metalla quærere etiam data opera. Similiter poteſt quis de conſenſu Domini in alieno fodere lapidicinas marmoreas, Cretifodinas Aurifodinas, & cæterorum metallorum materias l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſolu. matrimon. & not. etiam Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. de theſau.

Vigeſimoquarto quæro, An liceat in alieno inuito Domino venas metallorum perquirere. Et prima facie
34 videtur, quod non, quia nemini, Domino contradicente, licet agrum alterius ingredi, quod ſi fecerit actionẽ iniuriarum poterit conueniri. l. 3. §. plane, & l. iniuriarum. §. final. ff. de iniur. & l. naturalem. §. aprum. ff. de acqu. rer. Dom. Sed Azzo. in d. ſumma verſ. quæro tamen, determinat cõtrarium, dum dicit; opinor tamen propter publicam vtilitatem hoc licere, ſi tamen ſine Domini detrimento fiat, vt l. quoſdam eod. tit. & ita etiam firmat. Accurſ. in d. l. quoſdam, & idem firmat Bart. & Ioan. de Plat. in l. 1. verſ. ſimiliter. C. de theſau. libr. 10. & hoc propter publicam vtilitatem. & ita etiam tenet Iaſ. in l. de quibus num. 17. verſ. ex prædictis. ff. de legi. vbi dicit, quod poteſt, quis in alterius domo fodere metalla eo inuito dummodo edificium nõ deſtruatur.

Et notat Ioan. de Plat. ex gloſa in d. l. quoſdam, quod licet aliàs non liceat domũ, vel prædium alterius ingredi Domino inuito, aliàs ingrediẽs tenetur iniuriarum l. 3. ff. de acq. rer. dom. & ei reſiſti poteſt manu militari, vt tenet gloſ. in d. l. 3. Tamen propter publicam vtilitatem hoc licet, vt in d. l. quoſdam, & idem tenet, ſi conſuetudo hoc permittat l. venditor. §. ſi conſtat. ff. comm. præd.

Et notat Ioan. de Plat. quod poſſunt metalla perquiri in alieno etiam inuito domino in d. l. cunčti, & in l. omnis C. de aquæd. uit. li. 12. & conſuluit Pau. de Caſtro in d. conſ. 330. libellus lib. 2.

Vigeſimoquinto quæro; An ita in alieno fodere poſſim, quod inferatur domino detrimentum; Reſpondeo,
35 quod non, † quia licentia fodiendi conceſſa intelligitur ſine detrimento alterius l. 1. §. merito, & §. ſi quis à Principe. ff. Neque in loco publ. Ita dicit Ioan. de Plat. in d. l. quoſdam. Non poteſt igitur quis tantum fodere, vt aliena edificia deſtruantur, vt dicitur in d. l. quoſdam, & ibi not. Bart. & vbicumque im[illegible]neret periculum ruinæ edificiorum foſſio prohibe-

hibetur vt ibi dicit Ioann. de Plat. & & Iaſ. in d. l. de quibus verſ. ex prædictis. Nam eo caſu, nec in ſuo poteſt quis fodere, vt dictum eſt ſupra.

Vigeſimoſexto quæro, Si incepi fodere in fundo meo, & fodiendo volo tranſire ſub fundo vicini pro inueniendis venis metallicis, An dominus fundi, ſub quo volo fodere poſſit me impedire. Iſta quæſtio fuit de facto Bergami vbi cotes fodiuntur de montibus in venis ſubterraneis, quę ſunt ſub prædijs priuatorum hominum. Quidam enim fodierunt per aliquod tēpus in vena, Domini prædiorum illos impedire volebant, & venas in dominio ipſorum eſſe aſſerebant, inſtabantque eos non poſſe fodere ſine ipſorum licentia. Pro parte Dominorum, quod ipſi prohibere poſſint facit, quia ſicut in ipſorum libertate eſt, quidquid eſt ſupra vſque ad Cælum vt l. altius. C. de ſeru. & aqua. Ita videtur, quod ſit ipſorum quidquid eſt infra vſque ad profundum abyſſi. Et ſicut poteſt quis impedire volentem impedire aerem à fundo ſuo ſuper terram, vt ibi, Ita etiam volentem impedire ſub terra. Secundo, quia Dominus fundi poteſt fodere quantum vult inferius, & tollere, & impedire vtilitatem, quam vicini conſequebantur ex d. fundo ex parte inferiori dummodo non tangat de fundo vicini l. Fluminum. §. final. & l. proculus cum ibi notatis. ff. de dam. inf. Sic ergo poterit Dominus fundi ſuperioris fodere quouſque peruenerit ad venam, & impedire vtilitatem illius, qui primo incepit fodere, quatenus comprehenditur ſub ſolo ſui fundi. Tertio pro iſta parte allegatur textus in l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſolut. matrimon. quia lapidicina eſt illius, in cuius fundo reperitur. Quarto adducitur textus in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. comm. præd. vbi habetur, quod non poteſt quis in lapidicina alterius lapides cedere ſine domini voluntate. Quinto quia rem alienam inuito domino quis ingredi non poteſt l. per agrum C. de ſeru. & aq. & l. diuus ff. de ſeru. vr. præd. & l. iniuriarum in fine. ff. de iniur. cum ſim. Sed omnis pars, quæ eſt ſub fundo meo cēſetur eſſe mea, ſicut quidquid eſt ſupra, vt d. l. altius. Ergo ſicut dominus poteſt prohibere in parte ſuperiori, ita etiam videtur, quod poſſit in parte inferiori. Sed quamuis prædicta vrgere videantur, tamen

36 contrarium † conſulendo determinauit Paul. de Caſtro videlicet, quod dominus ſuperioris fundi non poſſit impedire volentem fodere ſub alterius domini fundo. Mouetur per tex. & gloſam in l. cuncti, & l. quoſdam. C. de metall. & met. lib. 11. vbi habetur, quod licet fundere ſub fundis alienis pro inueniendis marmoribus, & metallis propter publicam vtilitatem, dummodo dominus damnum non habeat vt etiam dicit Azzo. ibidem in ſumma. Non obſtant contraria ſuperius adducta. Nā ad primam rationem reſpondet, quod licet ingredi in alienum fundum propter publicam vtilitatem, vt etiam dixi ſupra. Et dum dicebatur, quod eſt ipſorum quidquid eſt infra, ſicut quidquid eſt ſupra reſpond. Paul. quod antequam inueniantur huiuſmodi venæ, non ſunt in bonis neque in dominio alicuius, ſicut nec theſaurus occultus in fundo meo eſt meus, ſed eſt inuentoris, l. nunquam. §. theſaurus. ff. de acq. rer. dom. Et ita etiam reſpondetur ad quintam rationem; Et pro declaratione huius reſponſionis vide quæ dicam infra in tit. de Metal. quæſ. 5. Ad ſecundam rationem dicit, quod in d. l. Fluminum §. final. non vertitur publica vtilitas, ſed priuata tantum. Sed in huiuſmodi venis vertitur publica vtilitas, quæ melioris conditionis eſt, quam priuata vt not. in l. 1. ff. ſolut. matrimon. & iſta fuit ratio dictarum legum ſecundum ipſum. Ad tertium

videlicet, ad §. ſi vir in fundo, & §. ſi conſtat reſpondet, quod loquuntur in lapidicinis, quæ reperiuntur in ſuperficie fundi, & ex eis fundus læditur in ſuperficie, nec in eis fodiuntur lapides præcioſi, qui aſportantur per diuerſas regiones mundi. Nos vero loquimur in venis cotaneis, & metallicis, quæ fodiuntur ſub terra, ſine læſione ſuperficiei, & ſunt multum vtiles, qui in paucis locis repetiuntur. Et ideo videtur concedi propter publicam vtilitatem, quod poſſit quilibet eas inquirere, & fodere, quia hoc fit cum magna impenſa, & labore, nec poteſt à Dominis ſuperioribus prohiberi ſi non recipiunt læſionem, & ita vult gloſa in dict. leg. quoſdam. Et idem eſt de venis cotaneis, quod de venis metallorum, quas ſub fundis alienis licet perquirere; Et ita tenet Paul. de Caſtro in dict. leg. diuortio. §. ſi vir in fundo, vbi dicit ita ſe conſuluiſſe in ciuitate Bergami, & patet inter conſilia ipſius in conſil. 5. incip. In cauſa quæ vertitur verſicul. vltimo loco, & in conſil. 95. viſis allegationibus, & in conſil. 178. fundamentum præfati Vicarij, in conſil. 179. In cauſa mota & in conſil. 330. libellus libr. 2. in nouiter impreſſis, & idem dicit Paul. de Caſtro in dict. leg. venditor. §. ſi conſtat. Quam concluſionem Pauli Caſtrenſis refert, & ſequitur Bartol. Veron. in leg. inter publica. §. publica. ff. de verbor. ſignificat. & in ſuo Tracta. de ſeruit. ruſt. præd. in titul. de montibus in princip. verſ. ſed quid ſi ſunt venæ, vbi ponit quæſtionem in venis aureis, & argenteis. Allegat eandem opinionem tenere Ludouic. Roman. in ſuis ſing. per dictas gloſas, quæ ſunt in leg. quoſdam, & l. 3. Cod. de metall. & met. libr. 11. & tangitur prædicta opinio. per eundem Bartol. de ſeru. vrb. præd. in Tit. de Pœna, verſicul. ſed quid ſi vnus. Et hanc eandem refert Aret. in dicta leg. diuortio. §. ſi vir in fundo in fine, & approbat illam Præceptor meus Bartol. Sozzin. in dict. §. ſi vir in lectura Senenſi, dicens, quod conſilium Pauli de Caſtro ſubſcripſit Ioann. de Imol. Et refert eandem opinionem Dominus Iacobinus de Sancto Georgio, in ſua Pratica feudorum in verb. & cum Argenti fodinis, & fuit originaliter opinio Azo. in dict. ſumma de metall. & met.

Vigeſimoſeptimo quæro. Quid ſi extraneus vult incipere fodere in alieno, & pariter fundi Dominus vult fodere, quis præferatur? Reſpondeo, quod Dominus fundi præferri debet, ita terminat Bartol. Veron. in leg. inter publica. §. publica quæſt. 6. in fine ff. de verbor. ſignific. & in tractat. de ſeruit. ruſtic. præd. in tit. de Montibus. verſic. Sed quid ſi ſunt venæ. Dicit enim limitando dicta in præcedenti quæſtione, prædicta procedente, & intelligi debere
38 vera quando vnus tertius non Dominus, feciſſet iam impenſam in fodiendo, vel reperiendo venas, ſecus ſi vnus extraneus vellet incipere fodere & venas reperire, & ille qui habet fundum ſupra vellet etiam incipere fodere, quia Dominus fundi deberet præferri per l. altius. C. de ſeruit. & aqua, cum ſim. Ex quo ceſſant rationes allegatæ, ſcilicet, impenſarum eius, qui vult inuenire venas, & ceſſat ratio publicæ vtilitatis, ex quo ipſe Dominus idem facit, quod eſt vtilitatis publicæ, quod faceret extraneus; Quod eſt ſingulare dictum, & magnæ vtilitatis, vt ipſe dicit: & dicit bene notandum, quia iſtud non reperitur in multis locis, & ſunt quæſtiones magni valoris, vt dicit ibi in fine 6. quæſ. & Sentit idem Paul. de Caſtr. in d. conſ. 179. Verſ. Non obſtant.

Vigeſimo octauo quæro. An liceat in alieno lapides cedere? Dicas, quod non,

non, niſi conſuetudo, vel ſtatutum aliter diſponeret, vt eſt textus, gloſ. & Doctor. in leg. venditor. §. ſi conſtat. ff. comm. præd. Nec poteſt quis ex fundo alieno lapides exportare, etiamſi ſit Ciuitas, vel communitas, niſi hoc diſponat conſuetudo; & prius Domino prædij ſoluatur precium, licet ante ſolutionem pretij cedi poſſit, vt eſt caſus in dict. §. ſi conſtat & ita concludit Bartol. Veron. in dict. Titul. de Montibus in
39 princip. Cuius concluſionem intelligas in cedente in ſuperficie fundi, vt non liceat, vt ipſe dicit: Secus dicas in lapidibus precioſis, & marmoribus exiſtentibus ſub terra, quia cedi poſſunt ratione publicæ vtilitatis, vt dicit Paul. de Caſtro, in leg. diuortio §. ſi vir in fundo. ff. ſolut. matrimon. & in conſil. 5. & in alijs conſilijs ſupra allegatis libro ſecundo. Sic intelligit ipſe dictum. §. ſi conſtat, & notat Bartol. Sozzin. in dict. §. ſi vir in fundo in 4. not.

Vigeſimo nono quæro, An Dominus fundi cogatur vendere lapides, ſi ipſe ijs indigeat? Reſpondeo, quod non, vt determinat Roma. in
40 leg. ſi vero. §. de viro fallent. 39. in princip. ff. ſolut. matrimon. per text. in dict. leg. venditor. §. ſi conſtat, vbi patet conſuetudinem generaliter permittentem, dominum compelli ad lapides vendendas, vel aliam materiam, quæ in eius agro germinet, non extendi ad caſum, quo ipſe dominus re illa indigeat tunc enim, quatenus indigeat, vendere non compellitur; Et comprobatur ex notatis per Ioan. And. in cap. dilecti de arbitr. quem allegat Roma. loco pręallegato.

Trigeſimo quarto. Lapidarius cedit lapides in domo, vel area ſua, & fragmenta cadunt in vicini fundum: nunquid poſſit hoc facere, & an prohiberi poſſit. Hanc quæſtionem ponit Bartol. Veron. in Tracta. de ſeruit. verb. pręd. in tit. de ſeru. proijciendi, & cõcludit, quod hoc fa-
41 cere non poſſit, † & prohiberi valeat per regulam, quæ eſt in leg. ſicuti. §. Ariſtot. ff. ſi ſeru. vend. videlicet quod in ſuo eatenus facere licet, quatenus in alieno non mittat & hoc ſentit ibi Accurſ. ſuper verbo agri, & ibi dicit eſſe caſum in terminis, quod intellige verum, niſi quis habuiſſet prius in domo ſua apothecam lapidicinę, & poſtea domus vicini, vel murus ceciderit, & area tantum remanſerit, ita vt fragmenta lapidum, quę prius cadere non poterant, tunc cadere incipiant; Quia locus eſt pręuentioni leg. ſi pluribus. ff. de leg. 1. argumento illius, quod de Fabro, & ſcolari dicitur per Bartol. & Doctores in leg. 1. ff. ſol. matr.

Trigeſimo primo quęro. Lapidicina eſt iuxta agrum vicini, An poſſit cedens, lapides, vel terram in vicini fundum proijcere; Dicas quod ſic, ſi conſtituta eſt ſeruitus, alias non poteſt; teſt. eſt in leg. tertia §. 1. ff. de ſeruit. ruſtic. pręd. & not. Bartol. Veron. in tit. de ſeru. terrę in tract. de ſeruit. ruſt. pręd.

Digitized by Google

ADDITIONES.

Metalla petens quid probare debeat Alexand. conſil. 82. num. primo, & ſecundo vol. quarto.

Metalla, vt quis fodiat in alieno non ſoluto precio Domino conſuetudine non poteſt induci Natta. conſ. 435. nu. 30. vol. 2.

Metallonem fodinam vocat Metallicam Mineram, & de ea meminit atque aliter etiam materiæ Venam ſubterraneam Oldericus Zaſius *conſil. 16. octaua quæſtio.*

Metallorum Decima an & quando ſoluenda Rebuff. in tractatu de Decimis c. 300. num. 19. fol. 188. tomo 15. parte 2.

DE ARTIFICIBVS METALLORVM.

Titulus Secundus.

SVMMARIA.

1 *Metallorum inuentores & artifices egregij.*
2 *Artifices metallorum qui ſint.*
3 *Aurifex qui.*
4 *Aerarius qui.*
5 *Argentarius qui.*
6 *Faber qui.*
7 *Artifex alicuius artis dicitur qui eius artis habet ſcientiam.*
8 *Vendentes & ementes & negociatores non veniunt ſub nomine artificum.*
9 *Niſi conſuetudo loci ſit in contrarium.*
10 *Aſſerenti ſe eſſe artificem incumbit onus probandi.*
11 *Probabit autem per teſtes, & matriculam.*
12 *Sed matricula probat contra negantem non autem properitiã artificis.*
13 *Teſtes non probant ſi tantum dicant ſe vidiſſe operari, ſed oportet dicant ſe vidiſſe opus ab eo perfectum.*
14 *Ad probãdam peritiam artificis opus eſt teſtibus in arte peritis.*
15 *Artifices puniuntur ſi non iuſte & ſine fraude artes ſuas exercent.*
16 *Aurifex faciens aurum minoris lige, punitur pœna falſi.*
17 *Aurifex vendens rem vitioſam ſcienter tenetur ad totum intereſſe, ſi ignorans tenetur ad quanto minoris empturus fuiſſet.*
18 *Artifex qui locauit operas ſuas non tenetur de fractura operis, ſi vitio*

mate-

materia facta ſit ſecus ſi eius imperitia vel ex pacto.

19 *Collegium artificum eſt licitum.*

20 *Statuta poteſt condere, ad ſe ipſum tantum pertinentia, & ſuo aliorum præiudicio.*

21 *Et Sindicum eligere.*

22 *Nec opus habent talia ſtatuta confirmationes Superioris.*

23 *Artifices ſunt immunes à publicis muneribus perſonalibus.*

24 *Artifex ad hoc, vt gaudeat immunitate matricula, quinque requiſita habere debet.*

1 *Deſcriptus in matricula.*
2 *Peritus in illa arte.*
3 *Exercens illam artem.*
4 *Per ſe non per alios.*
5 *Bonam partem fortunarum ſuarum in illa arte poſitam.*

25 *Diſcipuli non gaudent priuilegijs artificum, ſed in teſtamentis, & beneficijs gaudent.*

26 *Artifex deſerens artẽ per decennium deſinit eſſe artifex.*

27 *Artifex conſuetus obedire alicui Magiſtratui, non liberatur niſi deſuetudine legitima incontrarium.*

28 *Artifex qui deſeruit artem poteſt conueniri ante ſuperiorem artis in his quæ, ad artis exercitium pertinent.*

29 *Hæres artificis coram iudice defuncti pro rebus artis eſt conueniendus.*

30 *Duas artes exercens ambarum priuilegijs gaudet.*

31 *Et conueniendus eſt ſecundum qualitatem & diſtinctionem illarum artium.*

QVI metalla inquirunt, & ad materiam metallicam redigunt, appellantur Metallarij. Qui metallicam materiam in formam redigunt veluti Sciphi, vel Statuæ dicuntur Metallorum Artifices, Cum igitur de Metallarijs dixerimus conſequens eſt, vt de Artificibus Metallorum dicamus.

Primò igitur quæro. Quis in artificium deduci metalla docuerit, & qui fuerint, inſignes Artifices? Plinius libr. 7. cap. 56. dicit Æris metalla, Lydum, Scyttem, Auri, Cadmum Fœnicem; Et in libr. 33. capu. 9. ponit qui fuerint egregij Artifices, & quæ opera quilibet fecerit. Dicit etiam in libr. 36. quod inſula Synonis diu fuit officina omnium metallorum. Dicitur etiam Geneſis capit. 4. quod Tubalchaym fuit malleator, & Faber in cuncta opera æris & ferri, vbi dicit Nicol. de Lyra eum adinueniſſe artem ferrariam, vt etiam dicit Ioſephus libro primo Antiquitatum. Dicitur etiam Exodi capit. 31. quod Beſeleel Spiritu Dei impletus fuit ad excogitandum, quidquid fabri fieri poterat ex auro, & argento, & ære, & marmore, & gemmis: Ipſe enim & Oliab fecerunt Sanctuarium, vt præceperat Dominus Moyſi, vt habetur Exodi. capit. 36. cum tribus ſequent. capitibus. Lyra etiam fuit Lyrius artifex ærarius egregius ad faciendum omne opus ex ære in Templo Salomonis, vt habetur 3. Regum cap. 7.

Secundò quæro. Qui ſint iſti Artifices metallorum? Reſpondeo, quod eſt Aurifex, Argentarius, Fa-
2 ber, Ærarius, Plumbarius, & huiuſmodi, de quibus dicitur in leg. prima Cod. de excuſat. Artif. libr. decimo & in leg. final. ff. de iure immun.

Tertiò quæro; Quis dicatur Artifex, Argentarius, Faber, Æra-
3 rius, & Plumbarius: Reſpondeo, quod Aurifex dicitur, qui facit vaſa aurea, vel anulos, & ſimilia,

Digitized by Google

vt dicit Accurſ. in dict. leg. prima Codic. de excuſat. Artif. libro de-
4 cimo. Ærarius dicitur, qui facit vaſa aurea vt dicit gloſa in leg. final. ff. de iure immunitat. Plumbarius, qui trahit Plumbum, vt dicit gloſa in dict. leg. prima Cod. de excuſat. artif. Et qui fodit vt dicit gloſa in dict. leg. final. Argentarius qui pin-
5 git in † argenteo colore vt dicit gloſa in dict. leg. prima Codic. de excuſat. artif. Aliter autem accipitur in leg. prætor. ff. de eden. Et qui eſſent Argentarij de quibus ibi variæ ſunt opiniones. Alexand. ibi adhæret opinioni gloſæ in authent. de fideiuſſ. in verbo Argentariorum, quæ dicit, quod Argentarij erant illi, qui proponebantur publica authoritate pro argento dando, & recipiendo: ad quorum fidem veluti ad fidem tabellionis recurrebatur, vt etiam dicit Azzor. in ſumma Codic. de edendo, verſicul. hoc
6 autem. Fabri appellatio † tripliciter accipitur ſecundum Azzor. in ſumma Codic. de Fabricenſ. libro decimo primo & ibi Accurſ. Bartolus, & Ioannes de Plat. in Rubric. ſtricte pro armorum factoribus leg. prima & per totum Codic. de Fabricenſ. large dicitur Faber quilibet percuſſor ferri leg. ſecunda §. final. ff. ad leg. Rhod. de iact. largiſſime accipitur pro quolibet operante circa ferrum. Et ita communis vſus loquendi accipit vt dicit Bartol. in dicta Rubric. & ibi Ioannes de Plat. qui dicit, quod niſi communis vſus loquendi præualeret, ſtatutum loquens de Fabris comprehenderet etiam ædificatores leg. prima §. primo ff. de verborum ſignificatione.

Quarto quæro. Statutum dat immunitatem Artificibus; Quis dicatur Artifex, vt à ſtatuto comprehendatur. Reſpondeo, proprie Artificem dici, qui habet ſcientiam,
7 & peritiam illius artis, † vt dicit Bartolus in Rubr. capitul. de Nauicul. libro decimoprimo ponens exemplum in Candelarijs quibus ſtatutum det immunitatem. Et ibi Ioannes de Plat. Et ſequitur Corneus in conſi. 328. incip. Ex pluribus videtur dicendum libro primo.

Quinto quæro, An in dicto ſtatuto dante immunitatem artificibus metallorum, comprehendantur etiam illi, qui vendunt vaſa
8 aurea, & huiuſmodi. Reſpondeo, quod non, quia iſti non dicuntur Aurifices, ſed negociatores, & mercatores, quę ſunt nomina competenda cuilibet de iure gentium, leg. ex hoc iure. ff. de iuſtitia, & iure. Quo ſcit quilibet emere, & vendere, licet vnus induſtrioſior ſit, quam alter. leg. prima ff. de contrahend. emption. Et negociatores non dicuntur artifices proprie vt concludit Bartolus in dict. Rubric. Codic. de Nauicul. libro decimo primo. Et ibi Ioannes de Plat. Artificium enim non poteſt haberi ſine doctrina, vt dicit Bartolus in leg. legatis ſeruis exceptis. §. ſi ex officio. ff. de leg. tertia. Et conſiſtit in perſpicacia, & Doctrina intellectus, vt inquit Corneus in conſi. 318. libro primo & in conſil. vigeſimo primo. Videtur in hac conſultatione libro quarto. limitat tamen Ioannes de Plat. in dict. Rubric. niſi mos re-
9 gionis, & conſuetudo ciuitatis aliter ſe haberet leg. labeo. ff. de ſupell. leg.

Sexto quęro cui incumbat probatio Aurificem, vel Fabrum eſſe?
10 Reſpondeo, quod incumbit dicenti Aurificem eſſe, vel Fabrum, ſeu Artificem, quia iſta qualitas non

non ineſt à natura, ſed per doctrinam, & exercitium quęritur, vt notat per Bartolum in leg. legatis ſetuis. §. ſi de Officio ff. de leg. 3. Et qui prætextu alicuius qualitatis nititur, & in ea ſe fundat, debet probare qualitate vt not. Ioann. de Plat. in leg. prima Cod. de apparit. mag. milit. libro Decimoſecundo, & patet ex not. per Bartolum in dicto tract. de Teſte capitul. de qualitate, & conſuluit Nellus de ſancto Geminiano in conſ. incipit In cauſa & quęſtione.

Septimo quæro Qualiter probetur aliquem eſſe artificem? Reſp. hoc Primo poſſe probari per teſtes
11 aurificem aliquem eſſe, † vel fabrum, vt not. Ioann. de Plat. in dicta lege prima Codi. de apparit. magi. mil. libro decimoſecundo, & conſuluit Nellus de Sancto Geminiano in prællegato conſ. verſ. ſed dubitatio. Secundo per inſpectionem matriculæ, in qua deſcribuntur artifices illius artis, leg. matriculam, & ibi not. Bartol. & Ioann. de Plat. in tertio not. Codic. de agent. in rebus libro Vndecimo & Ioann. Baptiſta de Sancto Seuerino in leg. petitiones. C. de aduocat. diuin. iudic. & Domin. in capit. primo de renunciat. libro ſexto. Quia eo ipſo, quod reperitur deſcriptus tamquã Aurifex in matricula præſumitur eſſe talis; vt not. Baldus in leg. Scriniarios. Codic. de teſtament. milit. & Andręas Siculus in Rubrica de fide inſtrument. colum. antepen. & penult. & notat Ioann. de Plat. in dicta leg. prima Codic. de appar. mag. millit. libro decimoſecundo & Iaſon in leg. Barbarius. ff. de offic. præ. colum. 14. Verſ. Quarto limita, vbi dicit hanc eſſe veram, & communem opinionem. Sed Nellus in d. conſ. intelligit hanc communem opinionem quando agitur contra
12 artificem, † qui ſe matriculatum diceret, vt probatio per inſpectionem matriculæ ſufficiat. Secus ſi ipſe diceret ſe Artificem, & per matriculam vellet id docere, pro qua diſtinctione adducit leg. non ignorat cum ibi notatis, & cum his, quæ ibi ſcripſit Cyn. Codic. Qui accuſ. non poſſ.

Octauo quæro. Quomodo teſtes debeant deponere, vt concludant, aliquem eſſe Artificem? Reſpondet quod Artificem eſſe alicuius artis mecanicæ, vt Aurificem; vel fabrum, teſtificari po-
13 teſt quilibet, cum id opus, † quod ex artificio illo reſultat ab illius artis Artifice omnibus notum ſit. Si ergo teſtis dixerit, aliquem eſſe Aurificem, fabrum, vel Cerdonem, quia vidit eum exercere dictam artem ſatis probat, ſi non interrogatur vlterius. Sed ſi adiecerit, quia vidit illum operari in illa arte non probat; quia præparare Corium Cerdoni, vel Aurum Aurifici, eſt operari in illa arte. non tamen ille eſt Artifex. Vt igitur clara ſit probatio dicat quia vidit eum aliquod opus facere, quod certum ſit abſque illius artis peritia fieri non poſſe: Et hoc cum ſimpliciter quęritur: An ſit Aurifex, vel Faber. Si verò quæritur, quantum gradum profectionis in illa atte, quis teneat, vel quantum attificem illum, vnus excedat, non poteſt teſtimonium rectè reddi, niſi per illos, qui ſunt
14 in exercitio illo periti. † Ita notabiliter dicit Bartol. in Tractat. de Teſte Capitul. Cerdonem eſſe: Faciunt, quæ nota. Gloſa, & Angel. Aretinus in §. per alluuionem Inſtitut. de rerum diuiſione, & Bartolus in prohœmio Digeſtorum.

Nono quæro; Qualiter debeant Auri-

Aurifices, & alij Artifices ſuas artes exercere: Reſpondeo, quod iuſte, & ſine fraude; aliàs tenentur
15 parti læſæ, & puniuntur vt notat Bartol. in leg. ſecunda Cod. de murileg. libr. 11. & ibi Ioann. de Plat. Quam legem inducunt contra Artifices ſuas artes lucri cauſa falſificantes, quod teneantur parti leſæ, & puniantur. Allegat Ioann. de Plat. leg. item quæritur. §. ſi gemma ff. loca, quæ loquitur in Aurifice. Pro hac quæſtione faciunt quæ infra dicentur in titulo de Alchimia. Et quod ponit Baldus in capitulo primo. Quæ ſint Rega.

Decimò quæro: Quid ſi Aurifex facit Aurum minoris ligæ quam ſtatutum diſponat, qua pœna puniatur? Reſpondeo, eum puniri
16 pœna falſi † vt dicit Bartol. in l. lege Cornelia in princip. ff. de falſ. ſequitur Angel. Aret. in Tracta. malefic. in verbo Falſario, verſicul. Quæro an Artifex, & Fab. de Monte, de Emption. & vendition. in 5. quæſtion. princip. column. 3. verſicul. Sed Aurifices.

Decimo primo quæro; Quid ſi Aurifex, vel Faber vendit rem vitioſam, An teneatur: Reſpondeo, Quod ſic difformiter tamen: Quia ſi ſcienter, tenetur ad totum
17 intereſſe, † etiam extra rem; ſi ignoranter quanto minoris empturus fuiſſet leg. Iulianus in princip. & ibi Bartol. ff. de action. emption. & in leg. in rebus. §. item qui ſciens. ff. commod. & late Fabian. de Monte de emption. & vendition. 6. quæſtion. princip. verſic. Circa 13.

Decimo ſecundo quæro: Quid ſi Aurifex, vel Faber locauit operas ſuas; An teneatur de fractura operis; Reſpondeo, quod aut vitio materiæ procedit; aut imperitia Artificis. Primo caſu non tenetur niſi periculum in ſe ſuſceperit. Secundo caſu tenetur leg. cum quæritur. §. ſi gemma ff. locati vbi eſt caſus, & leg. ſi ſeruus. §. ſi calicem ff. ad leg. Aquil. vbi text. diſtinguit vt ſupra, & addit quod ſolent paciſci artifices nolle ſe teneri de vitio materiæ. Et quando locans operas ſuas teneatur de vitio materiæ declarat Paul. in leg. Martius, & in leg. opus. ff. locati in lectura Florentina.

Decimo tertio quæro, An collegium Artificum, Fabrorum, & aliorum Artificum de quibus ſupra, ſit licitum? Reſpondeo, quod ſic, vt notat Accurſ. & Bartol. in
19 leg. 1. ff. Quod cuiuſque vnius nomin. & Bartol. in leg. final. in ſecunda quæſtione ff. de Colleg. illic; vbi dicit, quod omnes artes, quæ enumerantur in leg. final. ff. de iure immun. habent collegium à iure approbatum, & concludit, quod collegia facientia vnam artem in vna Ciuitate, vel loco ſunt approbata. Facit textus in leg. prima, & ſecunda Cod. de excuſat. artif. libr. 10.

Decimo quarto quæro. An collegium Aurificum, Fabrorum, & aliorum Artificum poſſit condere ſtatuta, & ſuper quibus? Reſpondeo, quod poſſunt in pertinen-
20 tibus ad artem ipſorum, & inter ſe, & non ſuper alijs. leg. final. & ibi Bartol. & Doctores Cod. de iure omn. iudic. dummodo non faciant legem, per quam alteri præiudicetur, veluti quod certæ perſonæ tantum poſſint dictam artem exercere; Vel quod opus inceptum ab vno, alius non perficiat, quia iſtæ ſunt leges reprobatæ leg. prima Codic. de monopol.

Digitized by Google

pol. vt concludit Bartol. in leg. final. verſicul. ſuper quibus. ff. de colleg. illic; & ibi etiam concludit idem Bartol. quod poſſunt facere Sindicum pro eorum iuſtitia
21 † conſeruanda, de his, quæ ad ipſorum artem pertinent, vt notat in leg. prima in princip. ff. Quod cuius vnius nom. De alijs vero non poſſunt, vt ibi per Bartol. & per eundem in leg. omnes populi in ſecunda quæſtione primæ quæſtionis principalis ff. de iuſtit. & iure vbi late per Ioann. Baptiſt. de Sancto Seuerino, & per Iaſon. in repet. dict. leg. colum. 10. vbi concludit, quod valent eorum ſtatuta quoad ipſos, etiam ſi contradicant iuri communi, vel ſtatutis Ciuitatis, allegat Bald. ibi, & Alber. de Roſat. in prima parte ſtatut. qu. 7.

Decimo quinto quæro. An ſtatuta dictorum artificum indigeant approbatione Superioris? Reſpondet Baldus, & Salycet. in dict. leg. tertia Codic. de conſtitut. pec. quod ſtatuta artificum non indi-
22 gent alia confirmatione ex quo ſunt à iure communi approbata; Idem dicit Bartol. de Nauar. Inſtitut. de iure nat. gent. & ciu. §. primo. Et opiniones prædictas refert Ioann. Baptiſt. in dict. leg. omnes populi in ſecunda quæſtione primæ quæſtionis principalis. Et tenet ibidem Iaſon columm. 11. verſicul. An autem; & Nell. de Sancto Geminiano in dict. leg. 3. Codic. de conſtitut. pecu. Quod intelligit procedere in ſtatutis, quæ pertinent ad adminiſtrationem rerum ipſorum. In ijs vero quæ pertinent ad deciſionem cauſarum tenet, requiri Superioris approbationem. Sed contrarium dicit idem Nellus in leg. final. Codic. de iure omn. iud. quod ſtatuta, quæ artifices faciunt in pertinentibus ad artem, tunc demum valent, ſi approbantur per Commune, ſiue per Superiorem: Subdens, quod licet prædicta ſint confirmata à Communi, non tamen ſunt Statuta Communis, ſed illius vniuerſitatis; Et ſic officia vniuerſitatis, non dicuntur officia Communis, probatur in leg. priuatorum eod. titulo & in leg. omnium Codic. de teſtament. Quod vltimum dictum nota; quia quandoque ſtatuta loci ſubditi diſponunt, quod in non diſpoſitis ab eius ſtatutis recurratur ad ſtatuta Communis ſuperioris, & vbi illa deficiunt, ad ius commune: vt non ſit recurrendum ad ſtatuta Communis Dominantis, quia non dicuntur ſtatuta Communis, vt dicit Nellus dict. loco, ſed ad ſtatuta Communis confirmantis. In præſenti tamen quæſtione, vt dixi, Iaſon, & alij prætallegati tenent, quod non requiratur confirmatio ſuperioris.

Decimo ſexto quæro, An aliquam, & quam immunitatem habeant Aurifices, & alij Artifices, de quibus ſupra? Reſpondeo, quod habent immunitatem à publicis muneribus perſonalibus
23 † leg. prima, & ſecunda Codic. de excuſat. artif. libr. 10. & ibi notat Accurſ. Bartol. & Ioann. de Plat. Intereſt enim reipublicæ, de quibus in dict. leg. prima. & ſecunda & in leg. final. ff. de iure immun. Et quod ſint immunes à perſonalibus muneribus, vt habeant tempus ad docendum prædictas artes, & non ſint occupati publicis muneribus, vt dicit Ioann. de Plat. in d. l. 1.

Decimo ſeptimo quæro; Quæ requirantur, vt Aurifex, vel alius Artifex gaudeat immunitatibus illius artis? Reſpondeo, quinque requi-

24 requiri. † Primò, quod ſit deſcriptus in collegio artis leg. prima, & ibi gloſa, & Ioannes de Plat. Codic. de excuſat. artif. libr. decimo primo & notat Ioannes de Plat. in leg. quicunque Codic. de Cohartal. libro decimoſecundo, & in leg. eos Codic. de Apparit. Mag. mil. eodem libro & in leg. nec intra Codic. de profeſſ. & medic. libro decimo & Ioann. Baptiſt. de Sancto Seuerino in leg. Scriniarios Codic. de teſtament. mil. & in leg. petitionem Codic. de Aduoc. diu. iudic. Secundò requiritur, quod habeat ſcientiam, & peritiam illius artis, in qua deſcribitur, vt notat Ioann. Baptiſt. de Sancto Seuerino in dict. leg. Scriniarios, allegando Petr. de Ancharan. in capit. primo de Partoc. Et ſic quod non ſit ſolo nomine Artifex, Exemplum ponit Ancharan. in illo qui fecit ſe doctorari in aliqua facultate, cuius nullam habeat ſcientiam, & inquit, eum non gaudere priuilegijs Doctorum, a quod facit, quod not. Rom. in l. ſi vero. §. de viro Fallent. nona ff. ſolut. matrimon. Tertiò requiritur, quod exerceat artem alioquin non gaudet priuilegio artis, vt notat Bartol. & Ioannes de Plat. in leg. prima Codic. de colleg. libro decimoprimo & Bartol. in leg. ſemper. §. ſuper quibuſdam. ff. de iure immunitat. & in leg. qui ſub prætextu Codic. de ſacr. Eccleſ. & Iaſon. in dict. leg. Scriniarios, Felyn. in capitul. *Clerici* column. ſecunda de iudic. Ex quo dicit notabiliter Guido Pap. quæſtione CCCCII. quod mercatores, & alij, qui faciunt ſe deſcribi in collegio *Monetariorum*, non tamen continuo, actu ipſo exercent officium, licet quandoque ſic, quandoque non, etiam quando cuduntur monetæ, ſed circa ſuas proprias merces, & artes ſunt intenti; quod non gaudeant immunitate conceſſa monetarijs, quia cenſentur feciſſe ſe deſcribi animo fraudandi munera, ad quæ alij teneantur per leg. ſemper. §. Diuus. ff. de iure immunit. Ex quo etiam infert Bartol. in dict. leg. qui ſub prætextu, quod ſcolaris, qui eſt deſcriptus in matricula, & non intrat, nec ſtudet, non gaudet priuilegio Scolarium, & ſequitur Ioann. Baptiſt. in dict. leg. Scriniarios. Quartò requiritur, quod exerceat artem per ſe, & non per alium, vt notat Ioann. de Plat. in dict. leg. prima Codic. de colleg. libr. decimeprimo Allegat leg. final. in princip. ff. de excuſat. tuto. & notat etiam Ioan. Baptiſt. in dict. leg. Scriniarios, & ibi Iaſon, vbi dicit hoc valde notandum contra mercatores ſui temporis. Quintò requiritur, quod maiorem partem ſuarum fortunarum, & ſuæ ſubſtantiæ teneant, & habeant in illa negociatione, & in illis mercibus, vt dicit Bartol. in leg. ſemper. §. negociatio per illum textum. ff. de iure immunit. & in rub. Codic. de Nauicul. libro decimoprimo, & Alexand. in conſil. 108. Viſo themate libro quarto & Iaſon. in d. leg. Scriniarios.

Decimo octauo quæro. An diſcipuli Aurificum, & aliorum
25 Artificum gaudeant immunitate conceſſa Magiſtris? Reſpondeo, quod non vt determinat Accurſ. in dict. leg. prima Codic. de excuſat. artific. & Bartol. in leg. legatis ſeruis. §. ornatricibus. ff. de leg. tertia. Quia ſumus in priuilegijs quæ conceſſa magiſtris non extenduntur ad Diſcipulos dict. leg. prima vt dicit Bartol. in dict. §. ornatricibus;

Et

Et licet Bartol. in dict. leg. 1. videatur tenere contrarium, tamen Ioann. de Plat. ibi tenet opinionem Bartol. in dict. §. ornatricibus, pro qua opinione allegat textum in leg. ſemper. §. quibuſdam. ff. de iure immun. & Alber. de Roſat. in 2. parte Statutorum quæſt. 22. Et ratio deciſionis eſt, quia immunitas datur ratione peritiæ, quæ non eſt in diſcipulo, prout in Magiſtro; Et ita loquitur dict. leg. 1. Cod. de excuſat. art. vt dicit Iaſon in leg. 1. ff. ſolut. matrimon. colum. penultim. Si vero eſſemus in teſtamentis, & beneficijs, tunc venirent, & comprehenderentur etiam diſcipuli, vt per Bartol. in d. §. ornatricibus, & Ioan. de Plat. in dict. leg. 1. Cod. de excuſat. artif. lib. 10.

Decimonono quæro. Quo temporis ſpacio Artifex non exercendo artem, dicatur deſijſſe eſſe Artificem? Reſpondeo, quod ſi per decennium
26 deſierit tale artificium, vel artem exercere, deſinit eſſe Artifex. Per lapſum enim eius temporis, lex, obliuionem præſumit leg. furtum §. fundi iuncta gloſa ff. de vſucap. vbi ſtatuit de poſſeſſione perdenda, vt dicit Bartol. in Tracta. de Teſte in C. inc. Aliquam ex prædictis qualitatibus verſ. ſed ſi.

Vigeſimo quæro. Quid ſi aliqui Artifices conſueuerunt obedire collegio artis Aurificum, & per aliquot annos non obedierunt; An ſit ſub-
27 lata conſuetudo introducta. † Domin. de Santo Geminiano in conſil. 6. incipit, quia diffusè libro primo in fine dicit, quod non, quia conſuetudo tribuit iuriſdictionem de for. comp. cap. cum contingat de offic. ordin. capit. duo ſimul cum ſim; quæ non eſt ſublata, licet per aliquot annos non obedierint, quia requiritur ad illam tollendam, quod ſit obſeruata contraria conſuetudo per tantum tempus, quantum neceſſarium fuit ad illam introducendam, vt not. Innocent. de Priuileg. capit. accedentibus, & Archid. in capit. in ijs 11. diſtinct. & gloſa in clem. attendentes de ſtatur. regul.

Vigeſimoprimo quæro, An Aurifex, vel alius Artifex, qui fuit de collegio Aurificum, & deſijt artem exercere poſſit coram Conſulibus illius artis conueniſse: Reſpondeo, quod de his, quæ geſſit tempore,
28 quo erat de illa arte, & quæ pertinebant ad illam poteſt coram Conſulibus, & Iudicibus illius artis conueniri. leg. 1. Cod. vbi de ratiō. ag. oport. vbi ita not. Paul. de Caſtro; & probatur in leg. Prætor. §. etiam is ff. de edend. Idem notat Paul. de Caſtro in l. final. Cod. de iur. omn. iudic. & Ioann. Baptiſt. in dict. leg. Prætor. Ex quo dicit, quod Lanifex quondam de his, quæ tunc geſſit, ad illam artem pertinentibus, poteſt coram Conſulibus dictæ artis conueniri licet artem amplius non exerceat, & ita dicit Ioann. Baptiſt. ſe reſpondiſſe Officialibus artis lanæ ciuitatis Senarum; quod nota, quia ſæpè de facto contingit, vt dixit ipſe in leg. omnes populi in 2. quæſt. primæ quæſt. ptincip. ff. de iuſt. & iur.

Vigeſimoſecundo quæro, An hæres artificis poſſit conueniri coram Conſulibus artis, vt poterat defunctus? Dominus Franciſcus de Albergottis de Aretio in leg. hæres abſens. ff. de iudic. per illum textum, & ibi not. dicit, quod hæres mercatoris, & artificis pro negocijs ad mercaturam, & ad artem pertinentibus,
29 poteſt conueniri coram Conſulibus artis, & mercatorum, ſicut poterat etiam mercator, & artifex. Sed contrarium videtur decidere Bald. in leg. quædam. §. nihil. ff. de edend. vbi dicit, quod ſi ſtatutum diſponat, quod notarius

rius pro omni cauſa poſſit conueniri coram Conſulibus Notariorum, Attamen hæres ipſius, qui regulariter ſortitur forum ex perſona defuncti non poterit hoc caſu, coram Conſulibus conueniri, quia iuriſdictio per ſtatutum conceſſa dicitur eſſe ſtricti iuris vnde non eſt extendenda. Verum vt dicit Bened. de Barzis de Peruſ. in Tracta. de Guarentig. quęſt. 8. iſtud dictum Baldi eſt dubium, quia vult, quod id quod dicit d. l. hęres abſens, ſit verum, quando proceditur de iure communi: Secus autem quando exercetur iuriſdictio ex forma ſtatuti. Nam Cyn. referendo Petr. in auth. quas actiones. C. de ſacr eccleſ. in illa quæſtione, de vidua ſuccedente ruſtico, indiſtinctè dicit, quod hæres non ſolum forum, ſed etiam iudicem metitur ex perſona defuncti. Quæ nota.

Vigeſimotertio quæro; Quid ſi vnus exercet duas artes, an ſubijciatur Conſtitutionibus vtriuſque artis? Roma. in conſil. 422. incip. Iſte Franciſcus, conſuluit, quod ſic, quia quan
30 do in vna, & eadem perſona concurrunt duæ qualitates paris potentiæ, vt ſunt duarum artium exercitia, quarum vna poteſt ab alia ſeparari, tunc de ea perſona iudicari debet, vt de duabus, in quarũ vna concurrit qualitas artis vnius, in altera concurrente qualitate artis alterius, & dicit eſſe caſum in cap. poſtulaſti de conceſſ. præben. & per conſequens dum exercet vnam artem illius conſtitutionibus dum aliam alteri ſubijcitur prout ibi per multa concludit Roma. Et ſi hunc exercẽtem duas artes aliquis conuenire voluerit dicit Lud. Roma.
31 quod inſpicienda eſt ars, cuius occaſione conueniendus eſt, & corã Conſulibus illius artis conueniri debebit; Et reſpectu alterius artis corã alijs cõſulibus vt dicitur in l. 1 §. fin. ff. Naut. Caup. ſtab. Allegat notata in l. 2. C. de conſt. pecun.

DE ALCHIMISTIS.

Titulus Tertius.

SVMMARIA.

1 ALchimiſta qui ſint.
2 Quid Alchimia.
3 Quando ars licita, quando illicita.
4 Species vna metalli in aliam mutari poteſt.
5 Aurum vel argentum Alchimicum habet veram & propriam auri vel argenti ſubſtantiam. Sophiſticatum habet colorem & apparentiam tantum.
6 Alchimicum verum à naturali non differt.
7 Alchimicum pro naturali ſolui poteſt: Sophiſticatum non poteſt.
8 Re in totum ſophiſticata vendita non valet venditio.
9 In partem ſophiſticata valet in ea parte, in qua non eſt erratum.
10 Error in materia vel qualitate ſubſtantiali non vitiat actum; ſed in qualitate inuiſibili vitiat.
11 Si error ſit ex parte promiſſoris vt ſi det aurum cum de ære ſit conuentum valet actus ſed illi ſuccurritur opt. exceptionis.
21 Error teſtatoris legantis maſſam æneam.

Digitized by Google

neam, ſi ſit aurea non vitiat legatum, ſed hæredi competit retentio ad intereſſe.

13 *In diſtractu et liberatione error vitiat actum, vt æneaſolutio pro debito aureo.*

14 *In depoſito non vitiat.*

15 *Neque in pignore.*

16 *Emens æs pro auro ignorans habet actionem aduerſus venditorem, ſciens non habet.*

17 *Si vẽditor erat ſciens tenetur ad quodlibet intereſſe extra rem, Si ignorans ad damnum emptoris tantum.*

18 *Si ignarè venditum eſt datur actio ex empto, Si ſcienter actio de dolo.*

19 *Datur caſus quo quis rem ſophiſticatam licite vendere poteſt.*

20 *Si error ſit ex parte & ad damnum venditoris idem vt ſupra dicendum.*

21 *Pœna ipſorum eſt furti, vel Stellionatus vel falſi.*

22 *Alchimiſta ſi vendit ſophiſticatum pro vero non poteſt eſſe teſtis, ſi pro ſophiſticato poteſt.*

ACumen humani ingenij eò ſubtilitatis peruenit, vt etiã in Mineralibus ars naturã ſequens didixerit naturalib. non inferiora. Talia ſunt Alchimica, Et qui ea conficiunt Alchimiſtæ dicuntur: Ritè igitur poſt quam de metalli naturalis artificibus actum eſt, de fabris artificialis metalli, hoc eſt de Alchimia, & Alchimiſtis agendum erit.

Et primò quæro Qui dicantur Alchimiſtæ. Reſpondeo eos dici qui ar-
1 te imitando naturam verum aurum, & verum argentum faciunt, ita colligitur ex dictis Alberti Magni in opere ſuo de Mineralibus lib.3. cap.9. quæ referam infra q.4.

Secũdò quæro Quid ſit Alchimia. Reſpondeo quod eſt ars, per quam ingenio ar[illegible]s, imitantis naturam, vna ſpecies metalli in aliam precioſio-
2 rem conuertitur; ita colligi poteſt ex dictis Alberti Magni quamuis omnis definitio periculoſa ſit l. omnis diffinitio. ff. de reg.iur. & ibi per Doctores.

Tertiò quæro An Alchimia ſit ars licita, & ſic an Alchimiſta huiuſmodi arti licitè eam exercentem artem licitam operari, an falſam dicatur. Hanc quæſtionem tractant Oldr.cõſil.74.& Ioã.And.in tit.de crim. falſ. in add. ad Specul. Et quod non ſit licita, & falſum dicatur: committere dicunt quod quidam oſtendunt per verba Pauli ad Corinthios 4. c.quæ vide 26.q.5.Nec mirum ibi Pauli ſententiam; ſimiliter multis deceptionibus dant cauſam, nec eſt ſcientia pietatis 37.diſt.c.ſi quis dicitur: enim illam artem vbi ad aurum tenditur nõ fieri ſine auri decoctione quod eſt lege prohibitum vt C. de aur. pub. perſc.lib.10. In contrarium quod immo ſit ars licita adducunt facit. Quia
3 is qui ex magiſterio artis ſine arte magica vel alia legibus prohibita vt C. de Theſau. lib. 10. de uili metallo facit precioſam commendandus eſt, quia in hoc auget rempublicam. C. de met. & metall. lib. 11. Et iſti metallarij priuilegiati ſunt contra l.1.C. de Theſau. & l.3.ff.de acq. rer. dom. Non enim dicuntur mutare vnã ſpeciem metalli in aliam diuerſam; Sed vnam meliorem, vt de ſtamno vel ęre aurum, vel argentum, ſicuti ex vermibus ſecum, ex herba vitrum fieri videmus. Et D. Auguſtinus dicit in lib. de Ciuitate Dei quod ſint in rebus corporeis per omnia elementa quædam ſeminariæ rationes occultæ quibus cum data fuerit opportunitas prorumpũt in ſpecies debitas ſuis modis, & finibus & habetur hoc ad litteram 26.q.5. c.nec mirum ante medium d. c. Item videmus non eſſe magnam pęnam illius qui etiam dat æs pro aurō, tenetur enim crimine ſtellionatus cuius pęna eſt extraor-

Digitized by Google

dinaria.l.1.in fine.ff.de pigno.act. Et ſubiungit Io. And. loco præallegato fuiſſe temporibus ſuis Magiſtrū Arnaldum de Villa noua ſummum Medicum, & Theologum qui erat magnus Alchimiſta; Et dicunt Oldr.& Ioan.And. Alchimiam eſſe artem licitam,& per conſequens Alchimiſtā non peccare, & ſic puniri non poſſe. Hanc opinionem approbat Abb.in c. 2.in fine extra.de ſortileg. & And. de Iſern.& Card. Alex.in cap.1. Quæ ſin Rega.in vſib. feud. & Diuus Tomas 2.2.q.77.art.2.in ſolutione primi argumenti,& Ioan.de Plat. in l.1.C.de arg.Pręt.lib.11.& Fabia.de monte in Tract. de empt.& vend.3. q. princ. verſ. ſed hic quæritur; Et prædicta procedunt in veris Alchimiſtis qui faciunt verum aurum, & verum argentum. Secus in his, qui per alba albificant, & per citrina citrinant. manente ſpecie metalli prioris in materia, qui procul dubio deceptores ſunt, & non Alchimiſtæ. Et iſti ſunt qui reprobantur, & puniuntur vt dicam infra. Verum, quia iſto ſecundo modo fere omnes in toto, vel in parte procedunt vt dicit Albertus Magnus loco prædicto, & multis ſubiacēt deceptionibus vt 26. quæſt.6. capit. nec mirum, Ideo Ioan. de Plat. in l.1. C. de arg.Præt.lib.11. conſuluit ab eiuſdem exercitio abſtinendum, & ita etiam dicit quidam frater Angelus de Clauaſ. in ſua ſumma in uerbo Alchimia. Subdit tamen Ioan. de Plat. quod ſi hæc operatio in piam cauſam conuertendam peragatur Dei omnipotentis permiſſione perficitur d. ca. nec mirum verſ. nec ideo,& 36. diſt. cap. elegimus. Ex his duę eliciuntur concluſiones: Prima, quod quando ſequitur vera tranſmutatio metalli prioris & fit verum aurum & verum argentum tunc dictam artem Alchimiſta rite, & rectè exercet. Secunda, quando non mutatur metalli prioris ſpecies. Nec fit verum aurum deceptor dicitur, qui id facit & non Alchimiſta, & in hoc caſu ars eſt illicita.

4 Quarto quæro, An ſpecies metalli poſſit ad inuicem tranſmutari. Hanc quęſtionem ponit Albertus Magnus in d.ſuo opere de Mineralium l.3.capit. 9. Et dicit quod poſſumus conſiderare vtrum verum ſit quod Ariſtotilem dixiſſe affirmant cum re vera dictum ſit Auicennæ videlicet ſciant Artifices, Per Alchimicum ſpecies metallorum immutari non poſſe. Sed tantum illis ſimilia facere vt tingere rubrum citrino ad hoc vt aurum videatur vel dealbare metallum quod non ſit argentum & dealbatum ita ſimile ſit argento vt metallum argenti videatur: Ceterum autem quod differentia ſpecifica aliquo tollatur ingenio non credo poſſibile, ſed explicatio accidentium non eſt impoſſibilis vel ſaltem diminutio eorum. Hæc eſt ſententia Auicennę quam dicit eſſe Ariſtotelis. Tamen Auicenna in Alchimia ſua dicit quod inuenit contra opinionem eorum quæ ſecus dixerunt quod non permutantur ſpecies, ſed fortè in materiā primam vel metallicam relinquūtur. Et tunc Alchimiſtarum periti operantur: ſicut periti medicorum, qui purgant materias corruptas, & facile corruptibiles & impedientes ſanitatem, & poſtea per confortantia naturam iuuāt uirtutem naturalem & dirigendo ſanitatem naturalem inducunt. Ita Alchimiſtarum periti purgant materiam argenti viui & ſulphuris quam ineſſe videmus metallis, qua purgata confortant virtutes materiæ elemētales, & cęleſtes ad proportionem metalli quod intendunt inducere. Et tunc ipſa natura operatur, & non ars, niſi organice, vel iuāando. Et ſic verum aurum & verum argentum educere videntur. Quod enim faciūt virtutes elementales, & cæleſtes in vaſis naturalibus id faciunt artificialia

lia ſi formentur ad modum vaſorum
naturalium. Et quod faciunt natu-
ra calido ſolis, & ſtellarum hoc facit
ars calido, & ignis dummodo con-
temperentur : ſi quod non excedat
virtutem ſe mouentem & informan-
tem quæ eſt in metallis. Et ita dicit
Albertus Magnus in dict. capitu. 9.
qui declarat hanc materiam & com-
probat Oldr. & Ioann. Andr. de qui-
bus ſuprà.

Quinto quæro, quod dicatur au-
rum Alchimicum, & quod ſophi-
ſticatum. Reſponſio patet ex dictis
ſupra in præcedenti quæſtione; Au-
5 rum enim Alchimicum quod habet
in ſe intrinſicè, & in ſubſtantia &
qualitate veram auri ſpeciem. Sophi-
ſticatum eſt è contra quod dumtaxat
habet apparentiam & non intrinſi-
cam in ſuſtantia auri exiſtentiam, vt
patet ex dictis Diui Thom. 2. 2. quęſ.
77. art. 2. & Cardin. Alex. in c. 1. Quæ
ſunt reg. in vſibus Feudor.

Sexto quæro, An aurum Alchimi-
cum à naturali differat? Reſpondeo,
6 quod ſi fiat per Alchimiam verum
aurum non differunt in ſubſtantia;
ſed in modo deducendi ad eſſe, quia
vnum à natura alterum ab arte in eſ-
ſe deducitur, vt elicitur apertè ex di-
ctis Alberti Magni & Diui Thom.
ſupra relatis.

Septimò quęro, An liceat vendere
vel ſoluere aurum vel argentum Al-
chimicum pro naturali, & an per
hoc reddatur venditio vel ſolutio in-
iuſta. Reſpondeo, quod ſi venditur
aurum alchimicum, quod ſit verum
aurum, de quo dixi ſupra, venditio
eſt licita, & ſolutio de huiuſmodi au-
ro vel argento facta; ita concludunt
And. de Iſern. Bald. & Card. Alexan.
in d. ca. 1. Quæ ſint Regal. Si vero au-
rum vel argentum eſſet ſophiſticatũ,
& ſic non verum tunc non licet illud
pro vero vendere & illicita eſſet ven-
ditio per tale aurum vel argentum
facta. Et puniuntur talia facientes vt
dicunt Doctores prædicti, & Ioann.
And. in add. ſpec. in tit. de crim. falſ.
Eandem opinionem retinet Diuus
Thom. 2. 2. qu. 77. ar. 2. diſtinguendo
vt ſupra. Nam præter intereſse maio-
ris ualoris aurum, & argentũ habet
quaſdam uirtutes inſitas quæ non
ſunt in alijs metallis neq; in auro uel
argẽto per Alchimiã ſophiſticato ue-
lut contra melancoliam & alias ani-
mi ægritudines à peritis Medicis
obſeruatas. Sed ſi per Alchimiam fie-
ret uerum aurum non eſset illicitum
illud pro uero uendere, quia nihil
prohibet, artẽ uti aliquibus natura-
libus cauſis ad producendos natura-
les & ueros effectus, ſicut dicit Aug.
in li. de Tri. de his quæ arte dæmonũ
fiunt. Ita concludit Diuus Thom. &
concordat cum opinione Doctorum
de quibus ſupra, quam concluſio-
nem Sancti Thomæ tenet Aſceſa-
nus in ſua ſumma in 3. lib. primæ par
tis Rubr. de empt. & vendit §. 11.
verſ. Quid ſi venditor, & Frater Bar.
de Sancta Concordia in ſua ſumma
in verbo empt. §. 4. & Archid. Floren
tinus in 2. parte ſummę in tit. de aua
ritia. cap. 17. De varijs fraudibus quę
committuntur, in negociando. §. 3.
verſ. 1. Fab. de Monte de emp. & vẽd.
q. 8. princ. verſ. ſed hic quæritur.

Octauo quæro: quid ſi venditur
ignoranter aurum vel argentum ſo-
phiſticatum pro vero, An teneat vẽ-
ditio? Reſpondeo diſtinguẽdo, quod
aut erratur in tota ſubſtãtia rei vt in
exemplis poſitis, ſi æs pro auro, vel
plumbum pro argento datur; aut er-
8 ratur ſolum in aliqua parte. Primo
caſu uenditio nulla eſt. l. in venditio-
nibus. §. fi. ff. de contrah. empt. & in l.
quid tamen in fine cod. tit. & tenet
Roffr. in libell. iuris ciuilis in quar-
ta parte in Rubr. de actio. ex empt.
verſicu. octauum quid, vbi dicit,
quod ſex errores impediunt Con-
tractum emptionis, & venditionis
inter quos eſt ſi eſt in materia vel in

ſubſtantia vt ſi argentum pro plumbo vel è contra vendatur dicta lege in uendictionibus vbi Pau. de Caſtro in lectura Florentina & Bart. in l. 1. ff. de offic. Procur. Cęſ. Angel. Aretin. in §. Item is Inſtrum. de oblig. & Alber. de Roſa. in dicta lege quid tamen. Secundo caſu videlicet quando erratur in aliqua parte, ſi pars in qua erratur eſt minor tunc valet emptio, & eſt Contractum bonę fidei, textus eſt not. in dict. lege quid tamen ff. de contr. empt. & glo. in l. cum ab eo in 4. ſolutione eod. tit. & facit textus in l. domum. §. 1. ff. eod. titu. vbi deciditur, quod valet venditio Domus quam emptor & venditor putabat integram cum pars eſſet igni combuſta, quia attendi debet id quod eſt maius, & principalius vt dicit Iaſ. in dict. leg. ſi id quod aurum in 3. col. Verſ. ſecundo limita; & eandem concluſionem poſuit ibi Ludo. Roma. quem ibi refert, & ſequitur magnæ auctoritatis Doctor dominus Philippus Lucenſis, qui legit in ſtudio Senenſi, tempore Domini Thommæ Roccij. Sed contra hanc diſtinctionem quod valeat contractus etiam ſi error ſit in maiori parte videtur vrgere text. in d. l. quid tamen, vbi fuit vendita aureola, quæ aurea dicebatur, precio exquiſito eaque inuenta fuit magna ex parte ęnea, & dicit ibi textus venditionem eſſe conſtat eo quia aurei aliquid habuit. Nam ſi auratum aliquid ſit licet ego auream putem, & ſic totum valet venditio & ideo Paul. de Caſtro in dict. leg. quid tamen in lectura Florentina non videtur conſiderare, quod ſit in maiori parte, quia ſummando illum textum dicit ſufficere rem eſſe pro parte de illa materia de qua creditur eſſe tota, & valet venditio licet ſit ſecus ſi non ſit in aliquo, & Alber. de Roſat. in dict. l. quid tamen videtur diſtinguere doctrinam Gloſ. in dict. leg. cum ab eo, dicens, quod venditio valet fauore emptoris vt conſeruetur indemnis, ſed non quo ad rem, & ita dicit tolli contrarium d. l. cum ab eo. ſed cum gloſę tranſeunt indiſtinctè vltra Roman. Philippum Lucēſem, & Iaſonem, Alex. & Claud. de Seiſell. in d. le. ſi id quod aurum. Cogita quia videtur fortiter vrgere textus in d. l. quid tamen attenta ratione illius textus ibi aurei aliquid habuit.

9 Nono quæro poſito quid venditio non valeat cum venditur æs pro auro reſpectu æris An valeat in tanto auro in genere: Reſpondeo quod ſic vt dicit Gloſa in dict. leg. quid tamen in fine. Sed contra videtur tenere Paul. de Caſtro in l. 1. ff. de pignorat. actio. in lectura Florentina, Quia textus in dict. leg. quid tamen, dicit ſimpliciter quod venditio non tenet & ſic nec in ære nec in auro, tamen pro Gloſa mihi videtur caſus in l. labeo ait. §. ſi veſtimenta. ff. de contr. empt. vbi dicitur: quod ſi vas auricalchi vendidiſſet ignorans, tenetur, vt aurum quod vendidit præſtet ſi aurum præſtare tenetur. Ergo tenetur ad aurum in genere, quia vēditū erat aurum & iuxta opinionem Gloſſæ videtur eſſe diſtinctio Albe. de Roſat. in d. l. quid tamen, qui dicit quod ſi erratur in materia non tenet contractus reſpectu materię in qua erratur; ſed reſpectu tātidem in genere in quo conſenſum eſt, & hoc ſi ibi eſt aliquid de materia in qua conſentitur. Sed ſi erat tota alia materia tunc venditio eſt nulla, & dū textus dicit valet venditio intelligit reſpectu demōſtrati, ī quo non eſt erratum, in alio non: ſed tantūdem in genere pręſtare tenetur.

Decimo quęro. Si ſtipulor a te maſſam quam auream putem & ſit ęnea: An teneat ſtipulatio? reſpondet Iuris conſultus in l. ſi id quod aurum. ff. de ver. oblig. quod ſic, quia in corpore cōſenſum eſt, & ibi notat Iaſ. quod

error

error in materia vel qualitate ſubſtantiali non vitiat ſtipulationem & ſic conſenſus in ſuperficie facit valere actum, licet ſit erratum in qualitate inuiſibili. Et procedit concluſio in contractibus ſtricti iuris ex cauſa lucratiua, ſecus eſt in contractibus ex cauſa oneroſa, qui ita vitiantur, ſicut contractus bonę fidei. Ita tenet Bart. Bald. Pau. Caſtr. Alexand. & Iaſon in d. leg. ſi id quod aurum Verſ. ſucceſiuè &c ibi etiam ita tenet Dominus meus Barto. Sozz. Succurritur tamē decepto actione dolum malum abeſſe, ſi fuit appoſita vt ibi declarat Iaſ. in ſecundo not. Et requiritur dolus ex propoſito, vt dicit ibi Alexand. qui tenet contra Raph. Cuma. & ibi etiam Iaſ. & Philippus Lucenſis, qui ſubdit quod ſi ſtipulatio dolum malum abeſſe non fuerit interpoſita non poteſt agi, quia ſatis eſt quod ſtipulator aliquid lucretur l. ad res donatas ff. de edilit. edit. niſi prętenderet intereſſe, vt quia fecit expenſas circa id quod putabat eſſe aurum, vel fortè quia tunc emiſſet aurum viliori præcio ſi ſciuiſſet, quod eſſet æs, & tunc agit actione de dolo ad intereſſe l. Ariſtot. in fine. ff. de donat. & l. 1. C. de iure dot.

Vndecimo quæro, ſi eſſet error ex parte promiſſoris credentis promittere æs, & ſit aurum. Præfator Doctor Dominus Philipp. Lucenſis in dict. lege ſi id quod aurum in princi.
11 dicit, quod defenditur promiſſor ope exceptionis per l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obl. & idem dicit ibi Bald. de Barto. in fine, quod vbi errat promiſſor valet ſtipulatio ſed reſcinditur ope exceptionis per d. l. ſi quis cum aliter cum ibi not. per Bart. & Doct.

Duodecimo quęro, quid ſi teſtator credens legare maſſam æneam cū eſſet aurea an valeat legatum? Raph. Cuma. in l. ſi quis in fundi vocabulo in princ. ff. de leg. prim. dicit, quod id quod dicitur in ſtipulatione militat in legato. Putat tamen quod hęres poterit retinere aduerſus legatarium quanti plus valet illa maſſa &c ita tranſit Alexand. in dicta lege ſi id quod aurum. Et Iaſon ibi in primo nota. ampliando dictam legem dicit quod error in materia non uitiet legatum.

Decimotertio quæro, quid in diſtractu, An ſi promiſi aurū, & ſolui æs an ſim liberatus. Dicas, quod nō l. ſi cum aurum. ff. de ſolut. Et ita dicit D. Philippus Lucenſis in dict. l. ſi id quod aurum in principio, quia error in materia vitiat liberationem & ſic diſtractum, vt in d. l. ſi cum aurum & ratio eſt quia ſolutio liberat debitorē, ex traditione non autem ex ſolo conſenſu, facit l. eleganter §. qui reprobos ff. de pignor. act. & ita dicit Iaſ. in d. l. ſi id quod aurum in princip. Verſ. limita iſtum textum. Si tamen ille qui petit aurum pro quo eſt æs ſibi ſolutum non reſtituat æs, repellitur exceptione donec æs reddat, vt dicit textus in d. l. ſi id quod aurum in princip. quia cum dictum fuerit animo diſſoluendi obligationem ceſſat animus donandi. Ideo ſi ex eadem cauſa agitur ex qua ſolui ſolutum repetitur ope exceptionis vt dicit Bart. in dic. lege ſi cum aurum, ſubdens quod iſtius ęris ſoluti traſfertur dominium in accipientem, quia conſenſum eſt in corpore l. 1. ff. de pignor. actio.

Decimoquarto quæro, in depoſito ſi depono maſſam plumbeam pro argentea, an error vitiet depoſitum? Baldus de Battol. de Peruſ. in dicta lege ſi id quod aurum, dicit quod error in materia non vitiat depoſitum, quia cum ſit contractus bonę fidei. §. actionum Inſtru. de actio. bona fides exigit vt depoſitum reſtituatur l. bona fides. ff. depoſ.

Decimoquinto quæro, Quid in pignore, vt ſi detur pignori æs pro auro an teneat pignoris obligatio in ære?

Digitized by Google

dicas, quod ſic l. 1. in fine. ff. de pignor. actio. Remanet enim æs pignori obligatum, & tenetur, qui dedit actione contraria pignoratitia, & extraordinaria pœna punitur, vt ibi dicit Gloſa, & Doct. & gloſa ibi aſſignat duas rationes cum quibus tranſit ibi Bartol. quas Paulus de Caſtro in lectura Florentina nititur reprobare, & ſubdit rationem eſſe, quia intereſt creditoris quod valeat cum nihil habeat ſoluere pro pignore. Quam rationem confirmat Iaſon in dicta lege ſi id quod aurum in ſecunda colu. Verſ. limita primo.

Decimo ſexto quæro, Si emptor credens emere verum aurum emit ſophiſticatum an agat contra venditorem? Reſpondeo quod ſic lege labeo & Alber. de Roſat. ff. de contrah. emptio. dicens ſi quęris an emptor agat contra venditionem oportet diſtinguere ſcientiam vel ignorantiam, quia ſciens non agit, ignorans agit.

Decimo ſeptimo quæro ad quid agat emptor contra venditorem, Reſpondeo diſtinguens ſecundum Alberic. in dicta lege labeo ſcientiam ab ignorantia venditoris, quia ſciens tenetur ad omne damnum & intereſſe etiam extra rem, ignorans quanti minoris eſſet empturus le. Iulianus in princip. de actio. emptio. & Fabi. de Monte de emptione & venditione quæſtio. ſexta verſ. circa decimumquartum, dicēs, quod qui tradit rem vitioſam ſcienter ex contractu ex quo transfertur dominium, tenetur ad intereſſe etiam extra rem: ſi tradit ignoranter tenetur ad intereſſe vel quanti minoris vt dicta lege Iulianus vel etiam Bartol. & in lege tenetur § ſi vas. ff. de actio. emptio. & Paul. de Caſtro in dicta lege Iulianus in lectura Florentina, & Alexand. conſ. quinto libro 5. Eandem diſtinctionem videtur facere Sanctus Thommas 2.2. quæſtio. 77. articul. 2. qui dicit quod quando defectus eſt ex parte rei ſi quidem venditor hunc defectum cognoſcit in re quam vendit, fraudem committit in venditione, vnde venditio illicita redditur, & tenetur ad reſtitutionem. Si verò defectus eſt ex parte rei venditę ignorante venditore, & non peccat venditor quia facit iniuſtum actum, ſed eius operatio non eſt iniuſta: Tenetur tamen cum ad eius notitiam peruenerit damnum emptori reſarcire. Ita dicit Diuus Thomm. quod nota.

Decimo octauo quæro, quæ actio detur emptori contra venditorem? dicit Alber. de Roſat. in dicta lege labeo, quod hoc non aperit ibi litera, ſed dicas in primo caſu dictę legis, qui eſt cum ignoranter venditur æs pro auro dari actionem ex empro, quia venditio tenuit: In ſecundo caſu quando ſcienter eſt venditum agitur actione de dolo l. eleganter in princip. ff. de dolo, vt ibi etiam tenet Accur. poſt Hirn. & not. Bartol. in d. l. ſi id quod aurum, vel dici poteſt ſecundum Albericum quod vtroque caſu agitur ex empto. quaſi tantum in genere videatur uenditum ut ipſe dicit in dic. lege quod tamen eod. tit. & ita dicit Alber. in d. leg. labeo, qui allegat Iac. Butrig.

Decimo nono quæro an vendentes ſciēter res ſophiſticatas aliquo caſu excuſentur Arch. Florētinus in 2. parte ſummę tit. de Auaritia cap. 17. de varijs fraudibus quę committuntur in negociando. §. 3. uerſ. Primus ergo defectus, dicit quod cū aliqui ſophiſticant ea quę vendunt, vt ſe ſeruent indemnes & cum aliquo lucro congruo, quia ſi venderent puras res & emptores nolent dare iuſtū precium, quia alij vendunt talia ſic ſophiſticata mixta, videntur poſſe excu-

excuſari dummodo non fiant tales mixturæ quæ noceant humanis corporibus, quod accidere poteſt in his quæ in cibum, & potum dantur, & maximè in medicinalibus. Et ſimili etiam ratione non videtur, illicitum cum per talem mixturam res redduntur magis amabiles, & non nociuæ, ſicut dicit audiuiſſe de vino græco, quod aliquando, quia eſt nimis potens minus placet. Cum vero aqua miſcetur amabile redditur, & libentius emunt homines credentes eſſe vinum purum debent tamen venditores in huiuſmodi caſibus minus vendere quam ſi eſſet purum, alias venderent ipſam aquam pro vino & ſic de ſimilibus. Ita dicit Archid. Florentinus vt dixi referendo verba Diui Thomæ ſecunda ſecundæ quæſtione ſeptuageſima ſeptima artic.2.

Vigeſimo quęro. An liceat ab ignorante emere aurum verum pro ſophiſticato. Reſpondeo, quod non: & qui emit iniuſtè, & illicitè emit. Ita determinat Archid. in loco ſupra allegato. Dicet enim ipſe, quod, id quod eſt dictum de venditore intelligendum eſt de emptore cum ſci-
20 licet venditor crederet rem ſuã minus precioſam puta auricalcũ, quod eſt aurum, & lapideum vitreum, quod eſt precioſius. Emptor enim cum hoc ſcit, niſi det ei precium competens ualori rei, ſed ſecundum ęſtimationem vendentis tenetur ad ſatisfactionem. Ita etiam tenet Io. Calder. in C. final. de vſur. concludens, quod ſit peccatum emere ab ignorante rem vilius, quam valeret, quem refert Laur. de Rodulphis in cap. conſuluit quæſtione 43. de vſuris.

Vigeſimoprimo quæro qua pęna puniantur iſti deceptores, qui artificioſis deceptionibus vendunt ſophiſticata, vtas pro auro, aut iocalia vilia pro pręcioſis. Reſpondet Ioan. Baptiſta de San. Seuerino in l. cunctos populos colum. 37. verſic. videmus. C. de Sacr. Eccl. quod puniuntur, ſecundum quoſdam tanquam
21 fures, & acrius, vt leg. ſæcularis, in princip. ff. de contra.ord.crim. ibi pluſquam fures puniendi ſunt, & dicit, quandoque fuiſſe ſeruatum; alijs placet, quod quaſi pro crimine ſtellionatus leg. prima in fine. ff. de pign. actio. & ſentire videtur gloſa. in leg. ſecunda. ff. de crim. ſtellio. ibi dum dicit. Cuiuis varietatem imitantur deceptores, quia varia agunt, aliud enim agunt, & aliud ſimulant, & aliud dicunt leg. tertia. §. ſed ſi quis merces ſuppoſitas eodem titulo, & eadem leg. §. ſiquis impoſturam, & hoc videtur ſentire Ioan. Andr. in additione ſpeculat. in titul. de crim. falſ. & in fine quæſtionis, & ſubdi. quod quandoque vidit eos pęna falſa puniri non quia falſum commiſerint ſed aſſimilata pęna falſi virtute ſtatuti communiter vigentis in ciuitatibus, quod in caſibus criminalibus non exprędis procedatur a ſimilibus ad ſimilia, & quod de his fuit ſæpius dubitatum Romæ, Florentiæ, Peruſij, & Anconæ in quæſtionibus emergentibus, & quod pluries Senis interrogatus ex temporaliter allegauit dicta iura pro deciſione quæſtionis quam dicit non inueniſſe explicitè tactam. Et quod ideo propter varia iudicia fuit factum ſtatutum Senis, quod puniantur tamquam fures, ſed Cardin. Alexand. in cap. quæ ſini regali ſimpliciter dicit, quod talia facientes puniuntur pęna falſi leg. eleganter. §. qui reprobes. ff. de pignor. actio

Vigeſimo ſecundo quęro an Alchimiſta poſſit eſſe teſtis tã in cauſis ciuilibus, quam criminalibus. Hanc quæſtionem ponit Petr. Moncada

Hiſpanus in add. ad tracta. Ioa. Cror. de Teſtibus in vltima quæſt. quartæ partis verſ. poſſet etiam. In qua aliter diſtinguit quam ipſe, quod aut loquimur in Alchimiſta qui facit verum aurum vel argentum, & quia ars eius eſt licita vt concluſum eſt ſupra poteſt eſſe teſtis; Aut loquimur in illo qui non facit verum aurum, ſed ſophiſticatum. Et quia iſtius ars reprobatur vt concluſum eſt ſupra q. 5. & eſt infamis ipſo iure vt in extrau. Ioa. XXII. in tit. de crim. falſi quam allegat Petrus præallegatus & infamis non poteſt eſſe teſtis l. 3. §. legis Iuliæ, ff. de teſtibus, & iſte non erit idoneus teſtis. Ita dicit Petr. Moncad. quod intelligit procedere in Alchimiſta qui aurum vel argentum alchimiatum vendit, vt verum & pro precio quod valeret ſi eſſet verum vt præſupponit extrau. prædicta. ſecùs ſi illud venderet non pro vero, ſed pro alchimiato quod ſophiſticatum eſt, vt dixi ſupra. Et dicit ſe vidiſſe Bononiæ, & iſto caſu fortè non haberet locum diſpoſitio d. extrauagantis arguendo à ceſſante ratione C. cum ceſſante de Appellat. Et quod iſto caſu ceſſet ratio prohibitionis dictæ extrauagantis, patet manifeſtè dum vult quod tantum pauperibus erogetur quantum de vero auro habitum eſt pro illo falſo. Relinquit tamen cogitandum.

***

ADDITIONES ex Recentioribus.

Alchimia an & quando ſit licita, Ioannes de Anania in c. 2. extra. de ſortileg. nu. 8. verſ. Vlt. & nu. 9. & ibidem Albericus & Doctores.

De Alchimia adeſt opus Auicennæ & Trad. tradit Cardinalis Tuſcus in ſuis repertorijs.

Finis Libri Primi.

DE

Digitized by Google

DE CAVSA MATERIALI MINERALIVM

Liber Secundus.

SVMMARIA ARGVMENTI.

1 Cauſa materialis mineralium quoad eſſentiam intrinſeca eſt ſulphur vel argentum viuum vel humidum.

2 Extrinſeca eſt ipſa maſſa auri, vel argenti.

3 Quoad iuris obſeruantiam intrinſeca eſt iuſtitia, extrinſeca leges ipſæ.

MATERIALEM cauſam Mineralium dupliciter conſiderare
poſſumus, Aut eſſentiam eorum & generationem, Aut iu-
ris de illis obſeruantiam. Primo caſu, ſecundum Auicen-
1 *nam intrinſeca materia eſt ſulphur, † & Argentum viuum,*
ſed ſecundum Albertum Magnum lib. 1. Miner. cap. 2. & 3.
eſt humidum, Extrinſeca verò eſt ipſa Maſſa Auri, Ar-
2 *genti, † vel alterius Metalli. Secundo caſu materia intrinſeca eſt Iuſtitia,*
3 *† per quam de ipſorum iure decernitur: Extrinſeca ſunt leges ipſæ ad titulos*
congruos redactæ, vt inquit Azzo. & Antonius de Butrio in locis ſupra allega-
tis & Bald. in Rubr. ff. de iuſt. & iure. Quem ordinem nos hic ſequentes quantum
fieri poſſit, diſtinguemus totam hanc materiam in quatuor titulos ſeu capita.

In Primo. De Metallis in genere.

In Secundo. De Auro & Argento.

In Tertio. De Gemmis.

Digitized by Google

DE METALLIS
Titulus Quartus.

SVMMARIA.

1 *EThimologia eſt reſolutio vocis in nomen.*

2 *Metallum unde dictum.*

3 *Eſt nomen genericum auro, argento, AEre, Ferro, & ſimilibus.*

4 *Septem ſunt genera metallorum.*
 1 *Aurum*
 2 *Argentum*
 3 *Aes*
 4 *Ferrum*
 5 *Plumbum*
 6 *Stamnum*
 7 *Argentum viuum.*

5 *Cuilibet Planetæ ſuum proprium metallum tribuitur*
 Saturno, Plumbum
 Ioui, Stamnum
 Marti, Ferrum
 Soli, Aurum
 Veneri, Aes
 Mercurio, Argentum viuum
 Lunæ, Argentum.

6 *Quibus in legibus de quolibet metallo in iure agatur.*

7 *Aurum ab aura & ſplendore dictum quia quo plus habet aeris, & magis ſplendet.*

8 *Aurarij ſunt quorum fulgor ſplendidos reddit.*

9 *Aurum obrizzum à rubore dictum, & ideò magis ſplendens.*

10 *Aurum Coronarium erat quod ad Imperatoris Coronam faciendam, vel in ſubſidium impenſarum Coronæ offerebatur.*

11 *Argentum ab* ἄργυρον *græca voce dictum.*

12 *Viuum quia percurrit, & materias omnes incidit.*

13 *Argentum munditiam, & claritatē ſignificat, & preter aurum metallis alijs omnibus preſtat.*

14 *Ferrum à farra dictum quod ſemina terra condat.*

15 *Fortitudinem ſignificat.*

16 *Plumbum inde dictum, quia eius pilis altitudo maris tentata ſit.*

17 *Plumbum cooperiens domum, domus eſt pars & eam ſequitur & ſeparari ab ea non poteſt.*

18 *Stamnum ſic dictum, quia metalla coniuncta ſeparat atq; diſtinguit.*

19 *Electrum ideo dictum quia ad Solis radios clarius argento ſplendeat, & auro.*

20 *Tria ſunt illius genera*
 1 *Quod ex Pini arbore cadit.*
 2 *Naturale quod fulget.*
 3 *artificiale quòd ex auro fit et argento.*

21 *Naturale electrum venenū detegit.*

22 *Aes ab aere vel aeris ſplendore dictum.*

23 *Aes olim fuit auro precioſius.*

24 *Aeris appellatione quandoque venit aurum.*

25 *Auricalcum quaſi aurum cacon ideſt malum quia auri colorem non ualorem habet.*

26 *Ex ere, & quadam terra fit quę dat illi colorem auri.*

27 *Sulphur dictum quia igne accenditur.*

28 *Sulphuris genera, quatuor; Foſſile, Gleba, Liquor, Adlichna.*

29 *Rur-*

29 *Rurſus duo tantum genera uiuum, & non viuum.*

30 *Sulphur eſt pater, Argentum viuum mater metallorum.*

31 *Sulphur inter metalla connumeratur.*

32 *Vitreolum Greci Calcanthum appellant.*

33 *Eſt triplex ſtillititium, Concretum Elixum.*

34 *Vſus eius eſt ad ſullonicam.*

35 *Comprehenditur inter metalla.*

36 *Alumen dictum quia lumen coloribus affert.*

37 *Eſt album, & nigrum, liquidum & concretum.*

38 *Quod effoditur eſt metallum, quod fit ex aqua non eſt.*

39 *Lapides inter metalla connumerantur.*

40 *Vitrum eſt lucida materia qua ex arena & cinere fit.*

41 *Tale non eſt metallum, ſi quid ex ferro fiat inter metalla conſcribitur.*

42 *Lapidicinę inter metalla numerantur.*

43 *Quę de metallis dicuntur militant in lapidicinis.*

44 *Metallis reſeruatis lapidicinæ riſeruatę dicuntur.*

45 *Lapidum appellat. non venit calx ex illis facta, nec debetur ab eo qui lapides debeat.*

46 *Et ſi facta ſit ex lapidibus alienis debetur aſtimatio lapidum.*

47 *Si lapidicinæ fluminis impetu vel alio caſu in fundo mea abſque facto meo delegantur ſpectant ad me.*

48 *Aurum vel argentum, uel aliud quodcumque a flumine prædio meo adiectum, & terræ coherens meum ſit.*

49 *Quod procedit ſi dominus ignoretur.*

50 *Ius lapidis effodiendi in prædio alieno inducit ſeruiturem in illo prædio.*

51 *Et eſt diuerſa ab vſufructu, ſi non ſit vſusfructus integer in toto prædio.*

52 *Contra dominum fundi impedientem lapides extrahi ſi ſunt exciſi & effoſſi datur actio in rem.*

53 *Si non ſunt; & adeſt contractus datur actio ex illo Contractu.*

54 *Si non adeſt datur actio de dolo.*

55 *Venæ metallorum ignotæ ſunt in dominio Domini fundi.*

56 *Theſaurus abſconditus non eſt pars fundi, ſed acceſſorium ad fundum.*

57 *Venæ quæ ſunt in fundo fiſci vel Principis ad fiſcum vel Principem ſpectant.*

58 *Quæ ſunt in fundo vniuerſitatis ſunt ipſius vniuerſitatis.*

59 *Quæ in fundo Eccleſiæ ſunt Eccleſiæ.*

60 *Quæ ſunt in fundo priuatorum ad priuatos pertinent, non ad fiſcum.*

61 *Quæ in fundo Emphyteotico ad Emphyteotam non ad dominum directum.*

62 *Quæ in fundo feudali ad feudatarium.*

63 *Qu in fundo Vſufructuarij ad Vſufructuarium.*

64 *Quæ in fundo dotali, ſi renaſcantur vt aurifodin ſunt mariti, ſi non renaſcuntur vt lapides ſunt vxoris.*

65 *Quod non renaſcitur non dicitur eſſe in fructu.*

66 *Lapidicinæ fundi dotalis, ſi ab initio datæ ſint in dotem cum fundo ſunt viri, ſi poſtea ſint inuentæ ſunt vxoris.*

67 *Expenſas in fundo dotali factas a marito pro inueniendis fodinis ſi ſunt ad perpetuam vtilitatem rei maritus repetere poteſt. Si ſunt ad fructus quærendos, vel colligendos non repetit ſed compenſantur cum fructibus.*

68 *Si mulier impediat marito fodinarum vſum, & impenſa facta ſit gratia fructuum datur marito actio ad exhibendum, ſi gratia rei datur actio*

de

de dote contraria.

69 *Metalla qui inuenit in fundo alieno decimam vnam debet Domino fundi, aliam fiſco vel Principi, reliqua ſibi acquirit.*

70 *Incipiens fodere in ſuo fundo, & per cuniculos tranſit in alienum, & ibi metallum inuenit ſibi venam acquirit non domino fundi.*

71 *Et retinens cuniculum apertum, acquirit ius in tota vena licet fodiat in vna parte tantum.*

72 *Dominus fundi ſciens & patiens aliquem fodere in ſua vena ſpacio 30. annorum amittit ius ſuum.*

73 *Commoditas vel ius fodiendi ſeruitus eſt perſonalis non realis.*

74 *Dominus venæ præſumitur is qui repertus eſt poſſeſſor hoſtij cuniculi.*

75 *In dubio dominij venæ præfertur poſſeſſor.*

76 *In dubio poſſeſſionis iudex debet ſummariè ſe informare, & poſſeſſorem manutenere.*

77 *In dubio iuris iudex ſtatuat terminum ad porrigendum libellum.*

78 *Fundo vendito, venæ fundi omnes cenſentur venditæ.*

79 *Venis in venditione exceptis extantes eo tempore intelliguntur non poſtea inuentę.*

80 *Nondum inuentæ in venditione reſeruari poſſunt.*

81 *Vena inuenta in fundo diuiſo ſpectat ad eum cui fundus obtigit in diuiſione.*

82 *Caſtrum ſi Princeps concedat cum fodinis ſuas fodinas concedit, non priuatorum.*

83 *Colono non debetur fructus ſulphurariæ ſi eam non expreſsè conduxit.*

84 *Pupillus fodinas alienare nequit.*

DE Metallis in genere primũ agentes; cum ethymologia ſit res ſolutio votis in pro-
1 prium † nomen, & ſignificatum, & effectum rei, quæ demonſtratur. l. Tugurij & l. vt Alphenus. ff. de verbor. ſignificat. & dicit Bald. in cap. 1. §. ſimiliter ff. de contt. inueſt.

Primò quæro, vnde dicatur metallum? Reſpondet Hyſid. æthym. libr. 16 cap. 16. Metallum dictum græce
2 † ἀπὸ τῶν Μετάλλων, quod natura eius ea ſit vt vbi vna vena apparuerit, ibi ſpes ſit alterius reperiendę. Plinius etiam lib. 31. cap. 6. vbi loquitur de argento, dicit, quod vbicunque inuenta eſt vena, non procul inuenitur alia. Et hoc quidem in omni fere materia, & inde metalla græci videntur appellaſſe. Alij etiam dicunt, metallum dici quaſi perſcrutatum à Μεταλλῶ græcè, quod latinè perſcrutor ſignificat, quod metalla intra terræ venas ſcrutentur homines.

Secundò quæro; Quod nomen ſit metallum; Reſpondeo, quod eſt nomen generale, Auro, Argento, Ferro,
3 Plumbo, Stamno, & ſimilibus, vt dicit Ioan. de Plat. in Rub. C. de Metal. & met. lib. 11. in fine: Alij dicunt ſub metalli nomine venire quidquid ex terra effoditur in terræ venis.

Tertiò quæro, quot ſint genera metallorum. Reſpondeo, principaliter eſſe ſeptem, ſecundum Plinium, Albertum Magnum, & Hyſidorum. Et ſunt hęc ſecundum Albertum Magnum lib. 3. Mineralium cap. 6. Plum
4 bum, Stamnum, Ferrum, Aurum, Argentum, Æs, & Argentum viuum, to
5 tidem Planetis comparata; † Plumbum, Saturno, Stamnum Ioui, Ferrũ Marti, Aurum Soli, Argentum Lunæ, Æs Veneri, & Argentum viuum Mercurio, vt etiam dicit conciuis noſter, Raphael Maffeus in ſuis Commentarijs lib. 27. Secundum Hyſidorum ſunt hæc, Aurum, Argentum, Æs, Electrum, Stamnum, Plumbum, & quod domat omnia, Ferrum; Conueniunt in numero, & diſcordant tantum in vno, quia Albertus omittit Electrum, de quo poſuit Hyſidorus. Et ponit Argentum viuum, quia forte putabat Albertus, Electrum naturale

non

non inueniri, cum Electrum ſit, quædam ſpecies ex diuerſis materijs confecta, ex Auro ſcilicet, & Argento, §. ſi duo inſt. de rerum diu. & Hyſidorus forſan ſub Argento,& Argentum viuum compræhendit. Rectè igitur dicit Iureconſultus in l.aut damna.§. eſt pęna. ff. de pęnis, quod metalla multa numero ſunt, de quibus in iure exprimitur de Auro, & Argento in leg. 1.§.fin.ff. de Auro,& Argento legat. in Auth. de Conſul.§. ſi vero; *de Aere* in l.Titia.§.final.ff.de Auro, & Argento legat. & in l. quid tamen ff.de contr. empt. *de Ferro*, & alijs in l.æquiſſimum.§.inde eſt quæſitum.ff. de vſufruct.& in leg. cotem.ff.de publica. *de Plumbo* in l.malum §. Plumbum.ff. de verborum ſignificat. & in leg. in venditionibus. §. final. ff. de contr. empt. *de Stamno* in l.lege Cornelia.§.eadem leg. ff.de falſis, *de Electro* in §. ſi duorum Inſtitut.de rerum diuiſione & in l.pediculis.§.Neratius ff. de auro, & argento legat. de quibus etiam habetur Nu.c.31.

Quartò quæro, Vnde dicatur Aurum, & quod dicatur Aurum Obrizzum, & quod Coronarium, Et quid deſignet: Reſpondeo ad primum,
7 Aurum ab aura dictum † eſſe ſecundum Hyſidorum libr. 16. cap.17. ideſt, à ſplendore quod repercuſſo aere plus fulgeat; Vnde & Virg. Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit, hoc eſt ſplendor auri; Naturale enim eſt, vt metallorum ſplendor plus fulgeat luce alia repercuſſus: hinc & Aurarij
8 dicti quorum fulgor ſplendidos † reddit. Ad ſecundum dico, quod Obriz-
9 zum eſt Aurum optimum, † vt dicit Accurſ.in l.fin. C. de vet.num.potes. lib.11.& in Rubr. de veſt. oleb. eod. lib. & eſt coloris optimi ſecundum Hyſidor. in d. cap.17. Ex eo dictum quod obradiet ſplendore. Ratio colligitur ex Plin.lib.33.cap.3. Quia Aurum Obrizzum à rubore, quē ex igne accipit dictum eſt & Aurum, quo ſæpius ardet eo magis proficit ad boni-
10 tatem. Ad tertium aurum Coronarium Hyſid.eod.lib.cap.19.dicit eſſe, quod ex ductili ære tenuatum in laminas Taurorum felle tinctum ſpeciem Auri in coronis Hyſtrionū præbet,& inde appellatum: Sed Azzo. in ſumma C.de Aur.coron. lib.10. dicit Aurum Coronarium dici, quod ad Imperatoris Coronam faciendam, vel eorum,qui certaminibus publicis deſeruiunt, deputādum eſt,cum quo concordat Accurſ. in Rubr. eod. tit. Apud Spartianum habetur, vt dicit Maffeus conciuis noſter lib.27. cap.1. quod erat pecunia collata in ſumptus diadematis,& coronę noui Principis. Ad vltimum quid deſignet, reſpondeo illud eſſe precioſiſſimum metallorum,vt dicit textus in Auth.de Conſul.§.ſi vero vbi gloſa,& cui præcipuā gratiam inter alia metalla Plinius tribuit, & propterea deſignat excellentiam,vt dicit Ioann.Andr. in clem. 1. §.porro de iure iuran. deſignat etiam ſapientiam 37. diſt.c. legimus.

Quintò quæro, Vnde Argentum, & cur viuum, & quid ſignificet, ac deſignet? Reſpondet Hyſidorus eod. lib.cap.18.quod Argentum non longè a græca appellatione diſtat, hoc
11 enim illi *Argiron* vocant: Ad ſecundum cur Argentum viuum.Hyſidor. eodem loco, dicit, ideo dictum,quod excidat materias,in quibus inijcitur. Hoc, & liquidum dicitur, quia per-
12 currit. Ad tertium quid deſignat Io.
13 Andr. in dict. clem.1.§. porro,dicit, quod munditiam, & claritatem ſignificat, & obtinet primum locum poſt Aurum,vt dicit textus in d. Auth. de Conſul.§. ſi vero,& ibi gloſa.

Sexto quæro, Vnde ferrum ſit dictum, & quid deſignet? Reſpondet Hyſid.loco præallegato.cap.17.illud
14 eſſe dictum ex eo, quod *Farra* ideſt ſemina terræ condat. Et ſignificat fortitudinem,vt dicit Ioan.Andr.in d.§. porrò vbi declarat, quare Imperator

tri-

Digitized by Google

triplici corona coronetur, ferrea; ar-
15 gĕtea, & aura. Ferrea enim deſignat
fortitudinem, qua rebelles vincere
debeat, & infideles cōculcare; Argen
tea deſignat, ipsū Principē mundū, &
clarū eſſe debere; Aurea deſignat ip-
sū Imp. alijs Regibus, & Principibus
in potētia & iuſtitia excellētiorē eſſe
debere; vt ibi etiam dicit Ioa. de Imo.
& Ioan. de Plat. in prohem. Inſtit.

Septimo quæro, Vnde Plumbum?
Hyſid. eod. lib. ca. 21. dicit Plumbum
15 dictum ex eo, quod pilis factis maris
altitudo tentata ſit. Et eſt Plumbum
16 album, & nigrum, Et vnum ſine al-
tero inter ſe conglutinari non poteſt.
17 Agitur de plumbo in l. Malum §. Plū
bum ff. ver. ſig. & l. Cotem. ff. de pu-
blican. Vbi diſponitur. Plumbū coo-
periens domum, ipſius domus eſſe
partem, coniunctam quę ab illa ſepa-
rari nequeat. Et ideo nec pro execu-
tione ſententiæ capi poſſit. l. cætera. §.
hoc Senatus ff. de leg. 2. nec legato ſe
iuncto relinqui, ſed legatam domum
ſequi. Cæpoll. de ſeruit. titu. de ſtillici-
dio. qu. 7. vet. ſed poteſt.

Octauo quæro; Vnde Stamnum?
Hyſid. eodem lib. cap. 23. dicit quod
ſtamni Ethymologia eſt, ideſt ſæpa-
rans, & ſecernens: mixta enim, & a-
18 dulterata inter ſe per ignem metalla
diſſociat, & ab auro, & argento, Æs,
Plumbumque ſecernit, aliaque me-
talla ab igne defendit: Vnum enim
metallum ab alio ſepararari poteſt leg.
lacus. §. ſi ex re. ff. de acquiren. rerum
domin. & not. Bart. Veron. in l. etiam
ff. de verbor. ſignific. de ſtamno l. lege
Cornel. §. eadem lege. ff. de falſ.

Nono quæro, Vnde Electrum, &
quot ſint eius genera? Reſpondet ad
primum Hyſidorus in loco prælle-
gato ca. 23. Electrum vocatum quod
ad radium ſolis clarius auro, argento-
19 que reluceat. † Ad ſecundum dicit
Hyſidor. quod illius tria ſunt genera;
20 vnum, † quod ex pini arboribus fluit,
quod Succina dicitur: Aliud quod na-
turale inuenitur, & in precio habe-
tur, ac in Æthiopia gignitur, vt dicit
Theophraſtus, & refert Volaterra-
nus libr. 27. cap. de gemmis, & Plin.
lib. final. cap. 8. Tertium, quod fit ex
tribus partibus Auri, & vna Argenti,
quas partes, etiam ſi naturale ſoluas,
inuenies. Vnde nihil intereſt natura-
le ſit, an factum, cum vtrumque eiuſ-
dem naturæ ſit, vt dicit Hyſidor. &
Plin. lib. 38. cap. 4. ad finem. Natura-
le autem ſecundum Hyſido. eiuſmo-
di eſt naturæ, vt in conuiuio, & ad lu-
mina clarius cunctis metallis fulgeat,
21 & venenum prodat: Nam ſi ei infun
das venenum, ſudorem edit, & colo-
res varios in modum arcus emittit:
& ita eſſe dicit Ioann. Fab. Inſtitut. de
rerum diuiſi. §. ſi duorum, vbi etiam
dicit, quod ſi fiat compoſitio ad rectū
pondus auri, & argenti, fit ſimile ve-
ro Electro, Et dicit vtile eſſe hoc ſcire
vt ibi per eum. Accurſ. in l. pediculis.
§. Neratius. ff. de auro, & argento leg.
dicit, Electrum eſſe præcioſam mate-
riam, quæ iungitur argento. Et in §. ſi
duorum præallegato, dicit, quod eſt
ſpecies metalli, & ſic ſentit, quod na-
turale inueniatur, vt dicit Hyſidor. li-
cet textus in d. §. ſi duorum de artiſi-
ciali ſentiat, vbi Ioan. Fab. dicit, quod
eſt genus metalli precioſum diuerſum
ab auro, & argento.

Decimò quæro, Vnde Æs dicatur?
Reſpondet Hyſid. eod. lib. cap. 19. æs
22 à ſplendore aeris vocatum, ſicut au-
rum, & argentum. Et ſubdit, quod
apud antiquos prius æris, quam ferri
vſus cognitus fuit, eratque in precio
23 magis æs; Aurum vero, & Argentum
reijciebantur propter inutilitatem;
nunc autem verſa vice iacet æs, Au-
rum vero ſummo ceſſit honore, vt
etiam dicit textus in d. Auth. de Con-
24 ſul. §. ſi vero. Æris autem appellatio,
quandoque Aurum comprehendit
vt leg. etiam, & ibi not. Bartol. Veron.
ff. de verbor. ſignificat. de ære in l. Ti-
tia. §. final. ff. de auro, & argento lega.

Et

Digitized by Google

& l.quid text.ff. de contra.empt.

Vndecimo quæro, Quid ſit Auricalchum, & vnde dictum? Hyſidor. d.cap.19. dicit, Auricalchum dictum,
25 quod ſplendorem Auri, & duritiem æris poſſideat. Eſt enim nomen compoſitum ex Latina lingua, & Græca; Æs enim ſermone Græcorum calco vocatur: Fit enim ex ære,& igne multo,ac medicaminibus,perducitur ad aureum colorem. Idem dicit Archid. 29.quæſ.1.cap.1.allegando Hyſidor. Sed Augu. ſecundum Archid. dicit, quod Auricalchum dicitur ab Auro, & calcos,quod eſt malum,vt ipſe dicit, quaſi malum Aurum, quia ſolum auri colorem habet, & non valorem ſecundum Policretum. Volaterranus noſter lib.27.c.1. de ære tractans dicit præſtantiſſimum in hoc genere Auricalchum, quod ait Plinius iam ſuo tempore cæpiſſe deſinere effœta tellure. Meminit Auricalchi Apollonius in Argonautis de quo eius enarrator ſic ait, Oricalcum ſpecies eſt æris a quodã Orio inuentore cognominatum; Refert idẽ Volaterranus Ariſtotelem dicere, huius neque nomen,neque ſpeciem inueniri, ſed tantum a quibuſdam imaginari ſubiũgit. Hoc igitur ex argumento eſt,
26 quod hoc tempore Othonem Italici vocant, non foſſitium, ſed factitium in Brictania,& Gallia (tingunt enim eis lapide quodam rufo eius regionis peculiari) in ahenis conflatum. Ita dicit Raph. Volaterranus in d. c.

Duodecimo quæro de ſulphure vnde dicatur; Quot eius genera,& an inter metalla comprehendatur? Reſpondeo ad primum ſecundum
27 Hyſidorum lib.16. c.1. Sulphur dictum,quia igne accenditur: Vt enim ignis eſt ita, nec alia res magis accẽditur. Ad ſecundum quot eius genera? Reſpondeo ſecundum Plin.lib. 35.c.14. Hyſid. eod.c. & Volaterranum ſupradictum lib.27.c.1. quod ſunt quatuor. Vnum quod foditur,
28 tranſlucet,& viret; Aliud,quod appellant glebam, vſibus tantum fullonum familiare; Tertium quod eſt liquor ad ſuffiendas lanas; Quartum ad lychnia maxime aptum. Subdit Conciuis meus,quod in agro noſtro Volaterrano extrahitur foſſilis gleba igneque perficitur,& in fiſtulas redigitur aurei coloris. Eſt etiã ſulphur, quod nigrum vocamus, & ceditur, vt lapis,& huiuſmodi foditur in prędijs noſtris. Secũdum Albertum magnum de Mineralibus lib.4. Sulphur diuiditur in viuum, & fuſum; Viuũ
29 eſt, quod ſicut de terra accipitur, ita in vſum recipitur; Non viuum autẽ, & fuſum eſt illud,quod liquefactum eſt,& non differunt,niſi per accidẽs. Subiungit, quod inuenitur fortè aliquod ad rubedinem, & fortè nigredinẽ declinans; & quod eſt hoc propter calorem adurentem, & uincentem in ipſo: ſubdit poſtea, quod ſul-
30 phur eſt quaſi pater, † & Argentum viuum, quaſi mater in commixtione metallorum. Ad tertium An inter metalla comprehendatur dico,quod
31 ſic,† & hoc per textum in l.æquiſſimum.§.inde eſt quæſitũ. ff. de vſufr. Nam dum ibi dicitur, quod vſufructuarius venas metallorum, & lapidicinarum inſtruere poteſt, infert textus, Ergo,& Auri, Argenti, Sulphuris,& æris, & ferri inſtituere poterit, & ſic connumeratur inter metalla ſulphur: Et dictio illa ergo, quæ eſt illatiua idem probat,vt not.gl.in l.3. ff. de off. Præf.vig. Et facit quod dixi ſupra quæſt.prima, & ſecunda.

Decimo tertio quæro, Quid de Vitreolo, quid ſit, Quot eius gẽnera, & an veniat appellatione mineralium. Reſpondeo, quod hoc, quod Italici vocant Vitreolum Græci Calcanthũ
32 † appellant; Plin.lib.24.atramentum ſutorium,eiuſdem etiam generis Sori,& Melantheria,ſeu Melanthium, Foſſile, & factitium eſſe Plinius ait. Dioſcorides autem dicit Calcanthũ

eſſe,

eſſe,humorem pluribus modis, &
generibus concretum , ſtillititium,
33 quod guttatim ex humidis , & confractis locis ſtillat, Concretiuum,qđ
ex ſpeluncis coit; Tertium elixum,è
vena enim excerptum cum aqua
decoquitur;deinde in vaſa transfunditur hoc enim concreſcit diuerſa
ſpecie: Optimum graue;denſum,lucidum eſt: Vſus eius ad fulloniam.
34 † Inuenitur item hodie in agro noſtro Volaterrano circa lacunas fumo,
ſpirituque fetente erumpens, redigiturque in panes,& mercis nomine
exportatur. Melantheria,ſiue Melāthium,& hoc de genere inuenitur in
terræ ſuperficie,vbi æs præſertim extrahitur , vt dicit Conciuis meus in
ſuis Commentarijs lib.27.c.2. Ad ſecundum an veniat appellatione mi-
35 neralium dico,quod ſic, † quia materia iſta ex qua fit ſub terra foditur,
& eſt admixta vaporibus æreis, aut
ſulphureis. Et omnis materia mineralis,ſiue metallica comprędenditur
eorum appellatione. l. æquiſſimum.
§.inde eſt quæſitum , & l.3.§.fin ibi,
vel alia metalla. ff. de vſufr. & l. ſi qs
vxori. §. ſi ſulphurariæ iuncta gloſa
exponente de terra ex qua extrahitur ſulphur. ff. de furt. & l.3.§.fin.ff.
de reb.eorum.

Decimo quarto, Quid de Allumine,vnde ſit dictum, Quot eius genera , & an mineralium appellatione
veniat? Ad primum dico dictum eſſe
36 Allumen , quod lumen † coloribus
tingendis præſtet. Ad ſecundum dico, quod de Allumine ponit Plin.38.
c.14. vbi dicit, quod inuenitur nigrū
37 † & album, liquidum, & ſpiſſum.
Liquidum fit ex aqua, & limo, hoc
eſt terræ æſtuantis naturarum hyeme æſtiuis ſolibus induratum. Concretum Allumen fit ex lapide, & inueniebatur in Aegypto,& Melo Inſula,& Macedonia : nunc vero foditur in Hętruria in pluribus locis, vt
in agro Maſſano,& Volaterrano,ſed
Volaterranus iamdiu defecit. Hæc
Conciuis meus lib.27. c.2. Ad tertiū
38 dico,quod illud,quod fit ex aqua,&
limo non comprędenditur inter mineralia , ſed illud , quod fit ex lapide
foſſitio, & quod foditur, vt lapidicina comprędenditur, quia lapidicinæ
39 metalla dicuntur , vt not. Alber.de
Roſat.in l.3.§.fin.ff.de reb.eor.Et dicam infra q.16.

Decimo quinto Quæro quid de vitro ? Quid ſit,& an inter metalla cōprędendatur? Ad primum dico vitrū
40 eſſe translucidam materiam,quę ex
harena , & cinere fit. Ad ſecundum
dico, quod non comprędenditur in-
41 ter metalla , † quia ſiue ex Harena,
& Cinere fiat,ſiue fiat ex herba paret
quod non foditur, ſed arte fit, & ſic
non eſt ſpecies metalli, vt dicit Ioan.
And. in add.ad ſpec. in Rubr.de crimin.falſ.Si vero fieret ex ferro,vt ſentit Accurſ.in l.1.C.de excuſ.artif.lib.
10.dum dicit,quod Vitrarij dicūtur,
qui artificioſè de ferro, vel alia materia trahunt vitrum, vel fundunt,
comprędenderetur inter metalla.
Sed non puto, quod ex ferro trahi
poſſit vitrum, ſed quod fiat ex alia
materia, vt dicit Accur. & tradunt
alij prædicti.

Decimo ſexto quæro quid de lapidicinis. An appellatione metallorū
comprædendantur? Reſpond.quod
comprædenduntur, vt probat textus
42 in l.3.§.fin.ff.de reb. cor.ibi,vel quæ
alia metalla & ibi hoc notat Albericus de Roſate, qui dicit ſe allegaſſe
dictum textum ad Quæſtionem,quā
de facto habuit. Quidam Nobiles locauerunt quendam montem perpetuum,& exceperunt omnia metalla,
quæ in eo reperirentur, reperta fuit
quædam lapidicina multum vtilis,
& quæſtio erat, an cederet Dominis,
vel Colonis; & dicit quod allegauit
dictum textum pro parte Dominorum, quam deciſionem refert, &
ſequitur Bart. Veron. in l. inter publica.

Digitized by Google

blica.§.publica.quæſt.5.ff.de verborum ſignification. Quæ deciſio etiam comprobatur ex not. per Ioann. de Plat.in l.cuncti.C. de metall.& mer. lib.11. qui dicit, quod appellatione metallariorum comprǽhẽduntur lapidarij foſſores lapidum, & inuentores, & in l. quoſdam eod. titul. dicit, quod appellatione ſaxorum marmora cõpræhenduntur. Probatur etiam in leg. æquiſſimum.§.idem eſt quæſitum.ff.de vſufruct. ibi perinde venas lapidicinarum, & huiuſmodi metallorum inquirere poterit, ex quo patet, lapidicinas appellatione venire.

Decimo ſeptimo quæro, An quæ dicuntur de metallis militent in lapidicinis ſulphure, & ſimilibus mate-
43 tijs. Reſpondeo, quod ſic, † vt dicit Paul. de Caſtro in conſil. 178. incip. Fundamentum præfati Domini Vicarij. dicens, quod idem ſentit Azzo. in ſumma.Cod.de metall.& mer. li.11.& patet quod l.cuncti,& l.quoſdam eod. titu. loquuntur in venis ſaxorum, & marmorum, & aliæ leges illius tituli, & pariter Rubrica loquuntur de metallis: Et ideo illæ duæ leges, ibi poſitę ſunt ad denotãdum, quod idem iuris eſſe debet in illis, quod in venis metallorum, cum eadẽ vertatur vtilitas publica. Et idem conſulendo tenuit Dominus Dominicus Bonſius Aduocatus Florentinus in conſ. incip. Dubitationem primo aſpectu, vbi de ſulphure, & vetriolo loquitur, & mouetur per notata in d.l.quoſdam,& ita tenet Paul. de Caſtro in l.diuortio.§.ſi vir in fundo. ff. ſolut. matrimon. & in conſil. 330.libellus iſtorum agentium ſecũdum nouam impreſſionem. Comprobatur,quia appellatione metallorum compræhenduntur, vt dixi ſupra.

Decimo octauo quęro, An in reſeruatione facta de omnibus metallis
44 compræhendantur lapidicinæ? Reſpondeo, quod ſic per textum in l.3. §.final.cum leg.ſequ. ff. de rebus eorum per quem ita determinat Alber. de Roſat. Cuius determinationem ſequitur Bartol. Veron. in leg. inter publica.§.publica quæſt.5. ff. de verbor.ſignific. Et retuli ſupra.

Decimo nono quæro, An lapidicinarum appellatione veniat calx facta ex illis lapidibus, ita vt ſi colonus
45 tenetur dare Domino quartam partem omnium fructuum lapidicinis exceptis. An teneatur ad quartam partem calcis factæ ex lapidibus: Ita fuit quæſtio Pylei.9. in ordine, quem refert Ioann. Andr.in add. ad ſpecul. in titul. de loca.§.1. in fine, & arguit ad partes, & tandem concludit, quod conductor non teneatur, quia de proprio lapidem calcem fecit,& quia illam ex proprio labore, & induſtria habet, non autem ex prædio; Et quia excepto lapide oẽ quod fit ex lapide videtur exceptum. Comprobantur prædicta in l.eos.C.de vſur.l.3.§. fi.ff. de tutel. l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſ. l.3.ff. ad legem falc. Et quod plus eſt
46 ſi lapides eſſent domini,† calx tamen bona fide ſpecificata, non eſſet eius, ſed deberet æſtimationem lapidum habere l.lana.ff. de leg.3. probat hoc ad ſenſum. Pone quod reperit vuas, vel oliuas, nunquid tenebitur dare vinum, vel oleum. Hoc dicit abſurdum. Cõcludit ergo, quod quidquid agitur de lapidicinis Domino non debetur, ſiue vendat, ſiue donet, vel parietem facit vel calcem.

Vigeſimo quæro quid de incremẽto lapidicinę vergentis verſus flumẽ.
47 An cedat Domino predij? Hanc quęſtionem ponit Bart. in ſica Tyberiade in prima parte in ver. Flumẽ verſ.ſed quæro quid ſi ripa predij verſus Flumen naturaliter ſe extendit, vt quia ibi erat lapidicina creſcens de qua dicitur in l.diuortio.§.ſi vir in fundo.ff. ſol. matr. vt euidenter Piſis apparere videtur iuxta montem Piſanum in lapidicinis marmoreis, vel forte ter-

terremotu

Digitized by Google

remotu in flumine, vbi erat ripa cor-
ruit, & ipſa iuncta prædio remouens
fluminis alueum per eum locum ceſ-
ſare fecit, Bart ibi dicit, totum locum
Domino predij accedere, ſiue per al-
luuionem, ſiue terremotu contingat.
Omnes enim iſtę acceſſiones, quæ di-
uina natura operante obuenerunt,
nullo facto hominis interueniente,
eiuſdem naturę ſunt. l. item ſi fundi.
§. 1. ff. de vſufr. Et hoc videtur ſentire
Azzo in ſumma Inſtit. de rer. diuiſ.
Siue enim flumen prædio meo addat,
& propter hoc ab eo recedat ſimpli-
citer nihil addendo nobis accreſcit l.
martius. ff. de acq. rer. dom. hic au-
tem nihil addendo recedit, ſed ab eo
naturali impulſu. Iſtud autem incre-
mẽtum, quod ripa naturaliter excre-
ſcente contingit diu poteſt alluuio,
quia latens incrementum eſt. Quan-
do vero ruina, vel terremotu contin-
git, dici poteſt incrementum aluei re
cedentis, quia cum repentè fiat non
eſt alluuio. l. adeo. §. fin. ff. de acq. rer.
dom. §. per alluuionem Inſtit. de rer.
diuiſ. Et ita etiam tenet Bart. Veron.
de ſeruit. ruſtic. præd. in tit. de ripa
verſ. Item etiam dubitari poteſt.

Vigeſimo primo quæro, Quid ſi flu
men adiecit prædio meo aurum, vel
argentum an efficiatur meum? Re-
48 ſpond. quod ſic, † vt dicit Bartol. in
prima parte Tyberia. in princ. expo-
nendo textum ibi quod per alluuio-
nem, ſiue ergo ligna, ſiue aurum, ſiue
argentum adiecerit flumen prædio
meo meum erit, cum de quacumque
re lex loquatur, dũmodo ita adijciat
quod terræ cohęreat, & ignoretur cu
49 ius ſit, † aiàs non efficeretur noſtrũ,
vt declarat Bart. ibi ſuper verbo ad-
diecerit, ſequitur Maria. Sozz. in rub.
de cauſa poſſ. & propr. ar. 5. q. 2. prin.

Vigeſimo ſecundo quæro Quid ſi
aliquis habet ius lapidis effoſſẽdi ex
fundo an ſit ſeruitus? Dicas, quod ſi
debetur ad vtilitatem prædij ruſtici
50 erit ruſtica ſeruitus; Si vrbani erit vr-
bana. Sed ſi non debetur ad vtilem
fundi, ſed ob aliam cauſam, vt rem
venalem, puta facere poſſit, tunc nõ
erit ſeruitus realis, ruſtica, vel vrba-
na, ſed quædam commoditas ad ſi-
militudinem vſusfructus, ſed non eſt
51 vſusfructus, ſi vſusfructuarius non
habeat omnes fructus ſimul, vt Inſt.
de vſu. & hab. in princip. quod non
eſt ſic vbi non habet niſi ius lapidis
extrahendi. Sed ſi haberet ius per-
cipiendi omnes fructus tunc eſſet ſer
uitus uſusfructus. l. arboribus in fine
principij ff. de uſufr. l. ergo cum glo-
ſa, Et quod ibi per Docto. & l. ueluti.
ff. de ſeru. ruſtic. pred. Ita dicit, &
concludit Bar. Veron. in tract. de ſer.
ruſtic. præd. in tit. de ſeru. calc. coqu.
qu. 4.

Vigeſimo tertio quæro, Quid ſi Do
minus fundi prohibet, ne lapis extra-
hatur, qualiter ſuccurratur? Reſpon.
quod aut impedit poſtquam exciſus,
& effoſſus eſt, & eo caſu lapis eſt exi-
mentis l. qui ſaxum in princ. ff. de do
nat. Et hoc caſu datur actio in rem,
52 ut notat Accurſ. in d. l. qui ſaxum, &
& in l. promiſiſti, & ibi Bart. ff. de prę
ſcr. verb. Si uero prohibet antequam
excidatur, & hoc caſu dicit textus in
l. ſi cum mihi ff. de dolo, quod datur
actio de dolo ſi donationis cauſa con
ceſſiſti. Sed Accurſ. dicit, quod ho-
53 die datur actio ex eo contractu, &
ita tranſit Bart. in d. l. qui ſaxum, & in
d. l. ſi cum mihi. ff. de dolo. Dominus
Ant. Roſ. Aretinus in l. diuortio. §. ſi
vir in fundo ff. ſol. matr. dicit quod
ſi lapis, vel marmor deberet peti ratio
ne alicuius contractus præambuli,
tunc daretur actio ex illo contractu
d. l. ſi cum mihi, & d. l. qui ſaxum:
ſed ſi nullus præcederet contractus,
iſto caſu gloſæ variant, Bartolus ta-
men tenet, quod ceiler hodie actio
de dolo in dicta lege qui ſaxum, cuius
contrarium dicit tenere in l. iuris gen
tium. §. quin immo ff. de pact. Dicit
tandem Dominus Ant. rectius dicis

quod

54 quod competat actio de dolo.†

Vigeſimo quarto quæro. In cuius dominio ſint metalla exiſtentia in fundo antequam inueniantur. Paul. de Caſtro in d. conſ.178. incip. fundamentum Domini Vicarij, & in d. conſ.179. In cauſa mota; dicit quod huiuſmodi venę occultæ antequam 55 inueniantur † in nullius bonis ſunt: & ſic non ſunt in dominio domini fundi, ſicut nec theſaurus occultus in fundo meo eſt meus, immo in nullius eſt bonis antequam ſit repertus, ſed efficitur inuentoris l. nunquã §. theſaurus. ff. de acq. rer. dom. Sed in contrarium eſt, quod notat Barr. Veron. in leg. inter publica. §. publica. in 4. not. ff. de verb. ſignif. ubi dicit, quod ſi metalla percipiuntur, vel aurum, vel argentum ex fundo alicuius priuati dicuntur eſſe in dominio illius, cuius ſunt fundi, ex quibus percipiuntur per l.3. §. fin. ff. de reb. cor. & idem not. Card. Alex. in c.1. Quæ ſint Reg. in Vſib. feudo. Et quod ſint in dominio domini fundi antequam inueniantur; hæc dicit Io. de Plat. in l.1. c. C. de theſaur. lib.10. verſ. ſimiliter, dicit. n. quod lapidicinę marmoreæ, creti fodinæ, & argẽti fodinæ poſſunt fodi, & perquiri in alieno cum conſenſu domini, quod ſecus eſt in theſauro, qui non poteſt etiam volẽte Domino in alieno perquiri, vt not. gloſ. in d. l.1. Et ratio eſt, quia in eis nõ eſt legis prohibitio, nec iuris carẽtia, quia ſunt in dominio domini fundi: & ſic Ioan. de Plat. tenet, quod antequam inueniantur ſint in dominio domini fundi; Ad rationem Paul. de Caſtr. & æquiparationẽ, quã facit de theſauro; reſpondeo, quod 56 non procedit argumẽtum de theſauro ad metalla, quia theſaurus non eſt pars fundi, metalla autem ſic, ſicut aqua pars fundi eſt l. is qui puteum. ff. Quod vi, aut clam, & notat Ioann. de Plat. in d. leg.1. C. de Theſaur. & cenſentur eſſe in poſſeſſionẽ domini fundi leg.3. in princip. & §.1. cum ibi not. ff. de acquirend. poſseſs. cum generentur metalla in fundo ex materia fundi, & influentia aſtrorum, vt dicunt Ariſt. & Albert. Magnus lib.3. metheor. cap. final. quod ſecus eſt in theſauro vt d. leg.3. §. Neratius, & ibi notatur, & Iaſ. ibi hanc rationem aſſignat, quod non ſit in poſſeſſione domini fundi, quia non eſt propriè pars fundi, ſed quid acceſſorium ad fundum, & donum fortunæ eſſe creditur l. ſi is §. ſi communis ſeruus ff. de acquirend. rerum dom. Et ſi diceretur conceduntur inuentori: ergo non ſunt in dominio alicuius, & per cõſequens, nec domini fundi: Reſpondeo non tenere conſequentiam, quia conceduntur inuentori propter publicam vtilitatem, & propter expenſas, quia magno parantur agone, vt dixi notari in l. quoſdam C. de metall. & met. lib.11. non quia non ſint in dominio domini fundi, cui tanquam domino decima debetur, & decima fiſco, vt not. in l. cunct. eo. tit. Ratio ergo acquiſitionis eſt publica vtilitas, & etiam ſumptus in quærendo, non quia non ſit dominius cum domino portio debeatur vt d. l. cunct.

Vigeſimo quinto quæro. Ad quem ſpectent argenti fodinæ, & metalla, quæ percipiuntur ex fundi fiſci, vel 57 Principis. Reſpondeo, quod ſpectãt, & pertinent ad fiſcum, vel Principẽ, in cuius fundo ſunt, & ex quo percipiuntur; Ita dicit Bartol. Verſicul. in l. inter publica §. publica in 4. not. ff. de verbor. ſignific. & Card. Alexand. in cap.7. in verbo Argentariæ. Quæ ſint Regal. in Vſib. feudo.

Vigeſimo ſexto quæro. Quid de aurifodinis, & metallis, quæ percipiũtur ex fundis vniuerſitatis, an ſint vniuerſitatis? Reſpõdeo, quod pertinent ad vniuerſitatem illam, in cuius fundo ſunt, ex quo percipiuntur,

Digitized by Google

58 quia vniuerſitas habet bona non ſolum quoad honorem, ſed etiam quo ad vtilitatem ex ipſis percipiendam l. ſed & Celſus,& ibi gloſa ff. de contr. empt.& in l.Iulianum §.fi.ff. de l.1.& not.gl.in d.l.inter publica §. publica, & Ang.Aret.in §.1.Inſt.de inutil.ſtip. & in §.vniuerſitatis Inſt.de rer.diuiſ. & Ioan.de Plat.in l.7.C.de diu.præd. cur. lib.11.

Vigeſimo ſeptimo quæro. Quid ſi in fundo, vel loco Eccleſiæ? Reſpondeo, quod pertinent ad Eccleſiam in
59 cuius fundo huiuſmodi metalla percipiuntur, quia Eccleſia habet dominium fundi l.final.C. de ſacr. Eccl. & metalla ſunt domini fundi l.3.§.fina. ff. de reb.eorum. Et,quia de theſauro inuento in fundo Eccleſiæ pertinet portio ad Eccleſiā, vt not. Iac. Aluar. & Card. Alexand. in cap.1. Quæ ſint Regal. in vſib. feudo.

Vigeſimo octauo quæro, Quid in prædijs priuatorum. An pertineāt ad priuatum in cuius fundo ſunt: An ad fiſcum? Et videtur, quod ſint fiſci. Primo per text. in l.inter publica §.publica ff.de verb. ſignif. vbi dicitur, quod metallorum redditus ſunt fiſci. Secūdo per text. in d. c. 1. Quæ ſint Rega. vbi argentariæ cōputantur inter Regalia, & ſic pertinent ad fiſcum, ſeu ad Principem, qui habet regalia, vt in d.c.1.& ibi not. Sed contrarium dico, quod argenti fodinę & aurifodinę & metalla, & huiuſmodi materiæ, ſunt domini fundi, in cuius fundo ſunt, &
60 inueniuntur,& non Principis, aut fiſci. Primo probatur per text. in l.3.§. fi.ff. de reb.eor. vbi dicit textus, quod ſi lapidicinas vel quę alia metalla pupillus habeat, ſeu cretifodinas, vel argenti fodinas, vel alterius materiæ, vel huic ſimile, quod priuatis poſſidere liceat, magis puto ex ſententia orationis impediri alienationem; Ex quo patet, quod ſunt in dominio domini fūdi, alias fruſtra diceretur, ibi, quod non poſſēt alienari per tutorem ſi nō eſſent pupilli. Secundo id probat textus in l.æquiſſimū §.ſi inde eſt quæſitum ff.de vſufr. vbi dicitur, quod vſufructuarius argenti fodinas nouas inſtituere poteſt, inſtructas exercere. Tertiò ad idem eſt textus in l. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſoluto matrimon. vbi dicitur, quod auri fodinæ, & argenti fodinæ, & cæteræ minerę in fundo dotali inuentæ pertinēt ad maritum. Quarto hanc concluſionem firmat Bartol. Sozz. præceptor meus in d.l.diuortio §. ſi vir ī fūdo in 2.not.dicens, aurifodinas, argenti fodinas, & ſimiles eſſe domini fūdi ſub terra vſque ad profundum leg.fluminum §.fin.& l. Proculus cum ibi not. ff. de damn.infect.ſicut aer ſupra terram vſque ad cęlum l. altius Cod. de ſeru.& aq. Quinto idem tenet Bartol. Veron.in d.l. inter publica §. publica in 4. not. dicit enim non intelligas, quod metallariæ & argentariæ ſint in patrimonio fiſci, quia illud eſt verū, quando ex fundis fiſci, vel Principis percipiantur, ſed perciperētur metalla, aurum, vel argentum in fundo alicuius priuati, tunc dicerentur eſſe in dominio eorum cuius eſſent fundi ex quibus perciperentur, vt eſt caſus in l.3.§.fina.cum l.ſeq.& princip.ſeq. ff.de rebus eorum. Et hoc caſu, neque fundus, neque metalla dicuntur eſſe publica, neque regalia, ſed ſolum redditus, qui ex ipſis debetur fiſco, vt not. in leg.1. Cod. de metall.& met. libr.11. Sexto idem tenet Ioann. de Plat. in l. 1. verſ. ſed lapidicinæ C. de Theſau.lib.10.ubi dicit, quod lapidicinæ marmoreę, & argenti fodinæ ſunt in dominio domini fundi. Septimo idem dicit Card. Alex. in d.ca.1. Quæ ſint Regal. quod cenſentur prædicta eſſe in dominio priuatorū, quorum ſunt fundi l.generaliter §. vxori ff. de uſufruct. legal. & l. item ſi fundi §. 1. ff. de uſufruct. Et ad textus

Digitized by Google

in contrarium allegatos, reſpondeo, quod loquuntur de uectigali, quod debetur fiſco de metallis, quod eſt decima pars, vt l. cuncti C. de metall. & met. li. 11. Et not. gl. in d. l. inter publica §. publica; Et pariter ſoluitur de argentarijs. Et iſta dicuntur eſſe regalia, vt dicit text in d. c. 1. Quæ ſint regalia. Non autem loquuntur dicti textus de argentifodinis, neque de metallis, quia neque fundus, neque metalla dicuntur eſſe publica, neque regalia, ſed redditus, qui ex ipſis debentur fiſco. Ita reſpōdet, & declarat Bar. Veron. in d. 4. not. & Card. Alexan. in d. c. 1. Quę ſint regal. Et prędicta procedunt, niſi conſuetudo ſit in contrarium, quia circa huiuſmodi conſuetudo debet attendi, vt l. venditor §. ſi conſtat ff. comm. præd. vt per Veron. loco allegato, & Card. Alex. in d. c. 1. Quæ ſint regal. Et cum iſta limitatione intelligas, quæ ſupra dicta ſunt, & infra dicentur.

Vigeſimo nono quæro. Quid ſi in fundo Emphiteotico inueniātur metalla, cuius ſint, An directi domini, an Emphiteotæ? Reſpondeo, quod ſunt
61 Emphiteotæ, vt determinat Alber. de Roſat. in l. item ſi fundi ff. de vſufr. dicens, quod ſi metalla, vel lapidicinæ inueniuntur in fundo Emphiteotico, ſpectant ad Emphiteotam per illum textum, & per text. in l. diuortio §. ſi vir in fund. ff. ſol. matr. licet quidā dicant, & male ſecundum ipſum, quod idem ſit, quod in theſauro inuento in prędio, vt l. 1. C. de theſaur. li. 10. quia iſta non ſunt theſauri, vt ibi patet.

Trigeſimo, quęro. Quid ſi in fundo feudali inueniātur metalla; An ad feudatarium, vel ſuperiorem ſpectent?
62 Reſpondeo, quod ad feudatarium, quia feudatarius habet vtile dominiū c. 1. §. rei autē de inueſt. de re. al. fact. & not. in c. 1. de lap. Corr. in gloſa magna, & in ca. vaſallus, ſi de feud. fuer. contr. Nā ex omni perpetuo cōtractu trāsfertur vtile dominiū §. adeo Inſt. loca. l. 1. §. quod ait, ff. de ſuperf. l. fi. C. de loca. præd. cur. li. 11 Sed hoc nihil aliud eſt, quam habere vtilitatē, & poteſtatē diſponendi de ipſa re cū ſuperioris authoritate, vt d. l. fi. C. de loca. præd. lib. 11. Recipit. n. feudatarius tē ad vtendum, & fruendū, ſicut Emphiteota l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ag. vet. & §. adeo Inſt. loca. Et ideo quæcunque cōmoditas, & omnes redditus, vel prouētus, ſpectant ad eū, ſicut ad vſufructuariū l. vſufructu legato ff. de vſufr. Et ſicut ad maritū ſpectat cōmodum lapidicinę auri, vel argēti fodinę quę ſunt in dotali fundo l. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſol. matr. l. ſi fundus ff. de fund. dot. & l. fructus ff. do iur. dot. Quod ſi hoc eſt in vſufructuario, & marito fortius in feudatario, q eſt verus dn̄s vtiliter; Et eſt expreſsū in feudatario in c. ſi vaſallus de cōſue. re. & not. in l. defuncta ff. de vſufr. & in d. l. diuortio, Et huiuſmodi fodinæ loco redditus, & prouentus habētur, quia nomē hoc redditus, & prouētus latè patet omnē vtilitatē compræhendens, vt not. Innoc. in c. paſtoralis de donat. Et ita conſuluit Paul. de Caſtr. in conſ. 353. incip. Quidā nobilis li. 1. in nouiter impræſſis. Nā quidam nobilis habebat quoddā caſtrū in feudū in cuius caſtri territorio erat flumen, quod ducebat aurū per hunc modū, quia cum areſceret fodiebatur arena, & ibi reperiebatur aurum; orta controuerſia inter nobilem, & Baronem ſuperiorē aſſerentē ad ſe ſpectare, cōſuluit Paul. de Caſtro, quod ſpectaret ad nobilem feudatariū per ſupra dicta; Et ita etiā tenet Alber. de Roſat. in d. l. item ſi fundi, dicens, quod ſi in fundo feudali reperiuntur metalla, ſpectant ad Vaſallum.

Trigeſimo primo quæro. Quid ſi in fūdo, cuius alteri debetur vſufructus? An metalla ſint vſufructuarij; An proprietarij? Reſpondeo, quod pertinent

ad vſufructuarium ſi tempore conſtituti vſufructus ſint ibi fodinæ, vt l. item ſi fundi §. 1. ff. de vſufruct. Quia quicquid in fundo naſcitur, & quicquid inde percipi poteſt, ipſius fructus eſt vt ibi dicit textus; ſiue etiam poſtea ſint inuentæ auri fodinæ etiam ſpectant ad vſufructuarium metalla, quæ percipiuntur, cum totius agri, non partium relictus ſit vſufructus, vt d. l. item ſi fundi §. ſed ſi metalla, vbi gloſa dicit, quod ſiue lapidicinæ ſint factæ, ſiue poſtea fiant, ſemper habet vſufructum.

Trigeſimo ſecundo quæro, Quid ſi in fundo dotali, An comodum earum ſpectet ad maritum, an ad vxo-
64 rem? Reſpondeo, quod cedunt marito leg. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matrimon. Et hoc verum, ſi auri fodina, vel ſimilis materia ſit, quæ renaſcatur, quia tunc cenſetur eſſe in fructu: ſi vero eſſet lapis, vel alia materia, quæ non renaſceretur, tunc cedunt vxori, & dotales ſunt, vn. in d. §. ſi vir in fundo, & ibi gloſ. & Doctor. & leg. final. ff. de iure dot. in princip. & l. ſi ex lapidicina ff. eod. titu. Quia cum vir habeat fructus dotis leg. dotis fructus ff. de iure dot. quicquid renaſcitur computatur in fructu, & quicquid non renaſcitur non computatur in fructu, vt dicit Aret. in d. §. ſi vir in fundo, & idē etiā dicit ibi Dñs meus Bar. Sozz. quod illud dicitur eſſe in fructu, quo ſublato,
65 renaſcitur, & Ant. Roſel. Areti. ibidē dicit, quod ea demum dicuntur eſſe in fructu, quæ conſumpta renaſcendo reiterantur.

Trigeſimo tertio quæro, Quid ſi fundo dotali percipitur lapis, vel alia materia, quæ non renaſcatur, cuius comodo cedat? Dicas, quod ſi ab initio conſuetum erat cędi, pertinet ad virum; Secus ſi poſtquam fun-
66 dus datus eſt in dotem, maritus cedere cęperit, quia tunc non ad virum, ſed ad vxorem pertinet leg. ſi fundus ſecundum intellectum Azzo. quem Bartol. & alij communiter ſequuntur, vt ibi dicit Alexand. qui ita concludit ff. ſoluto matrimon. Et ibi etiam dicit Iaſon, quod intellectus Azzonis communiter approbatur, & licet Dyn. teneat ibi ſecundum intellectum gloſæ vt intelligatur textus, quando marmor renaſcebatur, & Imol. ibi nitatur concordare opiniones, diſtinguendo, quod, aut nullus alius fructus percipitur, niſi lapidis, tunc procedat opinio Dyni, quod ad mulierem non ad maritum pertineat, ſi non renaſcatur aut alius fructus percipiebatur vltra lapidicinam, & tunc procedat opinio Azzo. & Bartol. ſubdit Alexand. quod opinio Imol. eſt æqua, verum, quia non mediocriter violat textum, ideo non recedit à primo intellectu, qui videtur magis comunis pro quo Iaſon adducit duo fundamenta, quæ videas per te.

Trigeſimo quarto quæro, An maritus repetat expenſas in inueniendis fodinis? Dicas ſecundum Doctores communiter in d. l. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matrimon. & ibi Alex. dicentem, quod textus ille diuiditur in tres partes, Aut impenſa facta eſt
67 ad perpetuam vtilitatem rei pro inuenienda lapidicina, & iſtam impenſam conſequitur maritus a muliere eadem l. §. impendia in fine l. 3. ff. de expenſ. Aut quæris de impenſa facta cauſa effodiendorum marmorum, quia iſta dicitur facta cauſa fructuum quærendorum, & contra mulierem non repetitur, ſed de fructibus deducitur d. §. impendia. Si vero quæritur de impenſa inutiliter facta pro inueniendis marmoribus non renaſcentibus, & fundus per hoc melior non redditur. Et iſta non repetitur, & ita loquitur verſ. impenſæ d. §. Si vero fiat impenſa pro inuenienda

lapi-

Digitized by Google

lapidicina productiua marmorum renaſcentium, Iſta repetitur, vt ibi Verſicul. niſi, Et dixi ſupra. Et licet ibi Paul. de Caſtr. & Raph. ponant alium intellectum, quem approbat Aret. tamen Iaſ. ſequitur intellectum Bartol. & comunem. Dominus Ant. Roſel. Aret. in d. §. ſi vir in fundo dicit, Nota, quod ſi deſeritur cultura agri propter lapidicinas, vel auri fodinas vir repetit expenſas, & lapides ſunt in fructu, quod intellige ſi fūdus eſt effectus precioſior; Et intellige, quod repetat expenſas, non quæ lapidicinarum habendarum gratia fiūt, quia illæ compenſantur cum fructibus: ſed loquor de expenſis in inueniendo adaptando fundum ad lapidicinas, quia iſtę reſpiciunt principaliter rem, & non fructus, & repetuntur actione mandati, vel negociorum geſtorum, vt l. 1. §. ſed nec ob impenſas C. de rei vxor. actio. Nam ſciendum eſt ſecundum ipſum, quod quædam eſt impenſa, quæ reſpicit rei comoditatem; & iſta repetitur; quædam fructuum vbertatem ſeu perceptionem; & hęc cum fructu compenſatur; quędam eſt quę continet incomoditatem rei, ideſt quæ quamuis ferat vtilitatē non affert in re, & iſta non repetitur, vt in d. §. iuncta gl. & l. fin. ff. de fund. dot. Et ſic in effectu concordat cum dictis Alex.

Trigeſimo quinto quæro. Quid ſi mulier non permittit maritum accipere marmor, vel aurum, quo remedio aget? Reſpondeo, quod aget maritus actione ad exhibendum ſi cenſum, & ſi expenſa eſt facta, & non eſt exemptum eadem actione ad exhibendum aget, vt dicunt gloſa, & Bar.
68 in d. l. diuortio. §. ſi vir in fundo; Et licet gloſa dicat, quod tenetur mulier actione de dolo, tamen Iac. de Aret. quem ſequuntur Bartol. & Doct. reprobat gloſam, quia cum maritus ſit dominus rei dotalis, & habeat actionem ad exhibendum, vel iniuriarum ceſſat actio de dolo, vt l. qui pendentem ff. de contr. empt. Et hoc verum conſtāte matrimonio, ſed ſoluto matrimonio habebit maritus actionem mandati, vel negociorum geſtorum vt l. 1. §. ſed nec ob impenſas C. de rei vxo. actio. Et ſic ceſſat actio de dolo. Ita concludit Bartol. in d. §. ſi vir in fundo, cum quo tranſit Bald. Paul. Caſtr. Anton. Roſel. Aret. & Alexan. Sed Ang. ibi dixit, quod dabitur actio de dote contraria, ſi eſſet facta impenſa gratia rei; ſecus ſi gratia fructuum, vt ibi referr. Ant. Roſel. & ideo Alex. ibi dicit, quod ſoluto matrimonio; aut quærimus de impenſa facta gratia fructuum. Et poteſt ſaluari gloſa ibi, quia hoc caſu ceſſat actio negociorum geſtorum, nec habet locum §. ſed nec ob impenſas; aut quærimus de impenſa facta ob perpetuam vtilitatem fundi, & habet locum actio negociorum geſtorum, vel mandati, vt d. §. ſed nec ob impenſas, immo & contraria actio de dote ſecundum Ange. Et quatenus Bartol. ibi dicit, quod conſtante matrimonio dabitur actio iniuriarum inter virum, & vxorem; Contrarium tenet ibi Roma. quia actio quę infamat non datur inter virum, & vxorem. vt l. 2. Cod. rer. amot. cum ſim. Sed actio iniuriarum infamat l. 1. §. furti. ff. de infam. l. infamem ff. de pub. iud. Et ſequitur ibi Alexand. dicens, quod habuit in facto, & conſuluit, quod non militet inter eos actio iniuriarum.

Trigeſimo ſexto quęro, An metalla inuenta in alieno fundo per metallarium, acquirantur inuentori? Re-
69 ſpondeo, quod acquiruntur inuentori data decima parte domino fundi, & alia decima fiſco: Si vero in fiſci, vel Principis fundo datis duabus decimis fiſco vel Principi l. cuncti, & ibi notat Bartol. & Ioann. de Plat. C. de metall. & met. lib. 11. & notat in leg. 1. eodem tit. per Bartol. & Ioa. de Plat. Et duplex ratio aſſignatur.

Digitized by Google

Prima eſt propter publicam vtilitatem, vt metalla abſcondita, & ſub terra per naturam producta in lucem veniant, vt notatur in leg. quoſdam eodem titul. & per Azzo. ibi in ſumma; Secunda ratio eſt, quia magno parantur agone, & cum magnis ſumptibus, vt notat in dict. leg. cuncti per gloſ. & Ioan. de Plat. & Azzo. in ſumma, & notat Paul. de Caſtro in l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſoluto matrimon. & in conſi. 5. & in conſi. 178. & 179. concludens, quod acquiruntur Inuentoribus propter publicam vtilitatẽ, & magnas expenſas, vt not. in d. l. quoſdam.

Trigeſimo ſeptimo quæro, An qui incipit fodere in ſuo, & per cuniculos progreſſus in alienum inuenit venam metalli, An dicatur acquiſiuiſſe ius in tota vena etiam quatenus protenditur ſub fundo alieno? Videtur, quod non, primò, quia tot videntur eſſe venæ, quot ſunt prædia ſuperiora, quibus ſubeſt, cum cedat eis pro regione cuiuslibet eorum, l. pro regione. ff. de acquir. rerum dom. l. final. ff. pro ſoc. Secundò, quia dominus fundi ſuperioris, videtur poſſidere omnia, quæ ſunt in fundo, & ſic cum eſſet per alium occupata, vel poſſeſſa, non videtur, quod fodiens ius habere poſſit, quatenus protenditur ſub fundo alieno l. quod meo. §. final. ff. de acquiren. poſſeſs. Sed contrarium dicit Paul. de Caſtr. in conſil. 95. iuſtis allegationibus in d. conſil. 178. fundamentum
70 Domini Vicarij, quod immo in tota vena ius habet inuentor, quia cum vnicus ſit cuniculus à principio vſque ad finem nulla diſtinctione facta pro regione, per quam diſtinctionem reſultat pluralitas. l. ſi quis duas, §. 1. ff. comm. præd. idem dicendum eſt de vena propter quam factus eſt cuniculus, & propter quod vnum quodque & illud tale. Igitur appræhenſa poſſeſſione cuniculi, & vena in vna parte, cenſetur appræhenſa in toto leg. 3. in princip. ff. de acquirend. poſſeſs. Ad contraria reſpondet Paul. de Caſtro. Et ad primum dicit, quod leg. pro regione, & l. pen. ff. pro ſoc. do directo faciũt in cõtrarium; Nam quouſque lapis natus in confinio duorum prædiorum cohæret ſolo, & ſic non reputatur, vt lapis, ſed vt ſolum eſt communis pro diuiſo, ſicut ſolum. Sed poſtquam eſt diuulſus a ſolo, & ſic conſideratur, vt lapis, tunc eſt vnicus, & eſt comunis pro indiuiſo; Sic in propoſito antequam vena eſſet aperta, non conſideratur tanquam vena, ſed tanquam ſolum, & ſic fateri poteſt, quod cedebat à ſuperficie vſque ad centrũ cuilibet dñorum ſuperiorum pro regione, & ſic pro diuiſo, vnde vnus nõ poterat fodere, niſi quouſque ſuum prædium protendebatur iuxta notat. in l. Flumminum. §. fin. cum leg. ſequent. ff. de dam. inf. Sed poſtquam fuit aperta conſideratur de per ſe, & non ſimpliciter tãquam ſolum, ſed tanquam vena, & ideo debet æquiparari lapidi euulſo; Et ſic præſuppoſito, ſine præiudicio veritatis, quod remanſerit dominorum ſuperiorum, erit illorum pro indiuiſo, quia diuiſio illorum fundorum non ſe extendit ad hanc venam: & ipſa de per ſe eſt tota continua ſine linea, & ſine diuiſione actuali non poteſt dici, niſi vna, quia diuiſio eſt illa, quæ facit de vno toto plura l. ſi quis duos. §. 1. ff. comm. præd. Igitur ſequitur, quod appræhendendo poſſeſſionem partis cenſeatur, quis poſſeſſionem totius appræhendiſſe. Ad ſecundam rationem Paul. Caſtr. reſpondet, quod licet domini ſuperiorum fundorum poſſideant fundos, nunquam tamen poſſederunt illam venam, quamuis fuiſſet domini dictæ venæ; Et licet ante apertam venam poſſet dici, quod poſſediſſent ſolum ratione cohærentiæ, & tanquam ſolum; Et ſic in vniuerſo poſt ipſam inuentam noua appræhenſio requiritur, arg. l. cum qui ædes. ff.

de

de vſucap. & l. cum hæredes in princ. ff. de acquiren. poſſeſſ. Concludit igitur Paul. de Caſtr. inuentorem venæ ius habere in tota vena, etiam quatenus protenditur ſub fundis alienis, dicens, ſe nunquam vidiſſe aliquam bonam rationem pro alia parte licet multiplices allegationes viderit, quæ à prędicta ſententia ipſum non retraxerunt, in bona (vt ipſe inquit,) & pura conſcientia: Et eandem concluſionem firmat Paul. Caſtr. in conſi. 330. libellus iſtorum agentium libr. 1. in nouiter impreſſis, vbi dicit, quod iſta eſt ipſa veritas, licet malè præteritis temporibus fuerit Bergami intellecta, & obſeruata, cum crediderint, vt ipſe dicit quam plures Iuriſperiti ibi exiſtentes, quod illæ venæ poſtquam fuerunt per alium inuentæ ſint illorum, qui habent dominium in ſuperficie non conſiderantes, nec ponderantes l. quoſdam cum ſua gloſ. & l. cuncti eodem titul. Cod. de metall. & met. libr. 11. ſed fundantes ſe ſuper alijs legibus vulgaribus, ſcilicet l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſolut. matrimon. & l. item ſi fundi. §. 1. ff. de vſufr. & l. final. §. ſi conſtat ff. comm. præd. quę leges loquuntur in alijs lapidicinis, quæ ſunt in ſuperficie fundi, & non ſunt illius ſpeciei, cuius ſunt cotes. Concludit ergo, quod illæ venæ ſunt eorum, qui eas inuenerint, & ſuorum ſucceſſorum, & iudicio ſuo hæc eſt veritas. Quam concluſionem ponit etiam Paul. de Caſtro in d. l. diuortio. §. ſi vir in fundo, & ibi ſequitur Bart. Sozz. in lectura Senenſi, & Bartol. Veron. in l. inter pub'ica. §. publica quæſt. 6. ff. de verborum ſignificatione.

Trigeſimo octauo quæro, An retinendo inuentor hoſtium Cuniculi apertum & fodiendo in parte venæ retineat ius in tota vena, etiam quatenus protenditur ſub fundo alieno, licet ſub alieno non fodiat? Reſpondet Paul. Caſtr. in d. conſi. 179. In cauſa mota contra Gaſparem in fine,
71 quod ſic, quia cum vnica ſit vena in quacũque parte ipſius venæ fodierit retinuit poſſeſſionem totius venæ, ſicut ille, qui angulum poſſeſſionis ingreditur totius agri poſſeſſionem acquirit l. 3. in princip. ff. de acquirend. poſſeſſ. Et qui aurem tangit totum corpus tetigiſse videtur l. vulgaris. ff. de furt. Et quia retinendo hoſtium cuniculi apertum incundo ad fodiendum vltra prædia, ſub quibus aliquãdo fodijt, licet deſtiterit, ſaltem retinuit aptitudinem l. foramen. ff. de ſer. vrb. præd. vbi dicit eſſe caſum, cum iſtud ius non habear cauſam diſcontinuam, ſicut, nec ius vſusfructus iuxta nota. per Bart. in l. iuſto. §. non mutat ff. de vſucap.

Trigeſimo nono quæro: An dominus fundi ſuperioris patiendo fodi lõgiſſimo tẽpore perdiderit ius, ſi quod habebat in vena metalli, & qui fodijt præſcripſerit ius fodiendi ſub fundo? Reſpondeo, quod ſic, vt determinat
72 Paul. de Caſtro in conſil. 5. & conſil. 179. ſupra allegatis dicens, quod dominus fundi ſciendo per annos triginta fodi perdidit ius omne, quod habebat, & fodiens præſcripſit, ſicut præſcripſiſſet vſumfructum, ſi dominus permiſiſſet eum vti frui ſuperficie iuxta notat per Cyn. in l. 2. C. de ſeru. & aq. in 6. quæſt. quia iſta commoditas fodiendi potius ſimilatur vſufructui, & ſic poteſt dici ſeruitus perſonalis ſeu perſonale ius, quod debetur
73 à re perſonæ, quam ſeruitus realis, quæ debetur à re rei iuxta notat in l. pecoris cum leg. ſequent. C. de ſeru. ruſt. præd. & ſic cenſetur habere cauſam continuam, licet factum hominis ad eius vſũ requiratur, ſicut vſusfructus, vel vſus iuxta nota. per Bart. in l. iuſto. §. non mutat ff. de vſucap. Et ideo potuit pręſcribi longo tempore cum titulo, & longiſſimo ſine titulo, quia ipſius, quaſi poſseſſio retinetur animo, licet non ſic in ſeruituti-

Digitized by Google

bus realibus, in quibus, quaſi poſſeſ-
ſio retinetur animo. Ita concludit
Paul.Caſtr. in d.conſ.5.

Quadrageſimo quæro: An qui eſt
in poſſeſſione hoſtij Cuniculi, per
quod acceſsus eſt ad venam metalli,
74 in qua apparet effoſſum, ſed non pro-
batur ab eo fuiſſe effoſsum. Quis præ-
ſumatur poſſeſsor, & Dominus venæ?
Reſpondeo, quod ille præſumitur do-
minus, qui reperitur poſſeſsor. Et ita
reſpondet Paul.de Caſtro in conſ.95.
iuſtis allegationibus, quod ſic, con-
cludens, quod ſit in poſſeſſione venæ,
qui poſſidet hoſtium cuniculi, in qua
vena apparet eſſe effoſsum, cum cen-
ſeatur à poſſidente hoſtium cuniculi
eſſe effoſsum, cum aliunde non eſset
acceſsus ad illam; allegat in ſimili,
Primo, Cyn. in leg. ſi contra per ca-
lumniam Cod. de Epiſcop. & Cleric.
concludentem, quod producenti in-
ſtrumentum in quo Titius fecit pro-
curatorem Gaium, creditur, quod ſit
Gaius, & dicenti contrarium incum-
bit probatio, quamuis ſit poſſibile,
quod non ſit Gaius. Secundo Bartol.
in leg. ſi ſeruum §. ſi inter duos in fi-
ne ff. de leg. 2. volentem, quod produ-
cẽti inſtrumentũ, in quo ſit legatũ Ti
tio de tali loco, & probãti ſe vocari Ti
tiũ de tali loco, licet pars aduerſa ne-
get, & quod ſit alius, aduerſario incũ
bit probatio. Tertiò allegat Bar. in ſi-
mili in l. rem quæ nobis ff. de acquir.
poſseſs. qui vult, quod ſi non poſsum
aliter probare dominium, quam quia
poſſideo, ſi aſsero, quod tempore,
quo ipſum occupaui non erat in bo-
nis alicuius, niſi aduerſarius probet,
quod erat in bonis alicuius præſum-
ptio eſt pro me, quia, quod in nul-
lius bonis eſt occupanti conceditur.

Quadrageſimo primo, quæro, An
fodiens ſub fundo alieno ſit tuendus
in poſſeſſione. Et, An iudex poſſit iu-
ſte præcipere, ne fodiat, Et quid iu-
dex facere debeat partibus conten-
dentibus ſuper iure fodiendi? Et, An
poſſit ſtatuere terminum partibus,
quod dent libellum ſuper iure fo-
75 diendi. Reſpondeo, ad primum,
eum qui poſsidet tuendum eſſe, ac
defendendum in ſua quaſi poſseſſio-
ne cap. licet cauſam extra. de probat.
nec licet domino fundi propria au-
ctoritate eum expellere l.1 §. qui à me
ff. de vi, & viam. Ita dicit Paul. Ca-
ſtr. in d.conſil. 5. in 2. dubio. Ad ſe-
cundum dicit, quod iudex non poteſt
præcipere ne fodiat per dicta ex hoc
dicens Paul. Caſtr. in conſil. 178. ad
finem, quod quædam ſententia lata
contra poſseſsorem, quod non debe-
ret moleſtare dominum fundi, fuit
euidenter iniqua, & iniuſta. cum ille,
qui præceperat, eſset in antiquiori
poſseſsione fodiendi d.cap. licet cau-
ſam. Ad tertium dico, quod partibus
contendentibus ſuper iure fodiendi,
neutra parte volente aſsumere onus
probandi, debet iudex inquirere, &
76 ſe informare quis poſsideat ſumma-
tim ſine libello, & ſine ordine iudi-
ciario, recipiendo probationes vtri-
uſque partis; & conſtito ſibi quis ſit
in poſseſsione, illum tueri in poſseſ-
ſione, & præcipere ſub pœna non
poſsidenti, ne accedat, & ne turbet
alium poſseſsorem in poſseſsione, vt
notat ſpec. in Tit. de Petit. & poſseſs.
§.1. verſicul. in ſumma, & in tit. de li-
bell. concept. §. nunc dicendum verſ.
22. & ibi Ioann. Andr. in addit. Bald.
in l. ordinarij. C. de rei vend. & in l.
edicto colum. 1. C. de edict. diu. Adr.
toll. Lanfrancus in repet. Rubr. de
cauſ. poſseſs. & propr. column. 9. in
fine, Corn. in l. quidam æſtimauerunt
ff. ſi cert. pet. Ad quartum dicit Paul.
de Caſtro in d. conſil. 5. quod iudex
77 partibus contendentibus ſuper iure
fodiendi poteſt ſtatuere terminum,
quod dent libellum ſuper iudicio or-
dinario proprietaris, vel quaſi poſseſ-
ſione iuris fodiendi.

Quadrageſimo ſecundo quæro;
An vendito, vel alienato fundo ce-

dant

Digitized by Google

dant auri fodinæ, & metalla emptori? Reſpondeo, quod ſic, vt in l. lege fundi ff. de contr. empt. vbi dicitur, quod niſi excipiantur lapidicinæ cedunt emptori: Comprobatur, quia in venditione continetur, quicquid infra fines clauditur, & nil cenſetur exceptum leg. ſi finis agri ff. de euict. l. forma ff. de cenſ. leg. immodicis ff. de contr. empt. Alioquin poſset dicere venditor, ſe non vendidiſse, niſi vnũ ceſpitem terræ, vt dicit Bald. in leg. in generali in princip. Si de feud. fuer. contr. & notat Fab. de Mont. in Tractat. de emptio. & vend. in 6. quæſt. 6. quæſt. principalis.

Quadrageſimo tertio quæro, Quid ſi venditor excepit aurifodinas, vel lapidicinas, de quibus intelligatur? Reſpondeo de illis intelligi, quæ erãt in actu tempore venditionis, & illæ cenſentur reſeruatæ venditori, ſi quæ autem poſtea ſunt inuentæ pertinent
79 ad emptorem leg. in l. lege fundi, vbi text. ff. de contr. empt. retinendo opinionẽ labeonis quam ibi tenent gloſa, & Alber. de Roſat. Et ibi Paul. Caſtr. in lectura Florentina dicit, quod exceptio facta de lapidicinis per venditorem intelligitur de his, quæ ſunt in actu, & de præſenti. Et ideo verba de præſenti debent intelligi de eo, quod eſt in actu, & non in habitu. Et ibidem dicit Alber. de Roſat. quod id, quod non apparet non videtur eſſe exceptum. Et ratio eſt, quia contractus non extenditur vltra intentionem contrahentium leg. non omnis ff. ſi cert. pet. Sed non cenſetur contrahentes cogitare de eo, quod non apparet, niſi expreſsim agatur ſecundum Alber.

Quadrageſimo quarto quæro, An poſsint reſeruari metalla, quæ inuenientur in futurum? Dico quod ſic per in d. l. in lege fundi ff. de contr. empt. & ibi dum dicit, reſpondet Labeo referre, quid actum ſit. Et ſic, quod inter ſe egerint contrahentes inſpiciendum eſt, & ita tenet ibi Alber. de Roſat. dum dicit, quod contrahentes non videntur cogitare de eo, quod non apparet niſi expreſſum agatur; & ſic ſentit, quod poſsint paciſci de lapidicinis, & metallis, quæ non apparent; Si vero non apparet quid actũ ſit inter partes, tunc de lapidicinis, quæ in actu apparent, cẽſetur facta reſeruatio, non de futuris. Ita loquitur finis illius legis, vt dicit Alber.

Quadrageſimo quinto q̃ro. Quid ſi poſt diuiſionem inter fratres factã ſit inuenta vena ſulphuris, vel vitrioli in fundo, An alter frater poſsit peti comodũ venæ, vel quod reſcindatur diuiſio? Dñs Dominicus Bontius aduocatus Florẽtinus cõſuluit, quod emolumentũ dictæ venę inuentæ ſpectet ad illum, cui in partẽ fundus obuenit, nec propterea reſcindendã diuiſionẽ, nec compellendũ ad aliquam reſtitutionẽ præcij. Mouetur primo, quia certiſsimũ eſt, quod omne emolumẽtum poſt venditionẽ obueniens in portione, quæ per diuiſionẽ alicui obuenit ſpectat ad illũ cui per diuiſionẽ illa aſsignata fuit, vt not. in l. licitatio. §. ſi ſocij. ff. de public. & probatur ex his, quę habẽtur in l. verũ §. ſi quis ſeruo ff. de pro ſoc. Secũdo, quia emolumẽtũ proueniẽs ex lapidicinis, quæ poſt diuiſionẽ in fundo uẽdito repertæ ſunt, ſpectat ad emptorẽ, non autẽ ad uendit. l. in l. fũdi ff. de cont. empt. ſic dicendum eſt in diuiſione, cũ per diuiſionẽ transferatur dominiũ iuxta not. in l. cũ pater §. hæred. ff. de leg. 2. & fructus eiuſdẽ rei in portionẽ datę ad illũ ſpectare debent l. fructus, & l. ſolũ ff. de rei vend. Et diuiſio uicẽ emptionis obtinet l. 1. & l. ſi frat. C. cõm. vtr. iud. Tertio, quia emolumentum huiuſmodi ex inuẽtione uenarũ prouenìens ſpectat ad inuentorẽ, ſiue inuenerit in ſuo, ſiue in alieno, data tamẽ dño loci decima parte l. cuncti C. de metall. & met. lib. 11. Et poteſt etiã inuito dño loci vnuſquiſque etiã per-

quirere,

Digitized by Google

bus realibus, in quibus, quaſi poſſeſ-
ſio retinetur animo. Ita concludit
Paul.Caſtr. in d.conſ.5.

Quadrageſimo quæro: An qui eſt
in poſſeſſione hoſtij Cuniculi, per
quod acceſsus eſt ad venam metalli,
74 in qua apparet effoſſum, ſed non pro-
batur ab eo fuiſſe effoſsum. Quis præ-
ſumatur poſſeſsor, & Dominus venæ?
Reſpondeo, quod ille præſumitur do
minus, qui reperitur poſſeſsor. Et ita
reſpondet Paul. de Caſtro in conſ.95.
iuſtis allegationibus, quod ſic, con-
cludens, quod ſit in poſſeſſione venę,
qui poſſidet hoſtium cuniculi, in qua
vena apparet eſſe effoſsum, cum cen-
ſeatur à poſſidente hoſtium cuniculi
eſſe effoſsum, cum aliunde non eſset
acceſsus ad illam; allegat in ſimili,
Primo, Cyn. in leg. ſi contra per ca-
lumniam Cod. de Epiſcop. & Cleric.
concludentem, quod producenti in-
ſtrumentum in quo Titius fecit pro-
curatorem Gaium, creditur, quod ſit
Gaius, & dicenti contrarium incum-
bit probatio, quamuis ſit poſſibile,
quod non ſit Gaius. Secundo Bartol.
in leg. ſi ſeruum §. ſi inter duos in fi-
ne ff. de leg. 1. volentem, quod produ-
cẽti inſtrumentũ, in quo ſit legatũ Ti
tio de tali loco, & probãti ſe vocari Ti
tiũ de tali loco, licet pars aduerſa ne-
get, & quod ſit alius, aduerſario incũ
bit probatio. Tertiò allegat Bar. in ſi-
milli in l. rem quæ nobis ff. de acquir.
poſseſs. qui vult, quod ſi non poſsum
aliter probare dominium, quam quia
poſſideo, ſi aſsero, quod tempore,
quo ipſum occupaui non erat in bo-
nis alicuius, niſi aduerſarius probet,
quod erat in bonis alicuius præſum-
ptio eſt pro me, quia, quod in nul-
lius bonis eſt occupanti conceditur.

Quadrageſimo primo, quæro, An
fodiens ſub fundo alieno ſit tuendus
in poſſeſſione. Et, An iudex poſſit iu-
ſte præcipere, ne fodiat, Et quid iu-
dex facere debeat partibus conten-
dentibus ſuper iure fodiendi? Et, An
poſſit ſtatuere terminum partibus?
quod dent libellum ſuper iure fo-
75 diendi. Reſpondeo, ad primum,
eum qui poſsidet tuendum eſſe, ac
defendendum in ſua quaſi poſſeſſio-
ne cap. licet cauſam extra. de probat.
nec licet domino fundi propria au-
ctoritate eum expellere l.1 §. qui à me
ff. de vi, & viam. Ita dicit Paul. Ca-
ſtr. in d. conſil. 5. in 2. dubio. Ad ſe-
cundum dicit, quod iudex non poteſt
præcipere ne fodiat per dicta ex hoc
dicens Paul. Caſtr. in conſil. 178. ad
finem, quod quædam ſententia lata
contra poſſeſsorem, quod non debe-
ret moleſtare dominum fundi, fuit
euidenter iniqua, & iniuſta, cum ille,
qui præceperat, eſset in antiquiori
poſſeſsione fodiendi d. cap. licet cau-
ſam. Ad tertium dico, quod partibus
contendentibus ſuper iure fodiendi,
neutra parte volente aſsumere onus
probandi, debet iudex inquirere, &
76 ſe informare quis poſsideat ſumma-
tim ſine libello, & ſine ordine iudi-
ciario, recipiendo probationes vtri-
uſque partis; & conſtito ſibi quis ſit
in poſseſsione, illum tueri in poſſeſ-
ſione, & præcipere ſub pœna non
poſsidenti, ne accedat, & ne turbet
alium poſseſsorem in poſſeſſione, vt
notat ſpec. in Tit. de Petit. & poſseſs.
§. 1. verſicul. in ſumma, & in tit. de li-
bell. concept. §. nunc dicendum verſ.
22. & ibi Ioann. Andr. in addit. Bald.
in l. ordinarij. C. de rei vend. & in l.
edicto colum. 1. C. de edict. diu. Adr.
toll. Lanfrancus in repet. Rubr. de
cauſ. poſseſs. & propr. column. 9. in
fine, Corn. in l. quidam æſtimauerunt
ff. ſi cert. pet. Ad quartum dicit Paul.
de Caſtro in d. conſil. 5. quod iudex
77 partibus contendentibus ſuper iure
fodiendi poteſt ſtatuere terminum,
quod dent libellum ſuper iudicio or-
dinario proprietatis, vel quaſi poſseſ-
ſione iuris fodiendi.

Quadrageſimo ſecundo quæro;
An vendito, vel alienato fundo ce-
dant

Digitized by Google

dant auri fodinæ, & metalla emptori? Reſpondeo, quod ſic, vt in l. lege fundi ff. de contr. empt. vbi dicitur, quod niſi excipiantur lapidicinæ cedunt emptori: Comprobatur, quia in venditione continetur, quicquid infra fines clauditur, & nil cenſetur exceptum leg. ſi finis agri ff. de euict. l. forma ff. de cenſ. leg. immodicis ff. de contr. empt. Alioquin poſset dicere venditor, ſe non vendidiſse, niſi vnũ ceſpitem terræ, vt dicit Bald. in leg. in generali in princip. Si de feud. fuer. contr. & notat Fab. de Mont. in Tractat. de emptio. & vend. in 6. quæſt. 6. quæſt. principalis.

Quadrageſimo tertio quæro, Quid ſi venditor excepit aurifodinas, vel lapidicinas, de quibus intelligatur? Reſpondeo de illis intelligi, quæ erãt in actu tempore venditionis, & illæ cenſentur reſeruatæ venditori, ſi quæ autem poſtea ſunt inuentæ pertinent
79 ad emptorem leg. in l. lege fundi, vbi text. ff. de contr. empt. retinendo opinionẽ labeonis quam ibi tenent gloſa, & Alber. de Roſat. Et ibi Paul. Caſtr. in lectura Florentina dicit, quod exceptio facta de lapidicinis per venditorem intelligitur de his, quæ ſunt in actu, & de præſenti. Et ideo verba de præſenti debent intelligi de eo, quod eſt in actu, & non in habitu. Et ibidem dicit Alber. de Roſat. quod id, quod non apparet non videtur eſſe exceptum. Et ratio eſt, quia contractus non extenditur vltra intentionem contrahentium leg. non omnis ff. ſi cert. pet. Sed non cenſetur contrahentes cogitare de eo, quod non apparet, niſi expreſsim agatur ſecundum Alber.

Quadrageſimo quarto quæro, An poſsint reſeruari metalla, quæ inueniendtur in futurum? Dico quod ſic per in d. l. in lege fundi ff. de contr. empt. & ibi dum dicit, reſpondet Labeo referre, quid actum ſit. Et ſic, quod inter ſe egerint contrahentes inſpiciendum eſt, & ita tenet ibi Alber. de Roſat. dum dicit, quod contrahentes non videntur cogitare de eo, quod non apparet niſi expreſsum agatur; & ſic ſentit, quod poſsint paciſci de lapidicinis, & metallis, quæ non apparent; Si vero non apparet quid actũ ſit inter partes, tunc de lapidicinis, quæ in actu apparent, cẽſetur facta reſeruatio, non de futuris. Ita loquitur finis illius legis, vt dicit Alber.

Quadrageſimo quinto q̃ro. Quid ſi poſt diuiſionem inter fratres factã ſit inuenta vena ſulphuris, vel vitrioli in fundo, An alter frater poſsit peti comodũ venæ, vel quod reſcindatur diuiſio? Dñs Dominicus Boniius aduocatus Florẽtinus cõſuluit, quod emolumentũ dictæ venę inuentæ ſpectet ad illum, cui in partẽ fundus obuenit, nec propterea reſcindendã diuiſionẽ, nec compellendũ ad aliquam reſtitutionẽ prætij. Mouetur primo, quia certiſsimũ eſt, quod omne emolumẽtum poſt venditionẽ obueniens in portione, quæ per diuiſionẽ alicui obuenit ſpectat ad illũ cui per diuiſionẽ illa aſsignata fuit, vt not. in l. licitatio. §. ſi ſocij. ff. de public. & probatur ex his, quę habẽtur in l. verũ §. ſi quis ſeruo ff. de pro ſoc. Secũdo, quia emolumẽtũ proueniẽs ex lapidicinis, quæ poſt diuiſionẽ in fundo uẽdito repertæ ſunt, ſpectat ad emptorẽ, non autẽ ad uendit. l. in l. fũdi ff. de cont. empt. ſic dicendum eſt in diuiſione, cũ per diuiſionẽ transferatur dominiũ iuxta not. in l. cũ pater §. hæred. ff. de leg. 2. & fructus eiuſdẽ rei in portionẽ datę ad illũ ſpectare debent l. fructus, & l. ſolũ ff. de rei vend. Et diuiſio uicẽ emptionis obtinet l. 1. & l. ſi frat. C. cõm. vtr. iud. Tertio, quia emolumentum huiuſmodi ex inuẽtione uenarũ proueniens ſpectat ad inuentorẽ, ſiue inuenerit in ſuo, ſiue in alieno, data tamẽ dño loci decima parte l. cuncti C. de metall. & met. lib. 11. Et poteſt etiã inuito dño loci vnuſquiſque etiã perquirere,

quirere, & huiuſmodi vtilitatem percipere vt voluit gloſa in l. quoſdam. eo. tit. & Paul. de Caſtro in d. conſ. 5. & in l. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matrimon. & l. venditor §. ſi conſtat ff. commu. præd. concludentem licitum eſſe per Cunicula ingredi ſub fundis alienis pro inueniendis venis propter vtilitatē publicam vt ibi per Paul. Caſtr. quem ſequuntur Mod. in d. §. ſi vir in fundo: Multo ergo fortius concedendum eſt emolumētum hoc integrum inuenienti in fundo, qui factus eſt illius per diuiſionem. Ita in dict. conſil. incip. dubitationem primo aſpectu concludit præfatus Doctor.

Quadrageſimo ſexto quæro. Quid ſi Princeps concedit caſtrum in feudum cum argentifodinis, quę argen-
82 tifodinæ veniunt in conceſſione? Reſpondeo, quod illæ, quæ pertinent ad Principem, non quæ ad priuatum, per ea, quæ notat Bald. in cap. 1. verſ. modo ē contra de cap. qui cur. vend. Et ita determinat Dominus Iacobinus de Sancto Georgio in ſua Pract. feud. in verb. & cum argentifodinis.

Quadrageſimo ſeptimo quæro, An ſimplex colonus poſſit percipere fructus ſulphuariæ, quæ eſt in fundo cōducto? Reſpondeo, quod ſic ſi con-
83 duxit fundum ad hoc, vt haberet fructum ſulphuris, nam fructus eſt leg. diuortio. §. ſi vir in fundo ff. ſolu. matrimon. Probatur in l. ſi vir vxori §. ſi ſulphariæ ff. de furt. & ibi gloſa, ſecus ſi non eſſet conductus ad hoc, quia tunc non eſſet conductoris, ſed domini, vt notat gloſa in d. §. ſi ſulphuariç, quæ dum textus dicit, ſi ſulphariæ ſūt in agro, ſubdit gloſa, cōductæ ad hoc, vt habeat fructum ſulphuris.

Quadrageſimo octauo, quæro: Quid ſi pupillus habet lapidicinas, vel aurifodinas, vel alia metalla, An poſſint ſine ſolemnitate requiſita in alienatione minorum alienari? Re-
84 ſpondeo, quod non, vt eſt caſus in leg. 3. §. final. cum princip. l. ſequ. ff. de reb. eorum, qui textus pluries ſupra eſt allegatus, & eſt notab. in iſta materia.

DE AVRO, ET ARGENTO.

Titulus Quintus.

S V M M A R I A.

1 *AVrum, & Argentum eſt vel infectum vel factum vel ſignatum.*

2 *Infectum eſt rudis materia qua vti non poſſumus ſine re fectione.*

3 *Factum quod in quamlibet formam ſeu ſpeciem redactum eſt.*

4 *Auri vel argenti ſimplici appellatione, & infectum continetur & factum.*

5 *Inceptum fabricari venit appellatione facti: ſi opus deſtinatum non erat remotum vel deſtitutum.*

6 *Auri vel argenti appellatione non venit pecunia niſi eſſet antiqua non currens, vel niſi teſtator illud legans nihil aliud habuiſſet quam pecuniam.*

7 *Nec venit aurum vel argentum venale niſi diſponēs ita voluerit vel aliud non habuerit.*

8 *In petitione argenti debet exprimi liga.*

9 *Liga*

9 *Liga probatur vel per publicum miniſtrum ad id deputatum, vel ſi non adſit per dictum à Iudice vel à partibus.*
10 *Quantitas auri vel argenti probatur per pondus viſum aut factum.*
11 *Argento ſimpliciter legato debetur liga loci.*
12 *Species argenti vel auri probatur per viſum.*
13 *Aurum pro argento vel ære iuxta debitam æſtimationem, & menſuram ſolui poteſt.*
14 *Pro pondere debito iuſta æſtimatio ſolui poteſt.*
15 *Licet in ſpecie legatum ſit pondus.*
16 *Et licet ſpecifici ponderis facta ſit condemnatio.*
17 *Argenteis vaſis oppignoratis, & in maſſam redactis, in ea durat ius hipotheca.*
18 *Argento reperto in domo vbi adſunt aliena pignora, iuxta locum vbi ſunt ſita, iudicantur eſſe domini domus vel pignorum.*
19 *Aurum vel Argentum pupilli non poteſt tutor vendere ſine decreto.*

OCcurrunt nonnulla in auro, & argento vltra ea quæ in vniuerſali materia metallorum ſingularia ſunt, & in titulo generali metallorum dicta ſunt non cõpræhenſa, & ideo in hunc locum ſuo particulari titulo cadere vidētur. Primo igitur quæro. Quot ſint genera auri, argenti, vel æris ſeu alterius metalli? Reſpondeo tria eſſe. Infectum,
1 factum, & ſignatum l. & ſi non ſint. §. infecti, & l. quintus la 2. §. ſi autem & final. ff. de auro, & argento lega. vt etiam dicit Hyſidor. Ethimol. lib. 16. cap. 17. Infectum eſt rudis materia, ideſt non facta, vt dicit text. in d. §. infecti. & Hyſidor. dicit infectum eſse, quod in maſſis ſit. Factum opus aliquod eſse dicitur, vt Vas, Statua, Calix l. quintus la 2. in princip. eodem titul. quo commodè vti poſsumus, vt ead l. §. cui aurum, & §. fina. eadem l. dicitur, quod aurum vel argentum factum rectè quis diffinit, quod neque in maſsa neque in lamina, neque in ſignato, neque in ſupellectili, neque in mundo, neque in ornamentis ſit. Hyſidor. dicit in d. cap. quod argentum factum dicitur quod eſt in vaſis, & ſignis: Signatum autem dicitur quod eſt aliqua forma imagine vel ſigno expreſsum, vt Philippi. Et ſunt numiſmata, & his ſimilia dicit text. ad l. §. ſi autem, vt etiam dicit Hyſidor. eodem cap. quod ſignatum eſt, quod in nummis eſt.

Secundò quæro. Quid veniat appellatione auri infecti, & quid facti, quid auri, vel argenti ſimpliciter? Ad primum dico quod appellatione auri
2 infecti, rudis materia compræhenditur l. & ſi non ſint. §. infecti, & ibi Bartol. ff. de auro, & argento legat. & quo vti non poſsumus ſine refectione, & quod collitium ſeu confractum eſt, quodque paterfamilias nomine infecti habuit l. quintus. la 2. §. ſi factum, & §. cui aurum ff. eodem titul.
3 Ad ſecundum dico aurum vel argentum factum omnem ſpeciem compræhendere, vt vaſa l. & ſi non ſint §. argento ff. eodem tit. & ibi Bartol. & l. quintus §. final. eodem titu. vbi gloſa quærit, An veniat id quod in ſuppellectili habetur, de quo in d. §. argento, & in l. Labeo. §. 1. ff. de ſup. leg. & compræhenditur quidquid ex auro vel argento factum eſt, ſiue diſponentis cauſa ſiue alterius paratum ſit d. l. quintus. §. ſi cui aurum; Et quod diſponens auri facti numero habuit. l. pediculis §. 1. & ibi Bart. ff. eodem tit. Ad tertium dico, quod auri vel argē-
4 ti appellatione ſimpliciter venit tam infectum, quam factum l. cum aurum in princip. & ibi Bart. ff. eodem tit. & l. quintus la 2. §. 1. eodem titul. quia indefinita, & vniuerſalis æquiparantur, cum eadem eſt ratio contentorum

rorum ſub indefinita vt dicit Bartol. in d.l.cum aurum.

Tertiò quæro, An argentum inceptum fabricari veniat appellatione argenti infecti, an facti? Reſpondeo, quod venit appellatione argenti facti cum deſtinatum ſit vt fieret l. & ſi non ſint. §. quid ergo ff. de auro, & argento legat. notat Bartol. in l.quintus §. cum aurum eodem tit. Et notat Bartol. in l. cætera. §. final. ff. de leg. 1. vbi intelligit quando opus deſtinatũ erat propinquum non remotum, ut tunc appellatione argenti facti contineatur, ut d. §. quid ergo: Et hoc uerum niſi inceptum eſset fabricari, & dimiſsum, quia teſtator vltra nolebat procedere, quia tunc non continetur appellatione argenti facti, quia non poſsum illo vti nec ſecundum ueritatem nec ſecũdum deſtinationem, ut dicit Bartol. in d. l. etſi non ſint. §. infecti.

Quarto quæro, An argentum ſignatum ueniat appellatione argenti?
6 Reſpondeo, quod non l. cum aurum, & l. quintus la 2. §. 1. eodem tit. ff. de auro, & argento legat. quamuis ſit dictum omne argentum, quia indefinita, & uniuerſalis in hoc æquiparantur cum ſit eadem ratio omnium cõtentorum ſub indefinita, ut dicit Bar. in d. l. cum aurum uerſ. quæro quid. Et ratio quare non uenit argentum ſignatum, & ſic pecunia, eſt, quia pecunia ſignata ſemper habetur ut expẽdatur l. 1. ff. de contr. empt. & quia habetur tanquam uenalis, ideo quod eſt uenale uniuerſali legato, etiam uniuerſali non cedit, ut l. pediculis. §. item cum quæreretur eodem tit. ut dicit Bartol. in d. l. quintus. §. 1. & ita firmat Decius conſil. 381. Viſis his quæ accurate in princ. In duobus tamen caſibus uenit pecunia appellatione argenti. Primò ſi eſset moneta antiqua quæ hodie non eſſet in uſu, tunc ueniret in legato argenti, quia ceſsat ratio ſupradicta, cum non habeatur ut uenalis, ut l. ſi chorus §. 1. ff. de leg. 1. Secundo ſi teſtator non haberet aliud argentum, niſi pecuniam, & legaſset omne argentum, & tunc uidetur de pecunia ſentire, & hoc uult textus in d. l. quintus. §. 1. ibi niſi contrarium ſenſiſset ex eo, quod aliud argentum non haberet. Ita dicit Bartol. in d. l. quintus. §. 1.

Quinto quæro, An ueniat appellatione argenti argentum uenale? Reſpõdeo, quod non l. pediculis. §. item
7 cum quæreretur. ff. de auro, & argento lega. niſi diſponens etiam de uenali ſenſiſset: Et ita probet, qui petit: Et ſi aliud argentum non haberet, niſi uenale, ut ibi dicit gloſ. & ſequitur Bartol. ibi, quam ſigna, & tene menti, ut ipſe dicit.

Sexto quæro. Quid ſi peto argentum: An debeam dicere cuius ligæ ſit? Reſpondeo, quod ſic, quia cum materia argenti ſit diuerſarum
8 ſpecierum, & alia ſit liga Florentina, alia Senenſis, alia Veneta, hoc totum pertinet ad declarationem materiæ, & ſi hoc ignoratur non poteſt ſciri æſtimatio, vt l. cum aurum ff. de auro, & argento legat. Ita notat Bartol. in l. in actione in princ. ff. de furt. & Dominus Alexand. in conſi. 82. In cauſa, & quæſtione vertente lib. 4.

Septimo quæro. Quomodo probabitur, quod ſit ligæ Florentinæ, vel Senenſis? Reſpõdeo, quod ſi in loco eſt aliquis deputatus ad cognitionem, & bonitatem auri, vel argenti ſoluendi, ſtandum eſt diſcretioni, & declara-
9 tioni illius aurarij vel artificis in loco conſtituti l. final. & ibi notat Bartol. & Ioan. de Plat. C. de pond. aur. libr. 11. per quã not. dicunt, quod quando ille, qui præeſt ſigillo, ſeu ponderi Florenorum, approbat, ſeu improbat florenos, vt eſt Florẽtiæ, ſtatur ei tam de valore, quam de bonitate. Si vero non eſt aliquis deputatus à publico debet fieri electio à iudice vel à partibus peritorum in arte illa de qua dubitatur

Digitized by Google

bitatur l.hac edictali §.his illud C.de ferun.nupt. Et debet eligi duo ſi extāt aliàs vnus ſufficit, vt in §.quod autem in auth.de non alien.& ibi per Iac.de Beluiſ. Ita dicit Ioan.de Plat.in d.leg. fin.C.de pond. aur.& not. Bart. Soz. præceptor meus in leg.1.§. final. ff.de verbor. obligat. & Bartol. in Tracta. de Teſte in cap.de ſubſtantia in verſi. rem aliquam.

Octauo quæro. Qualiter deponent teſtes de quantitate maſſæ argenti? Bart.in Tract. de Teſte in c.de qualitate dicit, quod ſi teſtis dixit maſſam eſſe decem librarū, nihil probat. Non enim per viſum cōprehenditur pondus: ſed ſolum ſuperficies videtur, & poſſet eſſe concauitas intrinſecus: Sed ſi diceret, quia ponderaui, vel
10 vidi ponderari, ſatis eſſet, etiam ſi de pondere limitatè non dicatur: pondera enim, & ponderandi modi communiter cognoſcuntur. Et ſi teſtis diceret, quia ponderauit, vel ſuis manibus ponderauit idem putat Bartol. quia ponderare in vero eloquio idem eſt, quod ponderibus examinare. Sed ſi diceret, quia in manibus tetigi, vel in humeris meis ſubleuaui, vel portaui, tunc poteſt indeterminatè teſtificari de pondere non determinatè, niſi ponderatoria adhibita ſint. Ita dicit Bartol. loco præallegato.

Nono quæro. Quid ſi quis legat argentum, de qua liga intelligatur? Re-
11 ſpondeo, quod intelligitur ſecundum conſuetudinem illius ciuitatis vnde defunctus eſt ortus, vt dicit Bart. in l. cum aurum ff. de aur.& argent.lega. allegat l.nummis ff.de leg.3. & l. Imperatores ff. de contr. empt.

Decimo quæro. Quid ſi quæritur de ſpecie metalli qualiter deponāt teſtes. Reſpondeo, quod ſatis eſt ſi dicat teſtis, vidi argentum eſſe ſi de
12 argento quæritur, vidi quod eſt ferrum, ſi de ferro quæritur: Et ſi vlterius interrogatur, dicat, quia vidi habere formam, & qualitatem argenti: Et ſi vlterius interrogatur, quæ erat illa forma, vel quales erant illæ qualitates, non cogitur reſpondere. Ita dicit Bartol. in d.Tract. in cap. de ſubſtantia; Et not. Bart. in l. ſi quando ff. de auro, & argento legat. vbi dicit, quod ſufficiens teſtimonium eſt vidi illud argentum purum: Et not. etiam Bal.in l.1.ad finem ff. de re.diu.

Vndecimo quæro. Quid ſi debeo argentum, An poſſum ſoluere aurum, vel as? Reſpondeo, quod fiſco pro argento debito poteſt ſolui aurum æquiualens, quod eſt, vt pro ſingulis libris argenti ſoluantur decem aurei l.1.C. de arg. pret. quod theſ.infer.lib.10. Pro ære poteſt ſolui aurum æquiualens vt pro viginti libris æris ſoluatur vnus ſolidus auri, quorum ſeptuaginta duo faciunt libram auri leg. quoties Cod.de ſuſcept. & arch. lib. 11. Ita not. Ioann. de Plat.in leg. 1. Cod.de collat.æris lib.10.& in l.1. C. de arg. pre. ſupra allegata, & in leg.2. Cod. de pond. aur. eodem lib. Priuato autem an ſolui poſſit, notat Bartol.in leg.2. §. mutui ff. ſi certum pet. & in l. paulus ff. de ſolut. Dicam infra titulo proximo q.36.& 37.

Duodecimo quæro. An qui debet pondus argenti poſſit ſoluere æſtimationem? Bartol.in l.1.§.cui certum ff.
14 de auro, & argent. legat. dicit, quod qui debet certum pondus argenti in genere liberatur dādo æſtimationem: ſecus ſi debeatur certa ſpecies: Et hoc eſt verum ſi ſoluatur pecunia ære non contaminata, quia ſi debes mihi certum pondus argenti ad ligam Peruſinam ſi velis ſoluere pecuniam argenteam eiuſdem ligæ admitteris: ſed ſi vis ſoluere pecuniam contaminatam, tunc non admitteris: Ita dicit eſſe de iure.

Decimo tertio quæro. Quid ſi in obligatione, quando poteſt ſolui

æſti-

Digitized by Google

æſtimatio pro legato certi ponderis argenti? Bartol. in l. Titiæ amicæ. ff. de auro, & argento legat. dicit, quod
15 quando legatur certum pondus auri, vel argenti liberatur debitor æſtimationem ſoluendo, vt ibi eſt textus, quem ſic ſummat Bart.

Decimo quarto quæro, An poſt cōdemnationem poſſit ſolui æſtimatio auri? Gloſa in l. Titiæ amicæ prælegata dicit quod ſic, & bene, quod probatur, quia cum vnum eſt in obli-
16 gatione; aliud in facultate ſoluendi, ex diſpoſitione legis competit illa facultas, donec quis conuenitur iudicati, vel l. item veniunt §. idem rectè ff. de pet. hæred. & §. cum prædiximus, & l. miles ff. de re. iud. Ita dicit Bart. in d. l. Titiæ amicæ.

Decimo quinto quæro, An pignoratis vaſis argenteis poſtea in maſſam conflatis, duret hypoteca in maſ-
17 ſa? Bart. Veron. in conſ. 70. circa primum dubium in 3. quæſito, concludit, quod duret, & agi poſſit hipothecaria ad maſſam argenti, in quam vaſa redacta ſunt. Primo per l. domo ff. de pign. act. in §. domus, vbi dicitur, quod ſi pignorata eſt domus, quæ poſtea combuſta eſt, & ſolum area remanſit, vel è contra ſi eſt pignorata area, & ſuperedificatum eſt, remanet obligatio tam in area, quam in ædificio. Secundo per l. ſi fundus §. ſi res ff. de pigno. vbi dicitur, quod ſi res, quæ hipothecæ data eſt poſtea mutata fuerit, æque hypothecaria actio cōpetit, veluti de domo data hipothecæ, & horto facto: Idē ſi de loco cōuenit & domus facta ſit, vel vineæ impoſitæ. Tertio per hoc leg. quæſitum §. illud fortaſſe ff. de leg. 3. quia ex quo materiatum fuit redactum ad ſuam materiam, quæ poteſt igitur reduci ad ſuum materiatum, quia de illa maſsa argenti poſſunt fieri ornamenta, cinguli, & vaſa, ſicut prius erant: Ergo ſicut materiatum erat pignori obligatum, ita cum ſit redactum ad ſuam materiam quę eſt reducibilis ad ſuam formam: & ſic materiatum in eadem mat.ria, id eſt maſſa durat obligatio pignoris per d. leg. quæſitum. §. illud fortaſſis cum ibi not. per gloſ. & Bart. Et ita etiam voluit Bartol. Paul. de Caſtro & Doctores in l. ſi conuenerit §. ſi quis ita ff. de pignor. act. & not. Cappella Toloſana quæſt. 429. & ibi in addit. Et ideo dictæ maſſæ argenti, poſſunt vindicari actione hipothecaria à poſſeſſore per quam debet conſequi poſſeſſionem ipſius maſſæ leg. ſi cum venditor in princip. ff. de euict. Et ita conſuluit præfatus Bart. Veron. pro quodam iudęo, cui pignora data erant argentea, & ex incēdio domus conflata, & in maſſam redactam. Et ſubiūgit quod ipſe hębreus pro ſorte ſua habet meliora, & potiora iura in dictis maſſis, quam debitores, qui pignora dederant; à ſorte vero ſupra, ſi maſſæ plus valent tenetur iudęus omnibus debitoribus, quorum fuerant pignora illud plus vltra ſortem ſibi debitam inter ipſos ſecundum formam iuris diuidendam reſtituere actione pignoratitia leg. ſi rem. §. omnis ff. de pign. actio. & l. qui fundum ff. de iure dot. & Inſt. quibus mo. re. contr. oblig. in princip.

Decimo ſexto quæro, An maſſe argēti in domo repertæ, vbi adſunt alia pignora cenſeantur domini domus; an habentium pignora in ea? Reſpondeo conſiderandum eſſe locum in quo illæ maſſæ argenti repertæ ſunt, quia ſi ſunt repertæ in loco in quo
18 quis retinebat pignora præſumuntur eſſe de pignoribus, ſi vero repertæ ſunt vbi dominus domus ſolebat tenere bona ſua, & tunc in dubio præſumuntur ipſius. Ex vſu enim ipſius, & ex eius conſuetudine retinendi bona iudicare debemus l. vel vniuerſorum ff. de pign. act. & quæ not. Bart. in l. ſi vacantia C. de bonis vac. [illegible]

&

Digitized by Google

& arguendo à comuniter accidentibus, vt l. 1. cum gloſa C. de arbitr. & ex diuerſitate loci inducitur diuerſitas iuris, vt not. per gloſ. in l. fin. C. de temp. in int. reſt. pet.

Decimo ſeptimo quæro, An tutor aurum, vel argentum pupilli vendere poſſit ſine decreto? Reſpondeo,
19 quod non; quia ſunt de his rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, quorum prohibita eſt alienatio inconſulto prætore, & non interuenientibus ſolemnitatibus requiſitis leg. lex quæ tutores in princip. C. de adm. toto: declarat Petrus de Vnzola ſuper notulas Rolandini de contractibus prohibitis ratione rerum forma. 13.

ADDITIONES
ex Modernioribus.

Aureorum æſtimatio quæ ſit tradit Couarruuias uariar. reſolutionum.

De Aureis, auro, & argento Boerius in ſuis Deciſionibus.

Aurum, & Argentum, An & quando æquiparetur immobilibus vel veniant appellatione Mobilium Cephal. conſ. 633. lib. 4.

Aureus nummus ſcutum vulgariter nuncupatum à lege appellatur ſolidus à ſoliditate, cum ſit de puro Auro, quod numquam minuitur lege prima C. de vet. numiſ. poteſta. Boerius d. Deciſ.

De Auro, & argento multa in repertorio Tractatuum ſecundum antiquam impreſſionem fol. 38.

Item de Aurificibus ibi in verbo Aurum, & in verbo Argentum.

Auro ſimilis debet eſſe Princeps Guglielm. de Bern. in repetitione cap. Raynaldus parte prima fol. 19. num. 105. ext. de teſtament.

Et de Aureis Coronis Regis Francorum tradit Idem ſuper verbo et Vxorem nomine Adolantiam Deciſ. 2. nu. 69. fol. 71. parte 1.

Auri ſeptuaginta duo conſtituunt Libram auri Riminald. ſenior conſil. 270. num. 96. volum. 2.

Argenti Libra valet decem Aureos Boerius d. deciſ. in principio.

Et quot Auri faciant Vnciam, & quot Vnciæ libram Idem vbi ſupra numero ſecundo.

Et quot in Francia, & alibi Alex. conſ. 21. per totum lib. 2.

DE

DE GEMMIS.

Titulus Sextus.

SVMMARIA.

1 *Gemmæ ab auro ſplendorem, & ornatum lucrantur.*
2 *Gemma a Gumma hoc eſt luce vel ſplendore dicta.*
3 *Gemmarum inuentor Prometeus.*
4 *Gemmarum genera innumerabilia.*
5 *Gemma lucet, lapillus non lucet, Margarita creſcit in mari, quod nec gemmis contingit neque lapillis.*
6 *Lapillus lapidem vulgarem, vel diem fœlicem uel lapidem precioſum ſignificat.*
7 *Percuſſus lapillo non committit pœnā percutientis cum lapide.*
8 *Nec lapidum appellatione comprehenduntur precioſi.*
9 *Lapides ideo precioſi quia rari.*
10 *Gemmam vel lapidem precioſum quid eſſe non probatur niſi per mercatores, artifices, & peritos.*
11 *Gemma inuenta in littore maris, vel alio loco nullius acquiritur inuentori, ſi ſint ibi nata vel à nautis ob naufragium proiectæ, ſecus ſi ab aliquo ſint amiſſæ.*
12 *Inuenta in terra vel domo aliena acquiritur domino loci.*
13 *Inueniens gemmam alienam, ſi poſt inquiſitionem domini per publicum proclama ignoretur dominus, poteſt inuentor pauper ſibi retinere, diues dare pauperibus pro anima domini.*
14 *Pro derelicto habita cenſetur iuxta formam, & cauſam proiectionis.*
15 *Socius omnium bonorum gemmam inuentam ſocio communicare tenetur. Alij ſocij non tenentur.*
16 *Si vnus prius viderit alter prius apprehenderit, acquiritur apprehenſori.*
17 *Pro gemma inuenta non debetur præmium, ſed impenſa in perquirendo; Pro inuenienda præmium peti poteſt.*
18 *Gemma per alluuionem fluminis fundo alicuius adiecta & ab alio inuenta acquiritur domino fundi non inuentori.*
19 *Ligna, vegetes, & ſimilia fluminis impetu agro vicini adiecta non acquiruntur domino fundi niſi poſt publicum proclama.*
20 *Et ſi ſit diues tutius eſt ea vendere, & dare precium pauperibus.*
21 *Gemma reperta in ventre Galli vel alterius venditi non acquiritur emptori, ſed eius dominium remanet penes venditorem.*
22 *Sed ſi reperta ſit in capite Piſcis venditi ſpectat ad emptorem.*
23 *Valet edictum vel ſtatutum de gemmis cuiuſdam valoris, & qualitatis non portandis.*
24 *Sed non afficit ſi non ſit populi conſenſu approbatum.*
25 *Forenſes non ligantur tali ſtatuto.*
26 *Nec extenditur ad gemmas vel perlas fictas.*
27 *Inobſeruantia huius ſtatuti eſt abuſus ſed non eſt delictum.*
28 *Inuentus cum perlis vel gemmis prohibitis, & non apprehenſus non incurrit in pœnam.*
29 *Iocalia quæ dantur filiæ nuptiarum tempore imputantur in legitimam.*

30 *Data*

Digitized by Google

30 *Data à ſponſo deſponſatæ de futuro acquiruntur ſponſæ ſi ſequatur matrimonium deſponſatæ de præſenti non valet niſi ſponſa ſit viri potens.*

31 *Si donatio fiat in domo ſponſæ præſumitur de futuro, & valet ſi in domo ſponſi vel in itinere præſumitur de præſenti, & non valet.*

32 *Viro præmortuo ſunt reſtituenda hæredibus viri.*

33 *Donata à ſocru vel ſocero, & tradita ſponſæ ſunt ipſius, ſi apud ipſam, mortis illorum tempore inueniantur.*

34 *Tranſmiſſa tantum donatione non expreſſa non cenſentur donata.*

35 *Donata à conſanguineis viri acquiruntur viro, vxoris vxori.*

36 *Donata meretrici ab amaſio ipſi acquiruntur, non meretrici non acquiruntur.*

37 *Tutor iocalia & ſimilia pupillaria bona abſque ſolemnitatibus requiſitis alienare non poteſt.*

38 *Petens margaritas vel gemmas quę venduntur ad numerum, numerum exprimere debet, & quæ ad pondus pondus.*

POſt aurum, & argentum ſuccedit tractatus de Gemmis, cum in auro celari conſuetum ſit, & auro decorem præſtent, &
1 ab auro accipiant ob colorum diuerſitatem, & ſplendorem eximiũ, vt dicit Iſidor. Ethimol. libr. 16. cap. 6.

Et primò quæro. Vnde dicantur
2 gemmæ? Reſpondet Iſidor. in dict. ca. 6. ex eo vocari, quod inſtar gummi transluceant: ſunt enim perlucidæ materiæ, vt dicit text. in l. & ſi non ſint. §. perueniamus ff. de aur. & arg. legat.

Secundò quæro. Quis fuerit gemmarum inuentor? Plin. libr. 33. in
3 princip. & Iſidor. in dict. cap. 6. dicunt, quod fabulæ ferunt Prometheum primum fragmenta ſaxi incluſiſſe ferro, ac digito circumdaſſe iiſque initium cępiſſe annulum, atque gemmam, primordiaque earum a rupe Caucaſi fuiſſe.

Tertiò quæro. Quot ſint genera gemmarum? Dicit Iſidor. in dict. cap. 6. gemmarum genera innumerabilia eſſe, ex quibus ea, quæ principalia ſunt ibi enumerare pollicetur. Et idem promittit Plin. l. fi-
4 nal. & Volaterranus noſter lib. 27. cap. de gemmis. Et quædam enumerat text. in dict. leg. & ſi non ſint §. perueniamus vt lapillos, margaritas, & in leg. interdum §. ſpecies ff. de publica. Smaragdum, Iacintum, adamantem, & berillum, & in leg. 1. Cod. null. lic. in fren. libr. 11. & & in leg. 1. in princip. ff. de acquir. poſſeſſ. & Exod. cap. 28. & in cap. principium, & ibi Archid. de pęnit. diſtinct. 11. vbi plures aliæ ponuntur, vt earum virtutes.

Quartò quæro, An ſit differentia inter gemmas, lapillos, & margaritas? Reſpondeo quod ſic, quia
5 gemmę ſunt perlucidæ materiæ, vt Smaragdi, criſoliti, & amatiſtæ, lapilli contrariæ naturæ ſuperioribus, vt abaſiani, & veriantani: Margaritæ autem, neque ſub gemmis, nec ſub lapillis continentur, quia conca apud mare rubrum, & creſcit & coaleſcit. Ita dicit tex. in dict. §. perueniamus & not. gloſa in leg. 1. in princip. ff. de acquiren. poſſeſſ. & ibi Alex. in 5. not.

Quintò quæro, Quot modis accipiatur lapillus? Reſpondeo tripli-
6 citer accipi; Primò pro omni paruo lapide, vt leg. 1. §. ſi quis vi, ibi minimi lapilli ff. quod vi, aut clam, & in l. de pupillo. §. meminiſſe ff. de oper. nou. nunc. Secundò, vt deſignet diem fælicem, vt apud Perſium Volaterranum Satira quarta.

Hunc Macrinę diem numera meliore lapillo: Signabāt.n.antiqui diē fœlicem albo lapillo, infęlicem nigro, vt dicit Gloſ. in leg. 1. Cod. de erro. calc. Tertiò vt ſit genus lapilli præcioſi, qui in cerebro piſcis generantur.

Sextò quæro. Quid ſi formata eſt inquiſitio contra aliquem, quod percuſſit cum lapillo, & ſimpliciter probata eſt; An ſequatur condemnatio. Dicunt Doctores quod
7 non, Ita firmat Rayn. de Forliu. in dict. leg. & ſi non ſint §. gemmæ ff. de auro, & argent. legat. quem refert & ſequitur Alexand. in leg. 1. 2. colum. verſic. quinto not. ff. de acquirend. poſſeſſ. quia lapillus varijs modis accipitur, quandoque pro lapide precioſo, vt dict. §. gemmæ, quandoque pro lapide ledente leg. 1. cum gloſ. Cod. de erog. mil. Et dixi ſupra quæſt. 5. Vnde cum ſit æquiuoca locutio, & iſta dictio habeat varias ſignificationes, & agatur de pęna infligenda accipienda eſt pars benignal. ſi præſes, & leg. ſi de interpretatione ff. de pęnis.

Septimò quæro. An appellatione lapidum veniant lapides præcio-
8 ſi? Dicas quod non vt determinat Bartol. in leg. interdum §. ſpecies ff. de publica per text. in leg. etſi non ſint §. perueniamus ff. de auro, & argent. legat. & ſequitur Bertacch. in Tract. Gabella 2. parte 8. partis quæſt. 10.

Octauò quæro. Quare dicantur lapides præcioſi? Dicit Iſidor. in
9 dict. capit. 6. quod ideo dicti ſunt, quia caro veneunt, ſiue vt ita a vilibus diſcerni poſſint, ſeu quod rari ſint: Omne enim quod rarum eſt magnum & præcioſum vocatur, ſicuti in Samuelis volumine habetur, & ſermo Domini præcioſus erat ideſt rarus.

Nonò quæro. Quid ſi quæratur. An ſint gemmę, vel alij lapides pręcioſi, quomodo, & per quos probabitur? Reſpondeo, quod cum iſta non omnibus communia ſint, ſed certæ conditioni hominum,
10 ideo per mercatores, & artifices, quibus nota ſunt probari debent, & pro cauſa ſufficienti dicet teſtis ſe vidiſſe, & ſcire illius conditionis eſſe: creditur enim ei in hoc, cum nihil contrarium probetur: ſed ſi ſimpliciter diceret ſe vidiſſe, ei non creditur niſi per alia illius conditio doceatur, vt concludit Bartol. in Tractat. de Teſte in cap. rem aliquam.

Decimo quæro. An gemmæ quæ inueniuntur, efficiuntur inuentoris? Reſpondeo diſtinguenda eſſe loca, vbi inueniuntur; Primo dico, quod ſi in littore maris natæ ſint vel a mare eiectæ, vt lapilli, &
11 his ſimiles, & ibi inueniantur, quia in nullius bonis ſunt, iure gentium efficiuntur inuentoris dict. leg. item ff. de rerum diuiſion. & §. item lapilli Inſtit. & vtrobique notatur & not. Bartol. Veron. de ſeru. ruſt. præd. in titul. de litt. maris, niſi eſſent lapilli, vel gemmæ a nautis ob naufragium eiectæ, quia permanēt in dominio proijcientis. §. final. Inſtitut. de rerum diuiſion. ita notat gloſ. in dict. §. item lapilli, & Alber. de Roſat. in dict. leg. item lapilli, & Io. de Plat. in leg. 1. Cod. de naufrag. lib. 11. & not. Maria. Socin. in Rub. de cau. poſſeſſ. & propr. artic. 5. verſicul. quinto per inuentionem, vbi dicit, lapillos, & gemmas & cætera, quę in maris littore inueniuntur iure naturali inuentoris fieri leg. 1. §. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ. & dict. §. item lapilli: Quod eſt intelligendum, vt ipſe dicit de gemmis, & lapillis qui in nullius bonis ſunt, quia in littore maris nati, ſecus ſi illos aliquis amiſiſſet,

Digitized by Google

ſiſſet, quia inuentor tunc reſtituere tenetur, vt not. gloſ. in d. §. item lapilli. Et ſi talis inuentor non veſtitur furtum committit 14. quæſt. 4. capit. ſi quod inueniſti & not. gloſ. in dict. §. item ſi lapilli. Niſi fortè Dominus habuerit pro derelicto, vel inuentor ita vero ſimiliter credat vt dicit gloſ. in capit. ſi quid inueniſti 14. quæſtione 4. & notat in leg. falſus, §. qui alienum, & ibi Bartol. ff. de furt. & notat Maria. Socin. in loco allegato. Si autem gemmæ, vel aliæ res eſſent à Pyratis eiectæ ob naufragium, conceduntur inuentori, qui illas reſtituere non tenetur, vt not. Bald. in auth. nauigia. Cod. de furt. & Ioan. de Plat. in leg. 1. Cod. de naufrag. libr. 11. Secundò dico, quod ſi gemmæ, & lapilli inueniuntur in agro alieno non efficiuntur inuentoris, vt dicit Bald. in dict. leg. 1. colum. 7. verſicul. item quæritur ff. de
12 rerum diuiſion. dicens, quod ſunt Domini agri, & ita etiam dicit Ang. Aret. in dict. §. item lapilli, quia, vt dicit Bald. in dict. leg. 1. quæſtio. 3. diſtinguenda ſunt loca vbi inueniuntur: nam ſi in littore maris præſumuntur nullius eſſe: ſi in alieno agro ſecus. Et idem not. Ang. Aret. in §. nullius Inſtit. de rerum diuiſion. Et notabiliter dicit Bartol. Soz. præceptor meus in leg. 1. in 3. not. ff. de acquirend. poſſeſſ. quod ſi in domo priuati inueniuntur lapilli non conceduntur occupanti, quia præſumuntur aliquando fuiſſe in bonis alicuius, ex qualitate loci.

Vndecimo quæro. An inuentor gemmæ alienæ facta diligenti perquiſitione cuius ſit poſſit illam ſibi retinere? Bartol. in leg. falſus. §. qui alienum ff. de furt. dicit quod ſi putat [illegible] habitam pro derelicto,
13 tunc poteſt licitè illam retinere, & vſu capere titulo pro derelicto: Sed ſi non putat hoc debet eam dare pauperibus pro anima illius, cuius fuit arg. auth. omnes peregrini C. comm. de ſucceſſ. & debet publicè proteſtari, & proclam. facere ſe eſſe paratum reſtituere Domino qui tamen debet dare, ſigna & demõſtrationes arg. leg. 1. ff. de ſeru. fugit. vbi Bartol. Et doctrinam Bartol. tenet Abbas. in cap. cum dilecti de accuſat. & ibi Felyn. colum. 7. Animaduertendum tamen eſt quod Ioann. Fab. Inſtitut. de rerum diuiſion. §. final. dicit, quod ſi nullus in proclamatis tempore comparuerit conſideranda eſt qualitas perſonæ inuentoris, aut enim ille, qui inuenit eſt pauper, & poteſt ſibi retinere, aut eſt diues & debet dare pauperibus pro anima illius, cuius fuit, & allegat Hoſt. in ſumma de pœnit. §. pœna verſicul. quid ſi quis & ſequitur Aret. in d. §. final. Inſtit. de rerum diuiſ.

Duodecimo quæro. Quando cenſeatur quis habere gemmam vel
14 aliam rem pro derelicto? Dicas hoc Primo perpendi ex qualitate proijciendi, vt dicit gloſ. in dict. §. final. Inſtitut. de rerum diuiſion. & in leg. falſus. §. ſi iactum ff. de furt. Et exemplificat, gloſ. & Bartol. in dict. §. ſi iactum, Et Abbas. in dict. cap. cum dilecti colum. 2. Secundò ex cauſa propter quam quis proijcit, vt per Maria. Soz. in d. c. cũ dilecti, & per Fely. ibi col. 2. & in exemplis relatis ab ijs.

Decimo tertio quæro. Quid ſi vnus ex ſocijs inuenerit gemmam,
15 An teneatur illam conſocio communicare? Dominus Petrus de Vbald. in tracta. de ſociet. in quinta parte quæſtio. 7. dicit, quod aut ſunt ſocij itineris, & tunc non tenetur ſecundum Cyp. in leg. tandiu in fine. Cod. pro ſoc. aut ſunt ſocij om-

Digitized by Google

15 nium bonorum, & tunc aut inuenit in littore maris, & tenetur communicare, quia omnia vndecunque quæſita communicantur leg. 3. §. cum ſpecialiter, & leg. cum duobus §. ſocium ff. pro ſoc. aut inuenit in agro alieno, & non tenetur, quia non efficitur inuentoris imo delinqueret ſi ſibi retineret leg. cum quærebatur Cod. vnde vi & ex delicto quæſita non communicantur leg. quod autem §. ex facto ff. pro ſoc. Si vero non ſint ſocij omnium bonorum non tenetur ſocius comunicare, quia ſocietas reſtringitur ad actus ſociales, vt not. Bartol. in leg. ſi patruus ad finem, & ibi Bald. C. comm. vtr. iud. & in leg. 1. §. permittere ff. de itin. actuque priuil.

Decimo quarto quæro, Quid ſi vnus primo vidit gemmam, alius vero appræhendit, cui acquiratur? Reſpondeo illi acquiri, qui primo
16 appræhendit, & in poſſeſſione illius efficitur licet alius primo viderit, quia ad acquirendum lapillum vel gemmam exigitur appręhenſio, nec ſufficit viſus leg. 1. in princip. ff. de acquirend. poſſeſſ. & ibi gloſ. & tenent Bald. & Alber. de Roſat. in leg. item lapilli ff. de rerum diuiſio. & not. Ang. Aret. in dict. §. item lapilli, & Alexand. in dict. leg. 1. colu. 19. verſicul. Quarta opinio, & ibi etiam Iaſ. in 5. not. ff. de acquirend. poſſeſſ. dicens, quod lapilli, & gemmæ non acquiruntur ſola inuentione, & ſolo viſu niſi accedat etiam naturalis appręhenſio per illum textum, & ita tenet Maria. Soz. in dict. verſicul. 5. per inuentionem, & adde quæ dixi ſupra parte proxima quæſt. 40.

Decimo quinto quæro, An dominus gemmæ debeat aliquod præmium inuentori dare? Dicit Bartol. in leg. falſus. §. qui alienum ff. de furt. quod ſi iam eſt inuenta non debet dare præmium aliquod, quia
17 cum ille gratis facere teneatur, accipiendo pecuniam turpiter facit leg. penultim. ff. de cond. ob cau. Si vero non eſt inuenta, ſed inuenienda potes peti præmium inuentionis, vt leg. 2. ff. ad leg. rhod. de iactan. & leg. idem ſi §. ſi ob indicium ff. de condict. ob turpit. cau. Et not. idem Angel. Aret. in §. final. Inſtitut. de rerum diuiſion. Sed ſi pro re inuenienda aliquid inuentor expendiſſet poſſet id licitè petere actione negociorum geſtorum, vt dicit Bart. in d. §. qui alienum.

Decimo ſexto quæro, Quid ſi flumen per alluuionem gemmas adiecerit prædio, an Domini fundi ſint, vel inuentoris? Reſpondeo,
18 quod ſunt domini fundi. Ita determinat Bartol. in princip. ſuæ Tyberiadis exponendo text. in leg. adeo. §. præterea ff. de acquirend. rerum domin. ibi quod per alluuionem, Et ſequitur Maria. Soz. in dict. rub. de cau. poſſeſſ. & propr. artic. 5. quæſtio. 2. principali verſic. tertio per alluuionem, Neque obſtat ſecundum Bartol. tex. in §. item lapilli Inſtitut. de rerum diuiſion. quia loquitur de lapillis in littore maris inuentis, qui in nullius bonis ſunt, hic vero de lapillis agimus, qui prædio noſtro adijciuntur. Prædicta autem procedunt, quando cuius ſint gemmæ vel lapilli ignoratur, alioquin enim dominij noſtri per alluuionem non efficerentur, vt declarat Bartol. vbi ſupra & ita procedat text. in leg. hoc amplius. §. 1. & in leg. 2. de damn. inf. & in leg. ne quid ff. de inc. ruin. & naufrag.

Decimo ſeptimo quæro, Quid de rebus, quas impetus fluminis in alienum agrum proiecit [illegible] vegetes, & ſimilia. An quærantur do-

Digitized by Google

dómino agri? Et quid debeat agere? Feder. de ſenis in conſi. 107. Dominæ Franciſcę, dicit, quod non acquiruntur domino agri, quia non cenſentur habitę pro derelicto, quia a domino non ſunt abiectæ, ſed ruina, & vis fluminis eas abſtulit §. fin. Inſtit. de rerum diuiſi. Et ſic non videntur derelictæ, nec procederet vſucapio. leg. ſi quis merces ff. pro derelict. Sed cum dictæ res noceant domino agri, nec illas agri Dominus poſſit lucrifacere conſilium eſt ſecundum Feder. vt fiat proclamatio in locis vicinis, quod res illæ tollantur infra certum tempus alioquin ex nunc pro derelictis iudicentur haberi, vt in leg. pretor in fine ff. de damn. inf. & præſertim ſi res ſũt viles: ex cauſa namque expelleretur vt not. in leg. 1. C. vt nem. inui. hic autem ſubeſt cauſa, quia nocent
20 iſta rudera agris vicinorum: Securior tamen via eſſet, quod poſt aliquod tempus elapſum a dicto proclamante venderentur dictæ res, & pauperibus erogarentur de vſur. ca. cum tu, cum ſim. Ita dicit Feder. & ſequitur Bartol. Veron. de ſeru. ruſt. præd. in titul. de litt. maris in fine.

Decimo octauo quæro: An vendito gallo cedat emptori lapis præcioſus in eo inuentus? Petrus de Bella pertica in leg. ſed ſi de meis. §.
21 arbor ff. de acquirend. rerum dom. dicit, quod non, quia cum lapis prę-cioſus non inferat nutrimentum gallo non venit in venditione, niſi forte eſſet animal, quod ex illo viueret, vt Structius. Ita refert Maria. Soz. in dict. rubr. de cauſ. poſſeſſ. & & propr. artic. 5. verſicul. 20. dominium nobis quæritur. Eandem opinionem tenet Angel. in ſuo Colybeo in verſicul. venditio ad finem, quia non eſt conſenſum in lapide præcioſo, & allegat dict. leg. ſed & ſi de meis, & refert, & ſequitur Fabian. de monte de emption. & vendition. in 6. quæſtione princip. in 7. membro verſic. ſed an vendito gallo; ſed Maria. Soz. in loco allegato dicit hanc quæſtionem melius decidi ex his, quæ dicuntur, quando eſt error circa rem in quibus diſtinguitur an ſit erratum in corpore rei, an in ſubſtantia rei. Primo caſu ſumus in caſu leg. in venditione ff. de contr. empt. Secundo in leg. in venditionibus §. final. eodem titul. vbi etiam ſubdit, quod quando erratur in pondere, vel menſura rei, tunc ſolũ impeditur dominij tranſlatio in eo, in quo eſt erratum, vt leg. ſi quis vxori. §. ſi maiora ff. de furt. & not. in leg. arbitrio §. deeſſe ff. de dol. Sed quando erratur in nomine proprio non impeditur tranſlatio dominij, vt habetur in dict. leg. in venditionibus cum ſim.

Decimo nono quæro. An margarita, vel lapillus inuentus in capite piſcis venditi cedat emptori? Videtur, quod cedat, quia fructus
22 rei venditæ ſunt pars rei, & cedunt emptori leg. Iulianus. §. ſi fructibus ff. de action. emption. leg. penultim. §. final. ff. quæ in frau. credit. At lapillus generatur in capite piſcis, & in carne oſtreæ præcioſiſſima margarita, vt dicit Iſidor. ethimol. libr. 16. capitul. 10. & ſic eſt pars eius, & fructus eius, & merito cedit emptori dict. leg. Iulianus §. final. Et videtur hoc eſſe de mente Petri de Bella pert. in dict. leg. ſed ſi de meis §. arbor. ff. de acquirend. rerum domin. quem refert Maria. Soz. in dict. verſicul. 20. Et quæ dixi in præcedenti quæſtione militant, quia lapis præcioſus non eſt galli pars, nec in ipſo generatur, vt ibi dixi, quod ſecus eſt in caſu præſenti.

Vigeſimo quæro. An ſtatutum vel conſtitutio Epiſcopi, aut alterius ſuperioris præcipientis, ne aliqua mulier ſub pæna vtatur gemmis, ſiue perlis vltra certum numerum, valeat; Reſpondeo, hu-
23 iuſmodi conſtitutionem ſeu ſtatutum valere, & de ſui natura bonum eſſe, vt concludunt Ioann. Andr. in capit. ea quæ de regul. iur. in mercur. libr. 6. & Alber. de Roſat. in ſecunda parte ſtatutorum quæſtione 198. Petr. de Anchar. in capit. canonum ſtatuta queſtione 11. principali extra, de conſtitut. & Ioann. Baptiſt. de Seuerino in leg. omnes populi in tertia quæſtione princip. verſicul. ſucceſſiuè ff. de iuſt. & iur. Et ſi quæratur an omnis mulier cõtrafaciens pænam incurrat, reſponſio poterit colligi ex dictis præfatorum Doctorum in locis præallegatis, qui diſtinguunt innuptas mulieres a nuptis; Et quo ad innuptas concludunt eas teneri præcisè obedire ſtatuto, & conſtitutioni, alioquin pænã incurrere. Circa nuptas dicunt, quod aut vir expreſsè conſenſit vel tacitè, non præcipiendo contrarium, & tunc mulier debet ſtatutum ſeruare, alias incidit in pænam, ſi vero vir expreſsè prohibeat, & tunc ipſa mulier, quantum eſt in affectu eius proprio debet velle obedire ſtatuto, ſed in effectu debet potius viro obedire, cui immediate, & principaliter eſt adſtricta.

Vigeſimoprimo quæro. Quid ſi mulieres non obſtante prohibitione portauerint perlas; An incurrant pænam. Dicit Matth. in princ. clem. in §. vniuerſitati, & ibi Card. refert. quod non, quia ſtatutum, & conſtitutio Epiſcopi Tirdertini, de qua agebatur, qui excommunicauerat omnes mulieres portantes perlas non fuerit a mulieribus recepta, ſed
24 omnes portauerant perlas, & ſubdit, quod ita fuit determinatum per not. in cap. in iſtis 4. diſtinct. Sequitur Andr. Sicul. inter conſil. Alexand. conſil. 123. libr. 4. column. 3. in fine Iaſon. in leg. rem non nouam ad fin. Cod. de iudic. Bartol. Veron. conſil. 13. ſtante quodam decreto verſicul. tertius caſus, quia ad inducendum vinculum legis requiritur, quod ſit vſu vtentium recepta, vt d. cap. in iſtis, & not. Domi. conſ. 21. ſequuntur ordinationes lib. 11. verſ. 1. caſu.

Vigeſimo ſecundo quæro. An tale ſtatutum de non portandis gemmis, vel perlis, liget forenſem? Bald,
25 in l. cunct. populos C. de ſum. trin. & fid. cath. dicit forenſem habere iuſtam cauſam ignorantiæ talis ſtatuti prohibentis portare gemmas, vel perlas, & excuſari a pæna ſtatuti leg. fin. ff. de decr. abord. fac. & refert, & ſequitur Ioan. Bapt. de ſancto Seuerino in d. l. cunctos populos col. 84. verſ. 4. & vltimo.

Vigeſimo tertio quæro. An mulier portans perlas fictas incurrat pænam dicti ſtatuti? Bart in l. 1. §. hoc
26 interdictum ff. de font. dicit, quod non, quia ſtatutum debet intelligi de veris perlis, & naturalibus, non de fictis, & compoſitis arg. d. §. & ſequitur Bartol. Veron. de ſeru. ruſt. præd. titul. de ſeruit. aquæ hauſtus quæſt. 7. dicens, quod ita alias iudicauit in Ciuitate Veronę, quam decisionem Bartol. refert Lud. Roman. in l. ſi vero §. de viro fallent. 42. ff. ſolut. matr. allegans contra ipſam l. vellera C. de veſtib. oleb. lib. 11. vbi Ioa. de Plat. refert, & ſequi videtur opinionem Bartol. in d. §. hoc interdictum.

Vigeſimo quarto quæro. An portare perlas prohibitas ſit proprie
27 delictum? R. ſpondeo, quod non, ſed quædam abuſo, vt dicit Cyn. in conſil. incip. in ſtudio Azard. & talis

lis abuſio eſt leuis, & ideo propter
eam non eſſet quis in corpore pu-
niendus, vt not. Bald. in l. quicun-
que C. de ſeru. fugit. & hæc ſtatuta
cum videantur irrationabilia non
debent extendi, vt dicit Bald. in l.
quod non ratione ff. de legibus, &
Bart. Veron. in d. titul. de ſeru. aquæ
hauſtus col. fin.

Vigeſimo quinto quæro. Quid ſi
mulier fuit viſa portare perlas, &
non appræhenſa, An incidat in pœ-
8 nam ſtatuti? Bald. in l. item lapilli
in fine ff. de rerum diuiſi. dicit, quod
ſi ſtatutum puniat mulieres artifi-
cum inuentas portare perlas, &
fuerint viſæ deferre perlas, non ta-
men appræhenſæ non incidunt in
pœnam, quia requiritur, quod fue-
rint actu appræhenſæ l. ſi barſato-
rum Cod. de fideiuſs. ſequitur Iaſ.
in leg. 1. colum. 3. verſi. Tertio adde
ff. de acqu. poſſeſſ. & Aug. de Arim.
in add. ad Ang. de Malef. in verbo,
& dictus Andreas armatus, & Ale-
xand. conſ. 216. ponderatis his lib. 6.
poſt Ang. in l. qui ſeruum ff. de ver-
bor. obligat. qui teſtatur hoc ſeruari
de conſuetudine.

Vigeſimo ſexto quæro. An ioca-
lia, vt perlę, & ſimilia, quæ dantur
per partem filię tempore nuptia-
rum imputentur filię in legitimam?
Alexand. in conſ. 27. videretur pri-
ma conſideratione dicendum lib. 5.
29 conſuluit, quod imputentur. Pri-
mo, quia fuit datio ob cauſam, ſci-
licet matrimonij contrahendi, ergo
[illegible] imputari id legitimã per do-
[illegible]m Bart. in l. in quartam ff. ad
[illegible] in pen. col. Secundo, quia cum
[illegible]t de acceſſorijs ipſius dotis
[illegible]udicari de ijs, prout de ipſa
[illegible] inter ſocerum. §. cum inter ff.
[illegible] dot. & l. etiam Cod. de iure
[illegible]icet talia bona non gaudeãt
priuilegijs dotis, non tamen ſequi-
tur, quod non debeat in legitimam
imputari, quoniam donatiõ propter
nuptias non gaudet illis priuilegijs,
quibus gaudet dos, tamen imputa-
tur in legitimam, ſicut dos, vt d. leg.
quoniam in nouella, vt etiam con-
cludit Fabian. de Monte in authen.
nouiſſima cap. de inoffic. teſt. in 8.
quæſt. princip. verſic. quarto quæri-
tur, & ibi Iaſ. in notab.

Vigeſimo ſeptimo quæro. An
gemmæ & ſimilia iocalia quę a ſpõ-
ſo ſponſę donantur ſint ipſius ſpon-
ſæ? Pro ſolutione dico, quod aut io-
calia huiuſmodi donantur ſponſæ
de futuro, & valet donatio leg. cum
30 te, & l. ſi cum ante cum ſequ. Cod.
de donat. ant. nupt. l. cum hic ſtatus
§. ſi ſponſus, & §. ſi quis ſponſum &
leg. ſi ſponſus ff. de donat int. vir. &
vxor. & eſt irreuocabilis ſi ſequatur
poſtea matrimonium: ſecus ſi non
ſequatur l. cum vterum C. eod. titu.
Et ita ſupra hoc primo membro di-
ſtinctionis conſuluit Cornel. conſil.
114. in hac conſultatione lib. 4. Aut
fuit facta donatio deſponſatæ per
verba de præſenti, & illa non valet
l. ante penult. ff. de donat. int. vir. &
vxo. niſi ſponſa illa nondum ſit viri
potens vt eſt caſus ſing. in d. l. ante
pen. & firmat Ludu. Roma. in conſ.
146. Ita quæſtio verſic. ſecunda au-
tem dubitatio. Aut dubitatur an fue
rit facta ſponſæ de futuro, vel de
præſenti, & tunc aut eſt facta in do-
31 mo ſponſæ, & præſumitur facta, vt
ſponſę de futuro, & valet, aut in do-
mo ſponſi, & tunc præſumitur dona
tum, vt ſponſæ de præſenti poſt ma-
trimonium contractum, & non va-
let leg. cum in te Cod. de donat. ant.
nupt. vbi ita dicit Bald. & ad caſum
in d. l. cum item, remittit ſe in caſu
dubio Ludu. Roman. in dict. conſil.
Quid autem ſi in itinere fiat ante-
quam ſit in domo viri an teneat?
ponunt hanc quæſtionem Azor. in
ſumma Cod. de donat. ante nupt. &

gloſ. in d. leg. cum in te, Et Bartol. Soz. in conſ. 123. Suprafcripti præſtantiſſimi Iureconſulti libr. 1. & ibi concludunt donationem factã ſponſæ de præſenti non tenere, quamuis non ſit ducta in domum viri, & hãc eſſe communem opinionem.

Vigeſimo octauo quæro. Quid de iocalibus, & perlis, & ſimilibus tranſmiſſis per virum vxori an ſoluto matrimonio ſint reſtituenda per vxorem, an vero eidem cedant? Re-
32 ſpondeo, quod ſunt hæredibus viri reſtituenda, quia non cenſentur donata, ſed magis commodata, vt ornatior accedat ad virum leg. mortis cauſa ff. de donat. int. vir. & vxo. Ita concludit Bartol. in leg. ſi vt certo §. interdum ff. comm. Ludo. Roman. in dict. conſil. 146. ſuperius allegato, & eſt communis opinio Doctorum, vt dicit Cornel. in conſ. 81. Primus conſultationis articulus lib. 1. in conſil. 65. conſuluit Dominus Bald. libr. 4. & ita tenet Angel. Aret. in §. fuerat Inſtit. de actio. & conſuluit etiam Gu. de Peruſio in conſ. incip. Ser lippus.

Vigeſimo nono quæro. Quid ſi ſunt donata a ſocero nurui conſtante matrimonio? Reſpondeo, quod licet donatio non valeat conſtante matrimonio leg. 1. & per totum ff. de donat. int. vir. & vxor. tamen confirmatur morte ſi interuenit traditio, vel aliquid loco traditionis leg. donationes quas parentes Cod. de donat. l. Papinianus vbi Bartol. ff. eodem titul. & præſumitur facta traditio ſi reperiantur apud vxorem. Si ergo maritus, vel ſocer deceſſerint ſuperſtite vxore, & dictæ gemmæ, & iocalia donata reperiantur penes vxorem ſunt di-
33 ctę vxoris, nec reſtituendæ ſunt hęredibus donatoris. Et ſimiliter prædictæ procedunt in donatis per ſocrum nurui ſi dicta ſocrus deceſſit, maximè, quia præſumuntur fuiſſe de bonis ſoceri eiuſque mariti per leg. quintus ff. de donat. int. vir. & vxo. Et ita concludit Corn. in conſil. 114. in hac conſultatione verſicul. quantum autem lib. 4.

Trigeſimo quæro. An huiuſmodi iocalia perlæ & ſimilia tranſmiſ-
34 ſa per ſocerum nurui, cenſeantur donata? Reſpondeo, quod non, quia cenſentur tranſmiſſa, vt magis ornata incedat, vt dicimus in marito, vt per Bald. in l. cum te Cod. de donat. ante nupt. quæ ratio militat, quando ſocrus, vel ſocer tradunt iocalia nurui, imo multo magis cũ non ſit paraffectio inter ſocerum, vel ſocrum, & nurum prout inter coniuges, qui duo cenſentur in cãrne vna cap. gaudemus extra. de diuort. & Geneſis 2. cap. ad finem, & Matth. capit. 13. Et ideo traditio facta de perlis, & alijs iocalibus cenſetur in dubio facta, vt magis ornata incederet, & non animo donandi, & per conſequens ſunt reſtituendæ hæredibus donantium in quorum dominio remanſerunt, Et ita conſuluit Cornel. in dict. conſi. cap. 14. ad finem lib. 4.

Trigeſimo primo quæro. Quid de iocalibus, & alijs donatis vxori a cõſanguineis tempore nuptiarum. An ſoluto matrimonio ſint reſtituẽda? Reſpondeo, quod aut ſunt donata à conſanguineis viri eius contemplatione videntur donata, & acquiruntur viro, & eius hæ[illegible] bus debent reſtitui, Aut ſun[illegible]
35 ta a conſanguineis vxoris, [illegible] contemplatione cenſentur [illegible] ſibi acquiruntur & non ſi[illegible] tuenda. Ita concludit Bart[illegible] ſed & ſi plures §. in arrog[illegible] [illegible]or- vulg. & pupil. quem ſe[illegible] [illegible]rie Ioann. de Imol. Et lice[illegible] [illegible] impugnet opinionem B[illegible] [illegible]n tamen ſequuntur Alexand. & Iaſ.

in

in dict. §. in arrogato & Ang. Aret. column. 34. §. fuerat verſicul. quid erit Inſt. de actio. Et intellige, quod quando a conſanguineis mariti dãtur non eſt differentia an ſit res, quę conueniat mulieri vt ornamentum perlarum in capite, vel conueniat viro, vt arma, quia mens dantis videtur eſſe ſemper vt ſit mariti, nam & maritus quandoque concedit vxori, vt ornatior vadat, non vt ſit ſua ſecundum Imol. ibi quicquid ibi dicat Angel. Ita dicit Dominus Philippus Lucenſis in dict. §. in arrogato, & opinionem Bartol. ſequitur etiam Cappell. Toloſa. in addit. quæſt. 336.

Trigeſimo ſecundo quæro. Quid de iocalibus datis meretrici, vel alteri mulieri per amaſium, An acqui-
36 rantur eis? Reſpondeo, quod meretrici acquiruntur, & de illis diſponere poteſt tam eleemoſinam faciẽdo, ut not. Angel. & Paul de Caſtro in leg. 1. §. ſed quod meretrici ff. de cond. ob turp. cau. & Cyn. & Bald. in leg. 2. C. eodem titul. quam etiam teſtando, ut notat Bartol. in leg. 1. C. eodem titul. ſecus tamen eſt in alia muliere, quę non eſſet meretrix ſecundum Paul. Caſtr. in dict. §. ſed quod meretrici, nam licet dans non repetat, repetit tamen, & aufert ab ea fiſcus leg. Lucius ff. de iure fiſc. & gloſ. in leg. 2. Cod. de cond. ob turp. cau. Quod multum extollit Ang. in dict. leg. 2. C. eodem contra mulieres habentes amaſios a quibus extorquet iocalia aurea, & argentea, nam de his non poſſunt teſtari, aut diſponere, quia fiſcus aufert. Adde gloſam in leg. eamque & ibi Cyn. C. de donat. ante nupt. & ita concludit Iaſon. in d. §. ſed quod meretrici.

Trigeſimo tertio quæro. An tutor poſſit vendere perlas, vel alia iocalia pupilli ſine ſolemnitatibus requiſitis? Maria. Soz. in conſil. incipit. In cauſa Ioannis, & Alexandri verſicul. Item ex prædictis, conſul-
37 uit, quod non dicens clarum eſſe, Tutorem non poſſe ſolum ſine decreto iudicis, & ſine ſolemnitatibus ſtatutorum vẽdere iocalia, vel perlas, vt eſt text. in leg. lex quæ Tutores C. de admin. tuto. & hoc ibi not. Bartol. de Salyc. quia ſunt res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ideo tutor illas alienare non poteſt leg. tutelã, & d. l. lex quæ tutores ff. de admin. tutor.

Trigeſimo quarto quæro. Quid ſi peto margaritas, an debeam dicere numerum, vel pondus? Reſpondeo,
38 quod margaritis groſſis, quæ venduntur ad numerum debet dici numerus leg. ſi quis. §. ſi linea margaritarum ff. de furt. Sed de margaritis minutis debet dici pondus, vel menſura. Ita dicit Bartol. in dict. §. ſi linea.

DE FERRO ET ARMIS.
Titulus Septimus.

S V M M A R I A.

1 *ARma vnde dicta.*
2 *Armorum lata appellatione veniunt offenſiua, & defenſiua, ſed de ſtricta appellatione veniunt offenſiua, & ſola ad offendendum parata.*
3 *Dentes non veniunt ſtricta appellatione Armorum.*
4 *Neque fuſtes, nec lapides, neque gladij ad panem incidendum, nec ad acuendum calamos.*
5 *Niſi animo offendendi parata ſint.*
6 *Arma ad Caſtri defenſionem neceſſaria Caſtri legato cedunt.*
7 *Supellectilium appellatione non veniunt Arma.*
8 *Arma facere, retinere, vel vendere Iure non licebat niſi deputatis à Principe & nu. 10. & 11.*
9 *Sed contrarium eſt de conſuetudine.*
12 *Inimicis arma vendere non licet.*
13 *Ferre arma nemini licet de Iure.*
14 *Pœna Iuris eſt pecuniaria, & armorum amiſſio.*
15 *Limitatur in gladijs ad panem incidendum, & acuendum calamos.*
16 *Niſi animo offendendi ferantur.*
17 *Limitatur ſecundo in Priuilegio, veluti publici officiales, Cubicularij Principis vel Auguſtæ, Equites, Milites, & Doctores.*
18 *Et qui expreſſam facultatem habent à poteſtatem habente.*
19 *Qui duas habet dignitates, quarum ob ſingulas, Vni arma ferre concedere poſſit, non vni tantum, ſed duobus concedere poterit.*
20 *Mercatores in itinere arma ferre poſſunt.*
21 *Arma ferre ſubditi à Principe poſſunt compelli.*
22 *Statutum arma ferre ſub pœna generaliter prohibens comprehendit maſculum, & fœminam.*
23 *Et Religioſos.*
24 *Et Forenſes.*
25 *Et non patientes ſe inquiri à familia.*
26 *Et noctu ab ea fugientes.*
27 *In pœna Statuti non incidunt inuenti ſub porticu, vel ſtillicidio ſuæ Domus.*
28 *Si porticus vel ſtillicidium Domui cohæret, & non eſt in aperto vel publico.*
29 *Et qui redeunt à Bannitis fugandis vel occidendis.* ...ff.
30 *Niſi poſt longum interuallum i[...]ti ſint.*
31 *Et Itinerantes.*
32 *Et qui cum armis inuent[...] ſunt, ſi Statutum de inue[...]quatur.* ...or-
33 *Et inuenti ſed non apprehenſ[...]rie.*
34 *Et portantes ea, quæ no[...] [...]niunt ſtricta appellatione armorum.*

35 Ca-

35 *Captus propter arma ſub cautione debet relaxari ab officiali.*

36 *Malus officialis tenetur actione iniuriarum ad pœnam 50. aureorum.*

37 *Etiam ſi quis fideiuſſor coniunctus vel filius, vel ſimiliter captus offeratur.*

38 *Et ſi capta eſt mulier ſtabitur eius iuratoriæ cautioni.*

39 *Enſe penes quatuor inuentus in Terra propinquior condemnabitur.*

40 *Captus propter arma de alijs delictis inquiri poteſt iuxta qualitatem perſonæ.*

41 *In condemnatione propter arma non requiritur proceſſus, ſi Iudex de quolibet delicto Proceſſum facere teneatur.*

43 *Offendere cum armis dicitur qui habet arma licet his non ſit vſus.*

44 *Offendere cum hominibus Armatis non dicitur qui offendit cum vno homine armato.*

45 *Offendens mulierem Cultro lanionis qua pœna puniatur, ſi ſtatuto caueatur offendentem tali cultro eſſe occidendum, & alio ſtatuto, quod offendens mulierem dimidium pene euadat, quam offendens maſculum.*

NVnc de ferro videndum eſt, & de ijs, quæ ex ferro fiunt. quæ nihil habent diuerſum ab eo, quod de alijs Metal-
6 S/ [illegible]
cuſque diximus præter armo[rum m]ateriam. Igitur de armis ali-
7 [illegible]
[te]rtractabimus.

[Pri]mo de nomine ac definitio-
mus [illegible]
[ne qu]æſtione prima, & ſecun-
Sed qu[illegible] qua[illegible]
[Secu]ndò de Armorum vſu quæſ. 1. [illegible] 3. 4. 5. 6.

Tertiò de modo agendi circa inuentos cum armis quæſtione 7. 8 9. 10.

Quartò de quibuſdam delictis cum armis quæſtione 11. 12. & 13.

Primò quæro, Vnde dicantur arma, & quod veniat appellatione Armorum. Reſpondetur ad primum Ab armis ideſt ab humeris
1 dicta eſſe ſecundum Iſidorum libr. 16. Æthymolog. capitul. 5. quod eos ſe tegant, vel ab ijs pendeant, Aut ſecundum Varronem ab arcendo, quod ijs arceantur hoſtes. Ad ſecundum dic quod armorum appellatio largè, &
2 ſtrictè intelligitur, largè veniunt omnia ea quibus defendi & offendi poſſumus leg. armatorum, & leg. penultim. §. primo ff. de vi publ. §. armorum Inſtitut. de interd. Azzo. in ſumma leg. vt armorum vſus libr. 11. ſed ſtricta & propria ſignificatione arma dicuntur ea, quæ ad offendendum parata ſunt Ioann. Andr. In Clem. 1. in verbo arma de ſtatu Monac. Alber. de ſtatut. parte ſecunda quæſtione 115. incip. Item quæritur Angelus in lege ſi de pignore §. qui furem ff. de furt. & de Maleſ. in verbo vno flocco vbi Auguſtin. de Arimino in additionibus Roman. in leg. prima §. occiſorum ff. ad Sillenia. Amod. de Caſtel. in Tractat. de Sindicatu in verbo inquirendo pro armis, Cornel. conſil. 199. In hac conſultatione libr. 4. Er ideo vbi armorum appellatio ſtrictè ſit accipienda, quemadmodum in ſtatuto neque lorica neque alia, quæ ad offendendum parata ſunt compræhendentur ſecundum Doctores prædictos & Aret. in §. Recuperandæ Inſtitut. de interd. neque ea quæ ad aliud quam ad offendendum parata ſint, licet ad offendendum ſint apta, veluti dentes, quibus ſi quis aliquem

mor-

morderit non punietur pæna offen-
3 dentis armis, cum Arma non ſint,
ſed pars corporis, & ita punietur,
vt percutiens manu vacua leg. 1. ff.
de Var. & extraord. cog. leg. cui
dens ff. de Edilit. edic. Bartol: conſi.
108. ſtatuto Caſtri cum ſupra adie-
ctio ſimiliter nec fuſtes nec lapides
4 comprӕhenduntur ſub armis DD.
qui ſupra, & Leazzar. in 8. clem. 1.
& Felyn. in cap. quorumdam de Iu
dic. Neque gladioli ad incidendum
panem, vel acuendos calamos para-
ti Plat. in Rubr. C. de Fabricenſ. &
in l. 1. C. vt arm. vſus libr. 11. neque
ligones, ſecures, ceteraq; iſta ad li-
gna incidenda parata ſecundum
5 DD. prædictos. Limitatur prædicta
non habere locum ſi talia Inſtru-
menta animo offendendi ferrẽtur,
Veluti ſi quis accruum lapidum ad
feneſtram ſtatuiſſet, vt inde Viato-
res percuteret, Nam tunc talis pu-
niretur æquè ac ſi armis offendiſſet,
vel ſaltem pæna arbitraria Faber in
§. penult. Inſtitut. de Interd. Ang.
in conſ. liuotius cũ ſupra deductis.

Secundò quæro, e conuerſo an
arma ſub aliquo alio nomine com-
prӕhendantur Veluti Caſtri, vel ſu-
pellectilis, ita vt horum aliquo le-
6 gato, vel conceſſo arma ad offenſio-
nem Caſtri ibi poſita licet non affi-
xa legato vel conceſſione cedunt,
quæ vero ad huiuſmodi defenſio-
nem non ſunt nõ cedunt legato ſeu
conceſſione leg. generaliter §. vxo-
ri ff. de vſufr. leg. quæſitum §. ſi quis
ff. de fund. Inſtr. Ioan. Andr. in ad-
dit. ad ſpecul. de Iuriſd. omn. Iud.
verſicul. quæ autem in fine & Bald.
in l. 1. §. ſi quis colum. 7. de conſtit.
Princ. Iaſ. in l. beneficium colum. 2.
ff. de conſt. Princ. Anchar. & Butr.
& Im. in cap. cum dilecti de donat.
Oldr. conſil. 189. Quo ad ſupellecti-
lia arma non veniunt appellatione
ſupellectilium, neque tali legato
vel conceſſione continentur Bart. in
l. ſupellectili in princ. ff. de ſup. leg.
Aret. de Teſtam. in verbo Item reli-
quit maſſeritias ſuas; Marſ. in ſua
prat. crim. in §. & pro complemento
verſic. 2.

Tertio quæro, An liceat vnicui-
que facere arma an habere, an eme
re, vel vendere. Reſpondetur, quod
de Iure hijs tantum licebat, qui ad
8 id a Principe deputati erant, qui fa-
bricenſes appellabantur, quibus plu
rima munera, & immunitates ob ta
le artificium erant conceſſa, de qui-
bus totus eſt titulus C. de fabric. lib.
11. vbi Azo. Bar. Plat. & alij, ſed hoc
hodie non obſeruatur, nec tales fa-
bricenſes ſunt in vſu, & quilibet ad
9 libitum fabricat arma, vt docet Bar.
ibi eodẽ modo nec habere arma nec
10 retinere illa domi de Iure licebat,
niſi hijs quibus a Principe permiſ-
ſum erat, ſed in locis publicis pone-
bantur Bart. in l. 1. ff. de vi pub. Nec
11 emere nec vendere illa quilibet po-
terat, ſed hijs tantum quibus voluiſ-
ſet Princeps permittere, ſed hæc Iu-
ris obſeruatio non eſt in vſu, vt di-
12 ximus ſupra, quod tamen limitatur
in venditione, quæ infidelibus, vel
Chriſtiani nominis inimicis fiat,
quoniam talis prohibitio ſemper vi
get, Et ſi quis ea vẽdat inimicis, vel
ad illos deferat punitur triplici pæ-
na. Prima, quod ipſo facto ſunt ex-
comunicati. Secũda, quod Bona eo
rum ipſis auferuntur, & publican-
tur. Tertia, quod capientium eos ſer
ui fiunt l. 2. C. quæ res exp. non deb.
l. 1. vbi Plat. & alij C. de lit. & in cuſt.
l. 12. c. ita quorũdam vbi Io. And. &
Abb. 2. notab. & c. ad liberãdum de
Iudi. Alex. conſ. 130. ſuper eo, quod
quæritur lib. 7. Domin. de S. Gemin.
conſil. 35. Gens eſt infidelium lib. 2.
Rationem aſſignant, quia ex ipſis
armis inimici fortiores contra [illegible]
eſſe poſſent, & in prælijs victores.

Quar-

Digitized by Google

Quarto quæro, An liceat priuatis
hominibus quibuslibet arma ferre:
Reſpondetur, quod hoc eſt expreſ-
ſe, ac nouiſſimè prohibitum per Iu-
13 ſtinianum in Auth. de armis. Ra-
tio colligitur ex d. Auth. vt homi-
nibus duplex ſupplicium auferatur,
alterum quo ſe inuicem lędunt &
aliquando in alterum quo a legibus
ob ea delicta puniuntur. Pœna vero
14 qua plectuntur aduerſantes tali Au
thent. eſt pecuniaria, & armorum
amiſſio, vt per Bart. in l. 1. qu. 2. ff. de
vi publ. gloſ. & DD. in Rubr. C. de
fabric. & in leg. 1. Cod. vt arm. vſus
lib. 11. & Archid. in cap. 1. 23. quęſt.
2. & Caccialup. in leg. cunctos po-
pulos column. 83. Cod. de ſum. Tri-
15 nit. limitatur primo hæc diſpoſitio,
vt non compræhendat gladios ad
panem incidendum, vel acuendos
calamos, vel eos quibus ad alium
vſum, quam ad dimicandum vta-
mur, vt dict. Authent. verſicul. ſolos
autem, & facit gloſ. in dict. Rubr.
Cod. de fabric. & alij ſupra relati,
quod tamen ſublimatur, & decla-
16 ratur dummodo non præcipuè of-
fendendi cauſa ferant, vel nimis ma
gni gladij eſſent. Vnde id argui poſ-
ſet, quoniam tunc non aliter quam
de armis iudicantur. Abb. in capit.
lator de Homicid. & in cap. Enſe de
vita & honeſtat. Clericor. in quo
conſuetudo loci, & qualitas eo-
rum, qui gladios ferunt inſpicienda
eſt argum. l. 1 §. expilatores ff. de...
vat ...um ſatis §. caueant. ff. de agric.
ru ...nſ. leg. quod ſi nolit §. aſſidua
6 *Salin* ...dilit. edic. Secundo limitatur
tur ...ocedat prohibitio in ijs qui-
7 *Mur* ...c ex priuilegio conceſſum eſt
rupt ...plicitè, ſiue explicitè. Impli-
mus ...ut ſi quis dignitate aliqua
8 *Sed quo* ...ur, ob quam ferre arma li-
que ſ... uti officiales publici leg. 3.
...c offic. præf. vig. vel Cu-
bicularij Principis vel Auguſtæ leg.
final. Cod. de præfat. ſacr. cub. libr.
12. vel equites, aut milites, & alij
ſimiles Cod. vt armorum vſus libr.
11. vel Doctores aut Medici leg. Me
dicos, vbi Bartol. & Plat. Cod. de
Profeſ. & med. lib. 10. & Alexand.
in leg. 1. Cod. de dignit. lib. 12. ſiue
actu legentes, ſiue aliter facultatem
exerceant Caccialup. de debit. fug.
quæſtione 5. principali verſicul. 4.
Marian. Socin. in Rub. de dilation.
art. quæſtione 17. fallent. 12. Expli-
citè veluti ſi expreſsè licentia feren
di aliqua arma concedatur vel à
Principe vel ab eo, qui ſimilem ha-
beat authoritatem, Veluti Epiſcopi
Bald. in dict. leg. 3. §. final. ff. de offi.
præf. vig. Vel Comites cap. 1. §. ad
palatium de pace tenend. In hoc au
tem ſciendum eſt, quod ſi quis ob
19 vnam dignitatem vni poſſit conce-
dere facultatem ferendi arma, alte-
ri vero ob alteram, vel aliud priui-
legium, non vni tantum, ſed duo-
bus arma ferendi facultatem con-
cedere poterit vt dixit alleg. 99. Co-
mune Florentiæ ſequitur Felyn. in
capit. cum olim column. prima Ex.
de re iud. Tertio limitatur vt non
procedat prohibitio dictæ Authent.
20 in Mercatoribus peregre profici-
ſcentibus, & alijs extraneis prouin-
cias peragrantibus vt cap. 1. §. Mer-
cator de pace tenen. Plat. & alij
in dict. leg. prima Cod. vt arm.
vſus.

Quintò quæro, e conuerſo an co-
gatur aliquis portare arma? Reſpon
detur ſi Princeps id iubeat, vel alius
poteſtatem habens tenentur ſub-
diti mandatis parere dominorum,
Et ideo ſi iubeantur populi arma
appræhendere, vt fit in bellis, vel
armorum Tumultibus debet qui-
libet non legitimè impeditus com-
parere armatus, vt iubetur vel ex-
21 pediens erit, Plat. in leg. nullus
C. de fabric. lib. 11. & leg. curſu C.

de

15 nium bonorum, & tunc aut inue-
nit in littore maris, & tenetur com-
municare, quia omnia vndecunque
quæſita communicantur leg. 3. §.
cum ſpecialiter, & leg. cum duo-
bus §. ſocium ff. pro ſoc. aut inue-
nit in agro alieno, & non tenetur,
quia non efficitur inuentoris imo
delinqueret ſi ſibi retineret leg. cum
quærebatur Cod. vnde vi & ex de-
licto quæſita non communicantur
leg. quod autem §. ex facto ff. pro
ſoc. Si vero non ſint ſocij omnium
bonorum non tenetur ſocius comu
nicare, quia ſocietas reſtringitur ad
actus ſociales, vt not. Bartol. in leg.
ſi patruus ad finem, & ibi Bald. C.
comm. vtr. iud. & in leg. 1. §. per-
mittere ff. de itin. actuque pri-
uil.

Decimo quarto quæro, Quid ſi
vnus primo vidit gemmam, alius
vero appræhendit, cui acquiratur?
Reſpondeo illi acquiri, qui primo
16 appræhendit, & in poſſeſſione illius
efficitur licet alius primo viderit,
quia ad acquirendum lapillum vel
gemmam exigitur apprehenſio, nec
ſufficit viſus leg. 1. in princip. ff. de
acquirend. poſſeſſ. & ibi gloſ. & te-
nent Bald. & Alber. de Roſat. in
leg. item lapilli ff. de rerum diuiſio.
& not. Ang. Aret. in dict. §. item la-
pilli, & Alexand. in dict. leg. 1. colu.
19. verſicul. Quarta opinio, & ibi
etiam Iaſ. in 5. not. ff. de acquirend.
poſſeſſ. dicens, quod lapilli, & gem-
mæ non acquiruntur ſola inuentio-
ne, & ſolo viſu niſi accedat etiam
naturalis apprehenſio per illum tex
tum, & ita tenet Maria. Soz. in dict.
verſicul. 5. per inuentionem, & ad-
de quæ dixi ſupra parte proxima
quæſt. 40.

Decimo quinto quæro, An do-
minus gemmæ debeat aliquod præ-
mium inuentori dare? Dicit Bar-
tol. in leg. falſus. §. qui alienum ff.
de furt. quod ſi iam eſt inuenta non
debet dare præmium aliquod, quia
17 cum ille gratis facere teneatur ac-
cipiendo pecuniam turpiter facit
leg. penultim. ff. de cond. ob cau.
Si vero non eſt inuenta, ſed inue-
nienda potes peti præmium inuen-
tionis, vt leg. 2. ff. ad leg. rhod. de
iactan. & leg. idem ſi §. ſi ob indi-
cium ff. de condict. ob turpit. cau.
Et not. idem Angel. Aret. in §. final.
Inſtitut. de rerum diuiſion. Sed ſi
pro re inuenienda aliquid inuentor
expendiſſet poſſet id licitè petere
actione negociorum geſtorum, vt
dicit Bart. in d. §. qui alienum.

Decimo ſexto quæro, Quid ſi
flumen per alluuionem gemmas a-
diecerit prædio, an Domini fundi
ſint, vel inuentoris? Reſpondeo,
18 quod ſunt domini fundi. Ita de-
terminat Bartol. in princip. ſuæ Ty-
beriadis exponendo text. in leg.
adeo. §. præterea ff. de acquirend.
rerum domin. ibi quod per alluuio-
nem, Et ſequitur Maria. Soz. in
dict. rub. de cau. poſſeſſ. & propr.
artic. 5. quæſtio. 2. principali verſic.
tertio per alluuionem, Neque ob-
ſtat ſecundum Bartol. tex. in §. item
lapilli Inſtitut. de rerum diuiſion.
quia loquitur de lapillis in littore
maris inuentis, qui in nullius bonis
ſunt, hic vero de lapillis agimus,
qui prædio noſtro adijciuntur. Præ-
dicta autem procedunt, quando
cuius ſint gemmæ vel lapilli igno-
ratur, alioquin enim dominij non,
per alluuionem non efficerentur, vt
declarat Bartol. vbi ſupra & ita pro-
cedat text. in leg. hoc amplius. §. 1.
& in leg. 2. de damn. inf. & in leg.
ne quid ff. de inc. ruin. & nau-
frag.

Decimo ſeptimo quæro, Quid
de rebus, quas impetus fluminis in
alienum agrum proiecit, [illegible]
vegetes, & ſimilia. An quærantur
do-

Digitized by Google

dómino agri? Et quid debeat agere? Feder. de fenis in conſi. 107. Dominæ Franciſcę, dicit, quod non acquiruntur domino agri, quia non cenſentur habitę pro derelicto, quia a domino non ſunt abiectæ, ſed ruina, & vis fluminis eas abſtulit §. fin. Inſtit. de rerum diuiſ. Et ſic non videntur derelictæ, nec procederet vſucapio. leg. ſi quis merces ff. pro derelict. Sed cum dictæ res noceant domino agri, nec illas agri Dominus poſſit lucrifacere conſilium eſt ſecundum Feder. vt fiat proclamatio in locis vicinis, quod res illæ tollantur infra certum tempus alioquin ex nunc pro derelictis iudicentur haberi, vt in leg. prętor in fine ff. de damn. inf. & præſertim ſi res ſũt viles: ex cauſa namque expelleretur vt not. in leg. 1. C. vt nem. inui. hic autem ſubeſt cauſa, quia nocent
20 iſta rudera agris vicinorum: Securior tamen via eſſet, quod poſt aliquod tempus elapſum a dicto proclamante venderentur dictæ res, & pauperibus erogarentur de vſur. ca. cum tu, cum ſim. Ita dicit Feder. & ſequitur Bartol. Veron. de ſeru. ruſt. præd. in titul. de litt. maris in fine.

Decimo octauo quæro: An vendito gallo cedat emptori lapis præcioſus in eo inuentus? Petrus de Bella pertica in leg. ſed ſi de meis. §.
21 arbor ff. de acquirend. rerum dom. dicit, quod non, quia cum lapis pręcioſus non inferat nutrimentum gallo non venit in venditione, niſi forte eſſet animal, quod ex illo viueret, vt Struthius. Ita refert Maria. Soz. in dict. rubr. de cauſ. poſſeſſ. & & propr. artic. 5. verſicul. 20. dominium nobis quæritur. Eandem opinionem tenet Angel. in ſuo Colybe-[illegible] verſicul. venditio ad finem, quia non eſt conſenſum in lapide præcioſo, & allegat dict. leg. ſed & ſi de meis, & refert, & ſequitur Fabian. de monte de emption. & vendition. in 6. quæſtione princip. in 7. membro verſic. ſed an vendito gallo; ſed Maria. Soz. in loco allegato dicit hanc quæſtionem melius decidi ex his, quæ dicuntur, quando eſt error circa rem in quibus diſtinguitur an ſit erratum in corpore rei, an in ſubſtantia rei. Primo caſu ſumus in caſu leg. in venditione ff. de contr. empt. Secundo in leg. in venditionibus §. final. eodem titul. vbi etiam ſubdit, quod quando erratur in pondere, vel menſura rei, tunc ſolũ impeditur dominij tranſlatio in eo, in quo eſt erratum, vt leg. ſi quis vxori. §. ſi maiora ff. de furt. & not. in leg. arbitrio §. deeſſe ff. de dol. Sed quando erratur in nomine proprio non impeditur translatio dominij, vt habetur in dict. leg. in venditionibus cum ſim.

Decimo nono quæro. An margarita, vel lapillus inuentus in capite piſcis venditi cedat emptori? Videtur, quod cedat, quia fructus
22 rei venditæ ſunt pars rei, & cedunt emptori leg. Iulianus. §. ſi fructibus ff. de action. emption. leg. penultim. §. final. ff. quæ in frau. credit. At lapillus generatur in capite piſcis, & in carne oſtreæ præcioſiſſima margarita, vt dicit Iſidor. ethimol. libr. 16. capitul. 10. & ſic eſt pars eius, & fructus eius, & merito cedit emptori dict. leg. Iulianus §. final. Et videtur hoc eſſe de mente Petri de Bella pert. in dict. leg. ſed ſi de meis §. arbor. ff. de acquirend. rerum domin. quem refert Maria. Soz. in dict. verſicul. 20. Et quæ dixi in præcedenti quæſtione militant, quia lapis præcioſus non eſt galli pars, nec in ipſo generatur, vt ibi dixi, quod ſecus eſt in caſu præſenti.

Vigeſimo quæro. An ſtatutum
vel conſtitutio Epiſcopi, aut alte-
rius ſuperioris præcipientis, ne ali-
qua mulier ſub pæna vtatur gem-
mis, ſiue perlis vltra certum nu-
merum, valeat; Reſpondeo, hu-
23 iuſmodi conſtitutionem ſeu ſtatu-
tum valere, & de ſui natura bonum
eſſe, vt concludunt Ioann. Andr. in
capit. ea quæ de regul. iur. in mer-
cur. libr. 6. & Alber. de Roſat. in
ſecunda parte ſtatutorum quæſtio-
ne 198. Petr. de Anchar. in capit.
canonum ſtatuta quęſtione 11. prin
cipali extra. de conſtitut. & Ioann.
Baptiſt. de Seuerino in leg. omnes
populi in tertia quæſtione princip.
verſicul. ſucceſſiuè ff. de iuſt. & iur.
Et ſi quæratur an omnis mulier cō-
trafaciens pœnam incurrat, reſpōn-
ſio poterit colligi ex dictis præfato-
rum Doctorum in locis præallega-
tis, qui diſtinguunt innuptas mulie-
res a nuptis; Et quo ad innuptas
concludunt eas teneri præciſè obe-
dire ſtatuto, & conſtitutioni, alio-
quin pœnā incurrere. Circa nuptas
dicunt, quod aut vir expreſſè con-
ſenſit vel tacitè, non præcipiendo
contrarium, & tunc mulier debet
ſtatutum ſeruare, alias incidit in pæ
nam, ſi vero vir expreſſè prohibeat,
& tunc ipſa mulier, quantum eſt in
affectu eius proprio debet velle obe
dire ſtatuto, ſed in effectu debet po-
tius viro obedire, cui immediate, &
principaliter eſt adſtricta.

Vigeſimoprimo quæro. Quid ſi
mulieres non obſtante prohibitio-
ne portauerint perlas; An incurrant
pœnam. Dicit Matth. in princ. clem.
in §. vniuerſitati, & ibi Card. refert.
quod non, quia ſtatutum, & conſti-
tutio Epiſcopi Tidertini, de qua
agebatur, qui excommunicauerat
omnes mulieres portantes perlas
non fuerit a mulieribus recepta, ſed
24 omnes portauerant perlas, & ſub-
dit, quod ita fuit determinatum per
not. in cap. in iſtis 4. diſtinct. Sequi-
tur Andr. Sicul. inter conſil. Ale-
xand. conſil. 123. libr. 4. columnn. 3.
in fine Iaſon. in leg. rem non nouam
ad fin. Cod. de iudic. Bartol. Ve-
ron. conſil. 13. ſtante quodam de-
creto verſicul. tertius caſus, quia ad
inducendum vinculum legis re-
quiritur, quod ſit vſu vtentium re-
cepta, vt d. cap. in iſtis, & not. Do-
mi. conſ. 21. ſequuntur ordinationes
lib. 11. verſ. 1. caſu.

Vigeſimo ſecundo quæro. An ta-
le ſtatutum de non portandis gem-
mis, vel perlis, liget forenſem? Bald.
25 in l. cunct. populos C. de ſum. trin.
& fid. cath. dicit forenſem habere
iuſtam cauſam ignorantiæ talis ſta-
tuti prohibentis portare gemmas,
vel perlas, & excuſari a pœna ſtatuti
leg. fin. ff. de decr. abord. fac. & re-
fert, & ſequitur Ioan. Bapt. de ſan-
cto Seuerino in d. l. cunctos popu-
los col. 84. verſ. 4. & vltimo.

Vigeſimo tertio quæro. An mu-
lier portans perlas fictas incurrat pę
nam dicti ſtatuti? Bart in l. 1. §. hoc
26 interdictum ff. de font. dicit, quod
non, quia ſtatutum debet intelligi
de veris perlis, & naturalibus, non
de fictis, & compoſitis arg. d. §. & ſe
quitur Bartol. Veron. de ſeru. ruſt.
præd. titul. de ſeruit. aquæ hauſtus
quæſt. 7. dicens, quod ita alias iudi-
cauit in Ciuitate Veronę, quam dæ-
ciſionem Bartol. refert Lud. Roma.
in l. ſi vero §. de viro fallent. 42. ff.
ſolut. matr. allegans contra ipſam l.
vellera C. de veſtib. oleb. lib. 11. vbi
Ioa. de Plat. refert, & ſic qui videtur
opinionem Bartol. in d. §. hoc inter-
dictum.

Vigeſimo quarto quæro. An por-
tare perlas prohibitas ſit proprie
27 delictum? Reſpondeo, quod non,
ſed quædam abuſio, vt dicit Cyn. in
conſil. incip. in ſtudio Azard. & ta-
lis

Digitized by Google

lis abuſio eſt leuis, & ideo propter eam non eſſet quis in corpore puniendus, vt not. Bald. in l. quicunque C. de ſeru. fugit. & hæc ſtatuta cum videantur irrationabilia non debent extendi, vt dicit Bald. in l. quod non ratione ff. de legibus, & Bart. Veron. in d. titul. de ſeru. aquæ hauſtus col. fin.

Vigeſimo quinto quæro. Quid ſi mulier fuit viſa portare perlas, & non appræhenſa, An incidat in pœnam ſtatuti? Bald. in l. item lapilli in fine ff. de rerum diuiſ. dicit, quod ſi ſtatutum puniat mulieres artificum inuentas portare perlas, & fuerint viſæ deferre perlas, non tamen appræhenſæ non incidunt in pœnam, quia requiritur, quod fuerint actu appræhenſæ l. ſi barſatorum Cod. de fideiuſs. ſequitur Iaſ. in leg. 1. colum. 3. verſi. Tertio adde ff. de acqu. poſſeſſ. & Aug. de Arim. in add. ad Ang. de Maleſ. in verbo, & dictus Andreas armatus, & Alexand. conſ. 216. ponderatis his lib. 6. poſt Ang. in l. qui ſeruum ff. de verbor. obligat. qui teſtatur hoc ſeruari de conſuetudine.

Vigeſimo ſexto quæro. An iocalia, vt perlę, & ſimilia, quæ dantur per partem filię tempore nuptiarum imputentur filię in legitimam? Alexand. in conſ. 27. videretur prima conſideratione dicendum lib. 5.
29 conſuluit, quod imputentur. Primo, quia fuit datio ob cauſam, ſcilicet matrimonij contrahendi, ergo debet imputari id legitimā per doctrinam Bart. in l. in quartam ff. ad l. falc. in pen. col. Secundo, quia cum iſta ſint de acceſſorijs ipſius dotis debet iudicari de ijs, pro vt de ipſa dote l. inter ſocerum. §. cum inter ff. de pact. dot. & l. etiam Cod. de iure dot. Et licet talia bona non gaudeāt priuilegijs dotis, non tamen ſequitur, quod non debeat in legitimam imputari, quoniam donatio propter nuptias non gaudet illis priuilegijs, quibus gaudet dos, tamen imputatur in legitimam, ſicut dos, vt d. leg. quoniam in nouella, vt etiam concludit Fabian. de Monte in authen. nouiſſima cap. de inoffic. teſt. in 8. quæſt. princip. verſic. quarto quæritur, & ibi Iaſ. in notab.

Vigeſimo ſeptimo quæro. An gemmæ & ſimilia iocalia quę a ſpōſo ſponſę donantur ſint ipſius ſponſæ? Pro ſolutione dico, quod aut iocalia huiuſmodi donantur ſponſæ de futuro, & valet donatio leg. cum
30 te, & l. ſi cum ante cum ſequ. Cod. de donat. ant. nupt. l. cum hic ſtatus §. ſi ſponſus, & §. ſi quis ſponſum & leg. ſi ſponſus ff. de donat int. vir. & vxor. & eſt irreuocabilis ſi ſequatur poſtea matrimonium: ſecus ſi non ſequatur l. cum veterum C. eod. titu. Et ita ſupra hoc primo membro diſtinctionis conſuluit Cornel. conſil. 114. in hac conſultatione lib. 4. Aut fuit facta donatio deſponſatæ per verba de præſenti, & illa non valet l. ante penult. ff. de donat. int. vir. & vxo. niſi ſponſa illa nondum ſit viri potens vt eſt caſus ſing. in d. l. ante pen. & firmat Ludu. Roma. in conſ. 146. Ita quæſtio verſic. ſecunda autem dubitatio. Aut dubitatur an fuerit facta ſponſæ de futuro, vel de præſenti, & tunc aut eſt facta in do-
31 mo ſponſæ, & præſumitur facta, vt ſponſę de futuro, & valet, aut in domo ſponſi, & tunc præſumitur donatum, vt ſponſæ de præſenti poſt matrimonium contractum, & non valet leg. cum in te Cod. de donat. ant. nupt. vbi ita dicit Bald. & ad caſum in d. l. cum item, remittit ſe in caſu dubio Ludu. Roman. in dict. conſil. Quid autem ſi in itinere fiat antequam ſit in domo viri an teneat? ponunt hanc quæſtionem Azor. in ſumma Cod. de donat. ante nupt. &

Digitized by Google

gloſ. in d. leg. cum in te, Et Bartol. Soz. in conſ. 123. Suprascripti præſtantiſſimi Iureconſulti libr. 1. & ibi concludunt donationem factã ſponſæ de præſenti non tenere, quamuis non ſit ducta in domum viri, & hãc eſſe communem opinionem.

Vigeſimo octauo quæro. Quid de iocalibus, & perlis, & ſimilibus tranſmiſſis per virum vxori an ſoluto matrimonio ſint reſtituenda per vxorem, an vero eidem cedant? Re-
32 ſpondeo, quod ſunt hæredibus viri reſtituenda, quia non cenſentur donata, ſed magis commodata, vt ornatior accedat ad virum leg. mortis cauſa ff. de donat. int. vir. & vxo. Ita concludit Bartol. in leg. ſi vt certo §. interdum ff. comm. Ludo. Roman. in dict. conſil. 146. ſuperius allegato, & eſt communis opinio Doctorum, vt dicit Cornel. in conſ. 81. Primus conſultationis articulus lib. 1. in conſil. 65. conſuluit Dominus Bald. libr. 4. & ita tenet Angel. Aret. in §. fuerat Inſtit. de actio. & conſuluit etiam Gu. de Peruſio in conſ. incip. Ser lippus.

Vigeſimo nono quæro. Quid ſi ſunt donata a ſocero nurui conſtante matrimonio? Reſpondeo, quod licet donatio non valeat conſtante matrimonio leg. 1. & per totum ff. de donat. int. vir. & vxor. tamen confirmatur morte ſi interuenit traditio, vel aliquid loco traditionis leg. donationes quas parentes Cod. de donat. l. Papinianus vbi Bartol. ff. eodem titul. & præſumitur facta traditio ſi reperiantur apud vxorem. Si ergo maritus, vel ſocer deceſſerint ſuperſtite vxore, & dictæ gemmæ, & iocalia donata reperiantur pænes vxorem ſunt di-
33 ctę vxoris, nec reſtituendæ ſunt hęredibus donatoris. Et ſimiliter prædictæ procedunt in donatis per ſocrum nurui ſi dicta ſocrus deceſſit, maximè, quia præſumuntur fuiſſe de bonis ſoceri eiuſque mariti per leg. quintus ff. de donat. int. vir. & vxo. Et ita concludit Corn. in conſil. 114. in hac conſultatione verſicul. quantum autem lib. 4.

Trigeſimo quæro. An huiuſmodi iocalia perlæ & ſimilia tranſmiſ-
34 ſa per ſocerum nurui cenſeantur donata? Reſpondeo, quod non, quia cenſentur tranſmiſſa, vt magis ornata incedat, vt dicimus in marito, vt per Bald. in l. cum te Cod. de donat. ante nupt. quæ ratio militat quando ſocrus, vel ſocer tradunt iocalia nurui, imo multo magis cũ non ſit paraffectio inter ſocerum, vel ſocrum, & nurum prout inter coniuges, qui duo cenſentur in cãrne vna cap. gaudemus extra. de diuort. & Geneſis 2. cap. ad finem, & Matth. capit. 13. Et ideo traditio facta de perlis, & alijs iocalibus cenſetur in dubio facta, vt magis ornata incederet, & non animo donandi, & per conſequens ſunt reſtituendæ hæredibus donantium in quorum dominio remanſerunt, Et ita conſuluit Cornel. in dict. conſi. cap. 14. ad finem lib. 4.

Trigeſimo primo quæro. Quid de iocalibus, & alijs donatis vxori a cõſanguineis tempore nuptiarum. An ſoluto matrimonio ſint reſtituẽda? Reſpondeo, quod aut ſunt donata à conſanguineis viri eius contemplatione videntur donata, & acquiruntur viro, & eius hæredibus debent reſtitui, Aut ſunt dona-
35 ta a conſanguineis vxoris, & eius contemplatione cenſentur data, & ſibi acquiruntur & non ſunt reſtituenda. Ita concludit Bartol. in leg. ſed & ſi plures §. in arrogato ff. de vulg. & pupil. quem ſequuntur ibi Ioann. de Imol. Et licet Raphael impugnet opinionem Bartol. tamen ſequuntur Alexand. & Iaſ.

in

in dict. §. in arrogato & Ang. Aret. columm. 34. §. fuerat verſicul. quid etiã Inſt. de actio. Et intellige, quod quando a conſanguineis marito dãtur non eſt differentia an ſit res, quę conueniat mulieri vt ornamentum perlarum in capite, vel conueniat viro, vt arma, quia mens dantis videtur eſſe ſemper vt ſit mariti, nam & maritus quandoque concedit vxori, vt ornatior vadat, non vt ſit ſua ſecundum Imol. ibi quicquid ibi dicat Angel. Ita dicit Dominus Philippus Lucenſis in dict. §. in arrogato, & opinionem Bartol. ſequitur etiam Cappell. Toloſa. in addit. quæſt. 336.

Trigeſimo ſecundo quæro. Quid de iocalibus datis meretrici, vel alteri mulieri per amaſium, An acqui
36 rantur eis? Reſpondeo, quod meretrici acquiruntur, & de illis diſponere poteſt tam eleemoſinam faciẽdo, ut not. Angel. & Paul de Caſtro in leg. 1. §. ſed quod meretrici ff. de cond. ob turp. cau. & Cyn. & Bald. in leg. 2. C. eodem titul. quam etiam teſtando, ut notat Bartol. in leg. 1. C. eodem titul. ſecus tamen eſt in alia muliere, quę non eſſet meretrix ſecundum Paul. Caſtr. in dict. §. ſed quod meretrici, nam licet dans non repetat, repetit tamen, & aufert ab ea fiſcus leg. Lucius ff. de iure fiſc. & gloſ. in leg. 2. Cod. de cond. ob turp. cau. Quod multum extollit Ang. in dict. leg. 2. C. eodem contra mulieres habentes amaſios a quibus extorquet iocalia aurea, & argentea, nam de his non poſſunt teſtari, aut diſponere, quia fiſcus aufert. Adde gloſam in leg. eamque & ibi Cyn. C. de donat. ante nupt. & ita concludit Iaſon. in d. §. ſed quod meretrici.

Trigeſimo tertio quæro. An tutor poſſit vendere perlas, vel alia iocalia pupilli ſine ſolemnitatibus requiſitis? Maria. Soz. in conſil. incipit. In cauſa Ioannis, & Alexandri verſicul. Item ex prædictis, conſul-
37 uit, quod non dicens clarum eſſe, Tutorem non poſſe ſolum ſine decreto iudicis, & ſine ſolemnitatibus ſtatutorum vẽdere iocalia, vel perlas, vt eſt text. in leg. lex quæ Tutores C. de admin. tuto. & hoc ibi not. Bartol. de Salyc. quia ſunt res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ideo tutor illas alienare non poteſt leg. tutelã, & d. l. lex quæ tutores ff. de admin. tutor.

Trigeſimo quarto quæro. Quid ſi peto margaritas, an debeam dicere numerum, vel pondus? Reſpondeo,
38 quod margaritis groſſis, quæ venduntur ad numerum debet dici numerus leg. ſi quis. §. ſi linea margaritarum ff. de furt. Sed de margaritis minutis debet dici pondus, vel menſura. Ita dicit Bartol. in dict. §. ſi linea.

D E

DE FERRO ET ARMIS.

Titulus Septimus.

SVMMARIA.

1 Rma vnde dicta.

2 Armorum lata appellatione veniunt offenſiua, & defenſiua, ſed de ſtricta appellatione veniunt offenſiua, & ſola ad offendendum parata.

3 Dentes non veniunt ſtricta appellatione Armorum.

4 Neque fuſtes, nec lapides, neque gladij ad panem incidendum, nec ad acuendum calamos.

5 Niſi animo offendendi parata ſint.

6 Arma ad Caſtri defenſionem neceſſaria Caſtri legato cedunt.

7 Supellectilium appellatione non veniunt Arma.

8 Arma facere, retinere, vel vendere Iure non licebat niſi deputatis à Principe & nu. 10. & 11.

9 Sed contrarium eſt de conſuetudine.

12 Inimicis arma vendere non licet.

13 Ferre arma nemini licet de Iure.

14 Pœna Iuris eſt pecuniaria, & armorum amiſſio.

15 Limitatur in gladijs ad panem incidendum, & acuendum calamos.

16 Niſi animo offendendi ferantur.

17 Limitatur ſecundo in Priuilegio, veluti publici officiales, Cubicularij Principis vel Auguſtæ, Equites, Milites, & Doctores.

18 Et qui expreſſam facultatem habent à poteſtatem habente.

19 Qui duas habet dignitates, quarum ob ſingulas, Vni arma ferre concedere poſſit, non vni tantum, ſed duobus concedere poterit.

20 Mercatores in itinere arma ferre poſſunt.

21 Arma ferre ſubditi à Principe poſſunt compelli.

22 Statutum arma ferre ſub pœna generaliter prohibens comprehendit maſculum, & fœminam.

23 Et Religioſos.

24 Et Forenſes.

25 Et non patientes ſe inquiri à familia.

26 Et noctu ab ea fugientes.

27 In pœna ſtatuti non incidunt inuenti ſub porticu, vel ſtillicidio ſuæ Domus.

28 Si porticus vel ſtillicidium Domui cohæret, & non eſt in aperto vel publico.

29 Et qui redeunt à Bannitis fugandis vel occidendis.

30 Niſi poſt longum interuallum inuenti ſint.

31 Et Itinerantes.

32 Et qui cum armis inuenti non ſunt, ſi Statutum de inuentis loquatur.

33 Et inuenti ſed non apprehenſi.

34 Et portantes ea, quæ non veniunt ſtricta appellatione armorum.

35 Ca-

35 *Captus propter arma ſub cautione debet relaxari ab officiali.*
36 *Malus officialis tenetur actione iniuriarum ad pœnam 50. aureorum.*
37 *Etiam ſi quis fideiuſſor coniunctus vel filius, vel ſimiliter captus offeratur.*
38 *Et ſi capta eſt mulier ſtabitur eius iuratoriæ cautioni.*
39 *Enſe penes quatuor inuentus in Terra propinquior condemnabitur.*
40 *Captus propter arma de alijs delictis inquiri poteſt iuxta qualitatem perſonæ.*
41 *In condemnatione propter arma non requiritur proceſſus, ſi Iudex de quolibet delicto Proceſſum facere teneatur.*
43 *Offendere cum armis dicitur qui habet arma licet hijs non ſit vſus.*
44 *Offendere cum hominibus Armatis non dicitur qui offendit cum vno homine armato.*
45 *Offendens mulierem Cultro lanionis qua pœna puniatur, ſi ſtatuto caueatur offendentem tali cultro eſſe occidendum, & alio ſtatuto, quod offendens mulierem dimidium pœne euadat, quam offendens maſculum.*

NVnc de ferro videndum eſt, & de ijs, quæ ex ferro fiunt. quæ nihil habent diuerſum ab eo, quod de alijs Metallis hucuſque diximus præter armorum materiam. Igitur de armis aliqua pertractabimus.

Primo de nomine ac definitione quæſtione prima, & ſecunda.

Secundò de Armorum vſu quæſ. 3.4.5.6.

Tertiò de modo agendi circa inuentos cum armis quæſtione 7. 8 9. 10.

Quartò de quibuſdam delictis cum armis quæſtione 11. 12.& 13.

Primò quæro, Vnde dicantur arma, & quod veniat appellatione Armorum. Reſpondetur ad primum Ab armis ideſt ab humeris
1 dicta eſſe ſecundum Iſidorum libr. 16. Æthymolog. capitul. 5. quod eos ſe tegant, vel ab ijs pendeant, Aut ſecundum Varronem ab arcendo, quod ijs arceantur hoſtes. Ad ſecundum dic quod armorum appellatio largè, &
2 ſtrictè intelligitur, largè veniunt omnia ea quibus defendi & offendi poſſumus leg. armatorum, & leg. penultim. §. primo ff. de vi publ. §. armorum Inſtitut. de interd. Azzo. in ſumma leg. vt armorum vſus libr. 11. ſed ſtricta & propria ſignificatione arma dicuntur ea, quæ ad offendendum parata ſunt Ioann. Andr. In Clem. 1. in verbo arma de ſtatu Monac. Alber. de ſtatut. parte ſecunda quæſtione 115. incip. Item quæritur Angelus in lege ſi de pignore §. qui furem ff. de furt. & de Malef. in verbo vno ſlocco vbi Auguſtin. de Arimino in additionibus Roman. in leg. prima §. occiſorum ff. ad Sillenia. Amod. de Caſtel. in Tractat. de Sindicatu in verbo inquirendo pro armis, Cornel. conſil. 199. In hac conſultatione libr. 4. Et ideo vbi armorum appellatio ſtrictè ſit accipienda, quemadmodum in ſtatuto neque lorica neque alia, quæ ad offendendum parata ſunt compræhendentur ſecundum Doctores prædictos & Aret. in §. Recuperandæ Inſtitut. de interd. neque ea quæ ad aliud quam ad offendendum parata ſint, licet ad offendendum ſint apta, veluti dentes, quibus ſi quis aliquem mor-

mordeterit non punietur pœna offen-
3 dentis armis, cum Arma non ſint,
ſed pars corporis, & ita punietur,
vt percutiens manu vacua leg. 1. ff.
de Var. & extraord. cog. leg. cui
dens ff. de Edilit. edic. Bartol. conſi.
108. ſtatuto Caſtri cum ſupra adie-
ctio ſimiliter nec fuſtes nec lapides
4 compræhenduntur ſub armis DD.
qui ſupra, & Leazzar. in 8. clem. 1.
& Felyn. in cap. quorumdam de Iu
dic. Neque gladioli ad incidendum
panem, vel acuendos calamos para-
ti Plat. in Rubr. C. de Fabricenſ. &
in l. 1. C. vt arm. vſus libr. 11. neque
ligones, ſecures, ceteraq; iſta ad li-
gna incidenda parata ſecundum
5 DD. prædictos. Limitatur prædicta
non habere locum ſi talia Inſtru-
menta animo offendendi ferrētur,
Veluti ſi quis aceruum lapidum ad
feneſtram ſtatuiſſet, vt inde Viato-
res percuteret, Nam tunc talis pu-
niretur æquè ac ſi armis offendiſſet,
vel ſaltem pœna arbitraria Faber in
§. penult. Inſtitur. de Interd. Ang.
in conſ. liuotius cū ſupra deductis.

Secundò quæro, e conuerſo an
arma ſub aliquo alio nomine com-
præhendantur Veluti Caſtri, vel ſu-
pellectilis, ita vt horum aliquo le-
6 gato, vel conceſſo arma ad offenſio-
nem Caſtri ibi poſita licet non affi-
xa legato vel conceſſione cedunt,
quæ vero ad huiuſmodi defenſio-
nem non ſunt nō cedunt legato ſeu
conceſſione leg. generaliter §. vxo-
ri ff. de vſufr. leg. quæſitum §. ſi quis
ff. de fund. Inſtr. Ioan. Andr. in ad-
dit. ad ſpecul. de Iuriſd. omn. Iud.
verſicul. quæ autem in fine & Bald.
in l. 1. §. ſi quis colum. 7. de conſtit.
Princ. Iaſ. in l. beneficium colum. 2.
ff. de conſt. Princ. Anchar. & Butr.
& Im. in cap. cum dilecti de donat.
Oldr. conſil. 189. Quo ad ſupellecti-
lia arma non veniunt appellatione
ſupellectilium, neque tali legato
vel conceſſione continentur Bart. in
l. ſupellectili in princ. ff. de ſup. leg.
Aret. de Teſtam. in verbo Item reli-
quit maſſeritias ſuas; Marſ. in ſua
prat. crim. in §. & pro complemento
verſic. 2.

Tertio quæro, An liceat vnicui-
que facere arma an habere, an eme
re, vel vendere. Reſpondetur, quod
de Iure hijs tantum licebat, qui ad
8 id a Principe deputati erant, qui fa-
bricenſes appellabantur, quibus plu
rima munera, & immunitates ob ta
le artificium erant conceſſa, de qui-
bus totus eſt titulus C. de fabric. lib.
11. vbi Azo. Bar. Plat. & alij, ſed hoc
hodie non obſeruatur, nec tales fa-
bricenſes ſunt in vſu, & quilibet ad
9 libitum fabricat arma, vt docet Bar.
ibi eodē modo nec habere arma nec
10 retinere illa domi de Iure licebat,
niſi hijs quibus a Principe permiſ-
ſum erat, ſed in locis publicis pone-
bantur Bart. in l. 1. ff. de vi pub. Nec
11 emere nec vendere illa quilibet po-
terat, ſed hijs tantum quibus voluiſ-
ſet Princeps permittere, ſed hæc Iu-
ris obſeruatio non eſt in vſu, vt di-
12 ximus ſupra, quod tamen limitatur
in venditione, quæ infidelibus, vel
Chriſtiani nominis inimicis fiat,
quoniam talis prohibitio ſemper vi
get, Et ſi quis ea vēdat inimicis, vel
ad illos deferat punitur triplici pœ-
na. Prima, quod ipſo facto ſunt ex-
comunicati. Secūda, quod Bona eo
rum ipſis auferuntur, & publican-
tur. Tertia, quod capientium eos ſer-
ui fiunt l. 2. C. quæ res exp. non deb.
l. 1. vbi Plat. & alij C. de lit. & in cuſt.
l. 12. c. ita quorūdam vbi Io. And. &
Abb. 2. notab. & c. ad liberādum de
Iudi. Alex. conſ. 130. ſuper eo, quod
quæritur lib. 7. Domin. de S. Gemin.
conſil. 35. Gens eſt infidelium lib. 2.
Rationem aſſignant, quia expſis
armis inimici fortiores cont[...]
eſſe poſſent, & in prælijs victores.

Quar-

Digitized by Google

Quarto quæro, An liceat priuatis hominibus quibuslibet arma ferre: Reſpondetur, quod hoc eſt expreſſè, ac nouiſſimè prohibitum per Iu-
13 ſtinianum in Auth. de armis. Ratio colligitur ex d. Auth. vt hominibus duplex ſupplicium auferatur, alterum quo ſe inuicem lędunt & aliquando in alterum quo a legibus ob ea delicta puniuntur. Pœna vero
14 qua plectuntur aduerſantes tali Authent. eſt pecuniaria, & armorum amiſſio, vt per Batt. in l. 1. qu. 2. ff. de vi publ. gloſ. & DD. in Rubr. C. de fabric. & in leg. 1. Cod. vt arm. vſus lib. 11. & Archid. in cap. 1. 3. queſt. 2. & Caccialup. in leg. cunctos populos column. 83. Cod. de ſum. Tri-
15 nit. limitatur primo hæc diſpoſitio, vt non comprehendat gladios ad panem incidendum, vel acuendos calamos, vel eos quibus ad alium vſum, quam ad dimicandum vtamur, vt dict. Authent. verſicul. ſolos autem, & facit gloſ. in dict. Rubr. Cod. de fabric. & alij ſupra relati, quod tamen ſublimatur, & decla-
16 ratur dummodo non præcipuè offendendi cauſa ferant, vel nimis magni gladij eſſent. Vnde id argui poſſet, quoniam tunc non aliter quam de armis iudicantur. Abb. in capit. lator de Homicid. & in cap. Enſe de vita & honeſtat. Clericor. in quo conſuetudo loci, & qualitas eorum, qui gladios ferunt inſpicienda eſt argum. l. 1 §. expilatores ff. de... leg. cum ſatis §. caueant. ff. de agric. & cenſ. leg. quod ſi nolit §. aſſidua ff. de edilit. edic. Secundo limitatur
17 vt procedat prohibitio in ijs quibus hoc ex priuilegio conceſſum eſt ſiue implicitè, ſiue explicitè. Implicitè ſicut ſi quis dignitate aliqua decoratur, ob quam ferre arma liceat, veluti officiales publici leg. 3. [illegible] offic. præf. vig. vel Cubicularij Principis vel Auguſtæ leg. final. Cod. de præfat. ſacr. cub. libr. 12. vel equites, aut milites, & alij ſimiles Cod. vt armorum vſus libr. 11. vel Doctores aut Medici leg. Medicos, vbi Battol. & Plat. Cod. de Profeſ. & med. lib. 10. & Alexand. in leg. 1. Cod. de dignit. lib. 12. ſiue actu legentes, ſiue aliter facultatem exerceant Caccialup. de debit. fug. quæſtione 5. principali verſicul. 4. Marian. Socin. in Rub. de dilation. art. quæſtione 17. fallent. 12. Explicitè veluti ſi expreſsè licentia ferendi aliqua arma concedatur vel à Principe vel ab eo, qui ſimilem habeat authoritatem, Veluti Epiſcopi Bald. in dict. leg. 3. §. final. ff. de offi. præf. vig. Vel Comites cap. 1. §. ad palatium de pace tenend. In hoc autem ſciendum eſt, quod ſi quis ob
19 vnam dignitatem vni poſſit concedere facultatem ferendi arma, alteri vero ob alteram, vel aliud priuilegium, non vni tantum, ſed duobus arma ferendi facultatem concedere poterit vt dixit alleg. 99. Commune Florentiæ ſequitur Felyn. in capit. cum olim column. prima Ex. de te iud. Tertio limitatur vt non procedat prohibitio dictæ Authent.
20 in Mercatoribus peregre proficiſcentibus, & alijs extraneis prouincias peragrantibus vt cap. 1. §. Mercator de pace tenen. Plat. & alij in dict. leg. prima Cod. vt arm. vſus.

Quintò quæro, e conuerſo an cogatur aliquis portare arma? Reſpondetur ſi Princeps id iubeat, vel alius poteſtatem habens tenentur ſubditi mandatis parere dominorum, Et ideo ſi iubeantur populi arma apprehendere, vt ſit in bellis, vel armorum Tumultibus debet quilibet non legitimè impeditus comparere armatus, vt iubetur vel ex-
21 pediens erit, Plat. in leg. nullus C. de fabric. lib. 11. & leg. curſu C.

de Curſ.pub.li.12. Arma autem eſſe debent iuxta hominum qualitatem, & officium, vt dicit Bartol.in leg.liberti. verſicul. dubitatur Cod. de oper.lib.Iaſ. in leg.ſtipulatio iſta §. hi qui colum.2. ff. de verbor. obligat.

Sextò quæro. Stante ſtatuto quod arma nemini portare liceat ſub certa pœna, an omnes compræhendantur, vel aliqui ſint exempti, Et qui. Reſpondetur, quod ſi ſtatutum eſt generale compræhēdit omnes eos, quos vel verba ipſius, vel mens, vel ratio complectantur; Et eos facit exemptos, quos eiuſdem ſtatuti verba vel ratio oſtendat immunes. Cōpræhenduntur ſtatuto Mulieres,
22 quorum in hoc caſu maſcu inum concipit fœmininum DD. in leg. ſi conſtante §. final. ſolut. matrimon. poſt Cyn. in leg.prima Cod.quæ ſit lon. conſil. Iaſ.in leg.ſi quis id quod column. 2. verſicul. & quanto ff. de Iuriſd. omn. Iud. Decius in leg. 2. column. 13. verſicul.& idem in ſtatuto ff. de regul. Iur. Secundò com-
23 præhendunt etiam Religioſi, cap. nemo vbi not. quæſtio. 5. Imola in Clerici §. ad hæc de vi. & honeſtat. Clericor. Matheſ. in Clem. de ſtat. Monac. Tertiò compræhenduntur
24 forenſes in Ciuitate commorantes Bartol. in leg. interdum §.licet ff.de public. DD. in leg. cunctos populos, vbi Caccialup. in dict. column.
25 83. Cod. de ſumma Trinit. cum ſupra deductis. Quartò comprænhenduntur, & pœna ſtatuti committunt ij, qui non patiuntur ſe à familia inquiri, licet arma non habeant argum. leg. 1. §. hoc autem Senatus ff de ſeru. fug.& leg.diuus & leg. perquirendi Cod. eod. titul.
26 Alber. de ſtatut. part. 2. quæſtion. 121. Item pone verſicul. ſed quid. Quintò compræhendunt illi, qui noctu a familia fugiunt licet arma non habeant ſecundum Bartol. in leg. 1. ff. de Recept. vbi ita concludit. Excluduntur vero, & ſtatuti pœnam euadunt illi, qui cum armis ante ſtatuto prohibitis inuenti ſunt
27 à familia ſub porticu vel ſtillicidio domus ſuæ, vel in loco domum ſuarum adiacenti, quoniam talis locus dicitur priuatus, & priuati Iuris, Ita dicit Tancredus in ſuo compendio in rub. 12. quæſtio. 13. & Aret. de Maleſ. in verſicul. fecit inſultum verſicul. quid, & quod notat Cepol. de ſeru. Vrban. quæſtione 2.& in ſimili Bald. in leg. cetera §. hoc Senatus ff. de leg. primo. Quod declaratur procedere ſi porticus ſit domui contiguus, & ſtillicidia ſuper priuato ſolo conſiſtant, ſecus
28 vero ſi ſint in loco aperto & publico, quoniam tunc non excuſarentur a pœna ſecundum DD. præfa-
29 tos. Secundò excluduntur qui redeunt ab occidendo Bannito, vel eo qui iure impune occidi poſſit, vel ab aliquo opere licito perpetrando, quod ſine armis exerceri non poſſit, quoniam actu permiſſo, ea quoque permiſſa cēſentur, quę ſunt ad opus expediendum neceſſaria argu. leg. nec is, & leg. illud ff. de accuſ. leg. Aquilia, & ita determinat Nell. de Bannit. parte ſecunda quæſtion. 48.
30 quod tamen declaratur procedere niſi valdè longum interuallum poſt reditum a Bannitis interceſſerit, nam tunc ceſſaret cauſa permiſſionis, vel exceptionis ſupradictæ arg. leg. contractus Cod. de fid. inſtrum. & an magnum vel paruum fuerit interuallum ſtatur arbitrio Iudicis arg. leg. 1. in fine ff. de fur. delib. & ita dicit Angelus in dicto verbo vno flocco, verſicul. quæro ſtatutum.
31 Tertiò excluduntur ij qui ſunt in itinere, quemadmodum ſupra dixi de Mercatoribus in quæ[illegible]ne in fine, & faciunt tradita pe[illegible]

Ioan.

Digitized by Google

Ioan. Andr. Paul. de Leaz. & Card. in Clem. 1. de ſtat. Monac. Quartò excluduntur, & euadunt pœnam banditi, qui cum armis à familia non
32 ſunt inuenti, ſi ſtatuto caueatur inuentus cum armis in pœnam incidere, & ita pro quodam Peruſino conſuluit Corn. conſil. 20. Videtur in præſente lib. 3. Quintò excluduntur
33 inuenti, ſed non appræhenſi, quoniam vbi inuentio requiritur ea ſemper intelligitur cum apprehenſione argum. leg. ſi barſatorem, & ibi DD. de fideiuſs. Bartol. in leg. prima quæſtione 3. ff. de acquirend. poſſeſſ. Bald. in leg. item lapilli in fine ff. de rerum diuiſion. Nell. de Bannit. parte ſecunda quæſtione 48. in fine, & licet Angel. & Imola ſint contra Bartholum, opinio tamen Bartholi communis eſt, & cum ea tranſit Caſtren. Cuman. & Alexand. in dict. leg. 1. & Alexand. in leg. 3. §. Neratius columm. final. ff. eodem titul. & Caſtrenſ. in leg. ſi fullo ff. de cond. ſine cauſa. Angel. in §. Reuerendiſſimos Auth. de Nupt. Alexand. conſil. 216. Ponderatis libro 6. & ita ſeruatur in pratica ſecundum Amod. magnum praticum in Tractat. de Sindic. in verbo inquirendo pro armis columm. 27.
34 verſicul. An autem. Sextò excluduntur ij, qui portant arma, quæ propriè ſub armorum nomine non veniunt ex proportione ſermonis, de quibus ſupra diximus quæſtione prima.

Septimo quæro, de modo agendi circa inuento cum armis. Et primo an captus poſſit cum fideiuſſione ſe præſentandi relaxari. Reſpondetur quod ſic, alias tenetur officialis
35 actione iniuriarum, ſecundum Angel. Fulg. & Iaſon. in leg. 1. ff. ſi quis in Ius voc. non ier. Caccialup. in leg. in vero §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſd. cog. Et tenetur idem officialis ad pœnam quinquaginta aureorum Bald. & Iaſon. in leg. 1. §. 1. ff. de in Ius voc. & ibi etiam
37 Caccialup. Quod ampliatur etiam ſi captus dare velit coniunctum in fideiuſſionem ſecundum Doctor. in dict. §. primo & extenditur etiam in filio qui nihil habet in Bonis, & velit pro Patre fideiubere, vt dicit notandum Caccial. ibid. Secundo ampliatur vt etiam ſimiliter captus poſſit pro capto, & alter pro altero fideiubere Bartol. in leg. Romanus in fine ff. de Tut. & Cur. & Iaſon. in dict. leg. prima in principio columm. ſecunda verſicul. adde etiam ff. ſi quis in Ius voc. & Angel. de Malefic. in verbo pro quibus Antonius fideiuſſerit verſicul. quæro an vnus. Sed hoc declaratur procedere quando pœna eſſet parua inſpecta perſonarum conditione, alias eſſet ſuſpicio de fuga, cum vterque deliquerit Imol. in leg. Reos in princip. ff. de duobus Reis, & Auguſt. de Arim. in addit. ad Angel. in dict.
38 loco. Tertiò ampliatur in muliere quę ſi non inuenerit fideiuſſionem, ſtabitur ei iuratoriæ cautioni Bald. in leg. ſed & ſui ff. de in Ius voc. Felyn. in capit. legebatur de maior. & obedient. Marſ. in ſua Pratica crim. §. pro complemento verſicul. & ſcias columm. quarta, quod intelligitur de muliere honeſtæ conditionis, & famæ Auguſt. ibid.

Octauo quæro, Enſe in terra inuento apud quatuor, vel plures, an omnes ſint condemnandi, vel vnus eorum vel nemo. Reſpondetur. Si
39 gladius ille alicui propinquior erat, ille condemnabitur argum. leg. excipiantur ibi ad pedes homini ff. de his quibus vti indig. Si ab omnibus æquè diſtabit omnes condemnabuntur, ſed vno ſoluĕte cæteri liberantur leg. 1. in fin. ff. qui decer. vel effud. ita voluit Gandyn. de Meleſ.

Digitized by Google

leſ. tit. de multis quæſtion. verſicul. Item pon.,& Tancred. in Compendium Rubr. 12. quæſtione 13. Sed Alber. de Roſat. de ſtatut. parte ſecunda quæſtion. 127. contrarium tenuit, & dixit neminem puniendum, quia non conſtat de delinquente, nec quiſquam apparet, qui gladium portauerit, & ſtatuta portantem arma puniri volunt, quæ ſtrictè, & vt ſonant ſunt intelligenda, & in dubio potius ad abſoluendum quam ad condemnandum ad Iura quæ ſupradicti pro contraria parte allegant ipſe reſpondet; Et Alberici ſententiam ſequor vti æquiorem.

Nono quæro, An contra inuentum cum Armis poſſit fieri de alio delicto inquiſitio, & maior con-
40 demnatio, quam propter delationem armorum. Reſpondetur, quod ſic, quoniam præſumptio eſt contra eum, quod arma portauerit animo nocendi Plat. in leg. 1. in fin. Cod. vt arm. vſus, Vnde ſi quis cum telo ambulauerit cauſa nocendi hominem punitur quaſi occiderit leg. ſi is qui cum telo Cod. ad leg. Corneliam de Sicar. Sed in hoc eſt conſideranda qualitas perſonæ. Si enim ſit mitis, & quietæ mentis non præſumitur, quod hoc fecerit cauſa delinquendi, ſed potius caſu, vt notat Archid. in capit. aut facta de pœnit. diſtinct. 1.

Decimò quæro, An in condemnando inuentum cum armis requi-
41 ratur proceſſus. Reſpondetur, quod non, ſed ſufficit præceptum Iudicis de ſoluenda pœna, quoniam hoc eſt de leuibus criminibus, in quibus non requiritur ſolemnitas Iuris Auth. niſi Breuiores Cod. de ſent. ex bre. recit. Caſtrenſ. in leg. ictus fuſtium in lectura florentina ff. de his qui not. infam. Angelus de Meleſ. titulo hæc eſt quædam inquiſitio column. 8. verſicul. & præ dicta. Quod ampliatur etiam ſi ſtatuto ca-
42 ueatur, quod Iudex de omni delicto faciat proceſſum, quoniam illud intelligitur de delictis grauibus, nõ de leuibus Bartol. in leg. leuia in fine ff. de accuſat.

Vndecimo quæro, de delictis cũ armis, & primo an gladium non extrahens, & offendens aliquem incidat in pœnam offendentis cum ar-
43 mis. Reſpondetur, quod ſic, quia potuit audacius offendere, & offenſus timidius ſe defendere. Et quia dicitur factus inſultus cum armis, quãdo quis potuit ea aſſumere leg. idem eſt §. armis cum vbi notatis, & leg. 3. §. ſi quis viſis armis, & leg. 1. §. qui armati vbi Angel. ff. de vi, & vi arm. Alber. de ſtatuto parte 2. quæſtione 35. Angel. vbi ſupra in verbo & dictus Titius armatus in principio Alexand. conſil. 99. quoniam per exc. volum. 3. Iaſon. in leg. 2. in 2. notab. de tranſact.

Duodecimo quæro, An inſultans cum homine armato cõmittat pœnam irrogatam inſultanti cum hominibus armatis. Reſpondetur,
44 quod non, quia non eſt eadem ratio, nam grauior eſt iniuria, quæ fit a pluribus leg. ſi plures ſerui ff de iniur. Et ita voluit Valaſ. in leg. iubemus §. ſin autem Cod. ad Trebell. & Alexand. in leg. Gallus §. quod ſi ff. de lib. & poſth. Neque obſtat leg. 2. homines verſicul. ſed ſi vnus ff. de vi bon. rapt. quia illi reſpondet Alexand. loco præallegato.

Decimo tertio quæro, Statuto cauetur, quod offendens cultro lanionis pœna capitis puniatur. Alio ſtatuto cauetur, quod offendens fœminam puniatur pœna dimidia minori, quam offendens ma[illegible] quidam offendit fœminam tali cultro,

Digitized by Google

tro, qua pæna ſit puniendus. Reſpondetur, ſecundum Caccial. in leg. omnes populi ff. de Iuſtit. & Iur. quæſtione 5. principali verſicul. vndecimo quæritur, vbi hoc ad partes examinat, & concludit, quod pæna capitis talis percutiens ſit puniendus, cum pæna illa ſit indiuiſibilis, & ſi tota deleretur, vt volebat Collateralis, de quo Caccial. ibi delictum remanſiſſet impunitum. Subdit tamen, quod pæna arbitraria eſſet puniendus, ideſt grauiori ratione inſtrumenti, leuiori ratione perſonæ offenſe, & ita æquius videtur, & minus receditur à prædictis ſtatutis argum. leg. final. ff. ad exiben.

DE SALINIS.

Titulus Octauus.

SVMMARIA.

1 *Sal ad vitam maximè neceſſarium.*
2 *Dictum vel à ſaliendo, quod in igne exiliat vel à Salo & Sole, quod ex aqua maris per calorem fiat.*
3 *Vel eſt natiuum, quod in terra naſcitur, & effoditur vel factiuum, quod fit ex aqua maris vel balnei vel fluenti vt in Germania vel putei vt in agro noſtro Volaterrano.*
4 *Eſt coloris purpurei, ruffi, crocei, lucidi, nigri, candidi, candidum optimum, Ideo Volaterranum, quia omnium candidiſſimum.*
5 *Sal natiuum eſt ſub genere metallorum, factiuum non eſt.*
6 *Salinæ ſunt loca vbi ſal fit vel naſcitur.*
7 *Muriæ dictæ ab aqua maris, nos corrupto vocabulo Moias appellamus.*
8 *Sed quo ad ius fiſci, & dominium aquæ ſalſæ idem ius quod de metal-lis.*
9 *Salinaria ſunt tributa ſalis faciendi vel emendi vel vendendi cauſa data.*
10 *Salinarum inuentor Ancus Martius fuiſſe dicitur.*
11 *Quæ ſunt in fundo fiſci ſpectant ad Principem.*
12 *Quæ in fundo vniuerſitatis ad vniuerſitatem.*
13 *Quæ in fundo Eccleſiæ ad Eccleſiam.*
14 *In fundo priuato ad dominum priuatum.*
15 *Niſi conſuetudo ſit in contrarium.*
16 *In fundo Emphiteotico ad Emphiteotam.*
17 *In feudali ad feudatarium.*
18 *In vſufructuario ad vſufructuarium.*
19 *In dotali ad maritum.*
20 *In alieno natiuum ſal ad inuentorem factiuum ad dominum fundi.*
21 *Salinæ Principis ab ipſo priuatis concedi poſſunt.*
22 *Salinis conceſſis à Principe veniunt illæ quæ ſpectant ad Principem.*
23 *Fructuum, reddituum vel prouentuum*

tuum conceſſione facta comprahenduntur ſalinæ.

24 *Salinarum vſufructu relicto comprehenditur ſal, quod ibi factum inuenitur niſi ſit ad vendendum deſtinatum.*

25 *Salis natiui decima vna fiſco debetur altera domino ſalinarum.*

26 *Factiui octaua pars fiſco.*

27 *Conſuetudo in his præfertur.*

28 *Sal ex aqua maris a quocunque de iure fieri poteſt.*

29 *Sal a quocunque vendi non poteſt.*

30 *Sed tantum qui conduxit vel habet ſalinas.*

31 *Vendentis, qui vendere non potuit pæna applicatur domino, vel conductori ſalinarum.*

32 *Vendere prohibitus in territorio poterit vendere in loco recommendato.*

33 *Pluribus ſocijs conceſſis ſalinis, hæres vnius in portione defuncti ſuccedit.*

34 *Vendens hoſtibus ſal iure ciuili pæna capitis, & publicationis bonorum punitur: Canonico publicationis & excommunicationis.*

35 *Nemo priuatus excuſare ſe poteſt a ſalis diſtributione accipienda.*

36 *Obligatus accipere ſal ſub pæna ſtatutorum intelligitur de tunc vigentibus, & non de poſtea editis.*

37 *Sal Religioſis quotannis concedi ſolitum auferri ipſis non poteſt ſine iuſta cauſa.*

38 *Per territorium alienum ſal traducere non eſt prohibitum.*

39 *Prohibitus conducere ſal in territorium non prohibetur inde cum ſale tranſire.*

40 *Priuilegium competens domino ſalinarum non ſoluendi vectigalia non extenditur ad emptorem ſalinarum ad Gabellas ordinarias ſed ad extraordinarias tantum.*

41 *Vendens Gabellam ſalis, ſi ſal emat ad Gabellam ipſius non tenetur.*

42 *Commune Volaterrarum non poteſt agere contra Epiſcopum, ad medietatem Doganæ ſalis niſi doceat de iure ſuo.*

43 *Venæ ſalinarum Volaterrarum erāt olim in dominio priuatorum.*

44 *Priuati illi antiqui dominio poſſunt agere contra Epiſcopum nulla præſcriptione obſtante.*

45 *Agens cōtra Epiſcopū ſi poſſidet rei vendicatione ſi non poſſidet petat ſe non impediri.*

46 *Si ius quod habet Epiſcopus pendet à iure communitatis priuati nullum ius habent contra Epiſcopum.*

POſt metalla Salis materia ſe offert, quę dicitur a Plinio lib. 31. cap. 6. Elementum adeo neceſſarium, vt ſine ipſo vita huma-
1 na vix perſiſtere queat: pulmentis enim, ſaporem appetitum excitat, & auiditatem edendi præparat vt dicit Iſidor. Ethymolog. libr. 17. cap. 2.

Primò igitur quæro. Vnde dicatur ſal? Reſpondet Hyſid. in dict. capit. 11. quod quidam dictum pu-
2 tāt, quod in igne exiliat, fugit enim ignem cum fit igneus, vt etiam dicit Plin. in dict. lib. 31. capit. 8. in princip. ſed naturam ſequitur, quia ignis. & aqua inter ſe inimica ſunt. Alij ſal a ſalo, & ſole vocatum exiſtimant, nam ex aqua maris ſponte gignitur ſpuma in extremis littoribus, vel ſcopulis derelicta, & ſole decocta ſecūdum Hyſid. in eodem loco.

Secundò quæro. Quot ſint ſalis genera? Reſpondeo eſſe duo, Aut enim ſal natiuum eſt, aut factitium; Natiuum, vt in Arabia, vbi ſunt montes natiui ſalis. quod ferro cedi-
3 tur, vt lapis renaſcens. tantæ alicubi duritiei, vt muros, domoſque ex illo edificent: Sed & fl[illegible] ſantur in ſal amne reliquo ſub gelu fluen-

Digitized by Google

fluente, alibi quoque detractis arenis colligitur, cum lunæ noctibus hammoniacus ſub arenis inuenitur, vt Plin. lib. 31. capit. 7. & lib. 5. capit. 5. Hyſid. loco præallegato. & Raphael Volaterranus libr. 27. cap. 2. vbi dicit, quod natiuum efficacius & ſecundum Dioſcoridem Factitium fit ex aqua ſalſa: Sunt enim, vt dicit Hyſid. & lacus & flumina, & putei, ex quibus hauritur, dehinc in ſalinis congeſtum ſole ſiccatur. Dicit etiam Albert. Magnus libr. 2. capit. 16. quod in Germania in loco, qui dicitur Gelymon fluit aqua ſalſa, quæ decocta reddit ſal ſubtile albiſſimum, & delectabile plus cæteris ſalibus. In Cahonia, vt dicunt Plin. & Volaterranus excoquunt aquam fontanam, refrigerādoque ſal faciunt terete, & non candidum. Reperiuntur etiam, vt dicit Michael Sauonarola libr. 2. de Balne. cap. 4. fontes. & putei in pluribus partibus Germaniæ, & ex decoctione illius aquæ ſal conficitur; Dicit etiam Bartol. Veron. in leg. inter publica §. publica quæſtione 3. ff. de verborum ſignificat. in Ciuitate Parmæ reperiri ſalinas in quibuſdam puteis priuatis. In agro noſtro Volaterrano prę̄ſtantiſſimum, & candidiſſimum omnium fit toti Florentino Dominio ſuppeditans, hauritur aqua ex puteis altiſſimis, & in plumbeis lebetibus paulatim coquitur, donec condenſatur, & fit ſal omnium præſtantiſſimum, & candidiſſimum, & copię tam abundātis, vt Hetrurię totius dominium atq; Prouinciæ ſatis ſuperque ſufficiat, vt dicit Volaterranus loco præallegato.

Tertiò quæro. An in natura, & colore ſint ſalis differentiæ. Dicit Hyſid. eodem loco, quod ſic, nam alibi [illegible] alibi ſalſiſſimum eſt: Sūt
4 etiam in colore differentiæ. Memphiticum ruffum eſt; In parte quadam Siciliæ, vt Ethna mons eſt purpureum; In eadem Sicilia in Pachyno ſplendidum, & lucidum, vt in margines reddat; In Cappadocia croceum effoditur, vt etiam dicit Plin. in dict. capit. 7. ſubdens, quod ſuauiſſimum, omniumque candidiſſimum Tarentinum eſt, ſed præſtantiſſimum omnium eſt Volaterranum, ſic etiam dicente Raphaele noſtro Volaterrano, candidius Tarentinum, candidiſſimum Volaterranum.

Quartò quæro. An ſal compræhendatur inter lapidicinas, & metalla? Reſpondeo, quod aut loquimur de natiuo, aut de factitio. Si de natiuo, vt illud eſſe dicunt, quod eſt in Arabia, in qua ſunt montes natiui
5 ſalis, in quibus ferro ceditur, ſicut lapis renaſcens, vt dixi ſupra quæſtione 2. dico, quod inter lapidicinas continetur, cum lapidicinatum inſtar cedatur, & renaſcatur, vt dicit Plin. lib. 31. capit. 8. vbi ſubdit, quod in Cappadocia cedatur ſpecularium lapidum modo pādus magnum glebis, quas micas appellant. Caras oppido Arabię, muros, domoſque maſſis ſalis faciunt aqua ferruminantes; Et ſic lapidicinarum appellatione venit, cum vtilis ſit, & renaſcatur leg. diuortio. §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matrimon. & ibi Paul. de Caſtr. & Doct. in leg. 3. §. final. cum leg. ſequ. ff. de rebus eorum. Et inter metalla huiuſmodi ſpecies ſalis natiui connumeratur, vt not. Albert. de Roſat. in dict. leg. 3. §. final. & notat. Bartol. Veron. in d. §. publica quæſtion. 5. ſi vero quęritur de ſale factitio, quod fit ex aqua ſalſa Alber. Mag. li. 3. Metheor. Et hanc ſpeciem ſalis nō puto comprę̄hēdi, quia fit ex diuerſo elemento, videlicet ex aqua alijs commixtis, vt per Alb. Mag. in loc. prę̄alleg.

Sextò quæro. Quid ſint ſalinæ? Dicas ſecundum Bartol. Veron. in

dict. leg. inter publica, §. publica quæſtione 1. ff. de verborum ſignificat. quod ſunt loca, in quibus ſal naſcitur, ſi naſcitur ex monte. Vel dicas, quod ſunt loca, in quibus eſt a-
6 qua ex qua fit ſal, & probatur in leg. forma §. ſalinæ ff. de cenſibus, quæ loca Volaterrani moias appellant, corrupto fortè vocabulo à muria, de quo Plin. dict. cap. 7. dicit, quod in Hiſpania hauriunt aquam muriam appellantes, & in capit. 8. dicit muria, ſiue illa ſalſugo, muria namque dicitur, ac deducitur à mari, eſt enim aqua ſalſamentorum, & placet Raphaeli Volater. in dict. capit. A muria igitur moiam dictam pu-
7 tauerim, vel fortè dicta eſt ab hæbraica ditione, mayn, quæ aquam ſignificat apud latinos quaſi aqua ſalſa, vel ſal aqueum.

Sextò quæro. An quæ dicuntur in metallis militent in ſalinis? Reſpondeo, quod ſi loquimur de ſale natiuo, vt dixi ſupra quæſt. proxima, Dico, quod ſic ex identitate rationis per notat. in leg. quoſdam, & leg. cuncti Cod. de metall. & met. libr. 11. quæ loquuntur de venis ſaxorum, & marmorum & aliæ leges de metallis, ex quo patet, quod ideo ponuntur ibi, quia idem iuris ſit in ipſis, quod in metallis, vt dicit Paul. de Caſt. in conſil. 178. fundamentum præfati domini Vicarij, & ſentit Azzo. in ſumma Cod. de metall. & met. & dixi ſupra tit. proximo quæſ. 17. Si vero quærimus de ſale, quod fit ex aqua, & tunc, aut quærimus an idem ius ſit in ipſis, quod in
8 metallis, & lapidicinis, quod dominium aquæ ſalſæ. Et dico, quod ſic, vt l. magis puto in princip. ff. de rebus eorum, & not. Roman. in dict. §. ſi vir in fundo, Aut quæritur, An aliquid ex ipſis debeatur fiſco, Et dico, quod ſic, vt dict. leg. inter publica §. publica ff. de verborum ſignificat. iuncta glo. Et not. ibi Barr. Veron. in 3. not. & Card. Alexand. in cap. I. Quæ ſint Regal. & dicam infra quæſt. 26.

Septimò quæro. Quæ dicantur ſalinaria? Reſpondeo, ſecundum Innocen. in capit. ſuper quibuſdam §. præterea de verborum ſignificat. & refert Bartol. Veron. in dict. §. publica quæſtione 2. quod dicuntur
9 illæ ſolutiones, vel tributa, quæ dantur pro facultate & auctoritate acquirenda ſalis emendi, vel vendendi, & hoc modo accipitur in dict. §. præterea. Vel dicas ſecundum Hoſti. & Ant. de Butr. ibi quod ſalinaria dicuntur domus, vbi conſeruatur ſal ad vendendum à præpoſitis illius officij, ita vt alius non audeat emere, vel vendere vt dicit Bartol. Veron. in quæſt. 2.

Octauò quæro. Quis ſalinas inſtituerit? Reſpondeo, ſecundum
10 Plin. libr. 31. capit. 7. Ancum Martium primum ſalinas inſtituiſſe, qui etiam dedit populo congiarium ſalis modiorum ſex millium, vt etiam dicit Conciuis meus in præalleg. c.

Nono quæro, Ad quem pertineant ſalinæ? Reſpondeo, quod ſi ſunt in fundo pertinent ad fiſcum, vel ad Principem, ipſæ etiam ad fiſcum pertinent, vel ad Principem, in cuius fundo ſunt dict. cap. 1. Quæ ſint Regal. quem textum ita intelligit. Roman. in dict. leg. diuortio. §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matrimon. & not. Bartol. Veron. in dict. leg. inter publica §. publica in 3. notat. & de iſtis nulla eſt dubitatio, ſecundum ipſum, & idem not. Card. Alexand. in dict. capit. 1. & allegat textum in leg. 1. §. 1. ff. quod cuiuſque vni. nom.

Decimo quæro. Ad quem ſpectet redditus ſalinarum? Et quod ex eis ſolui debeat? Dicas ſalinarũ redditum eſſe de regalibus cap. 1. Quæ ſint rega. & debetur fiſco, vt ibi eſt textus, quod intell. Bartol. Veron.

Digitized by Google

ſon. in lege inter publica §. publica in 3. not. ff. de verborum ſignificat. non modo de ſalinis publicis, de qui bus nulla eſt dubitatio leg. 1. in princip. ff. quod cuiuſque vniu. nom. ſed etiam de ſalinis priuatis, quæ ſunt priuatorum, licet enim illæ ſint priuatorum, tamen vectigal quod ex eis fiſco debetur & ſoluitur eſt publicum, & regale, vt dict. §. publica, & dict. cap. 1. Quæ ſint regal. quia ibi loquitur de redditu ſalinarum, non autem de ipſis ſalinis, vt patet ex textu dict. cap. 1. ibi Piſcationum redditus, & ſalinarum; Nam proprietas omnium ſalinarum non ſpectat ad Principem, quia ſalinæ poſſunt eſſe etiam in dominio priuato-
11 rum, vt eſt caſus in dict. leg. magis puto in princip. ff. de rebus eorum. Et illud, quod fiſco ſoluitur ex ſalinis dicitur vectigal publicum, & ſalinarum, vt eſt text. cum gloſ. in cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verborum ſignificat. dicuntur etiam pertoria l. 3. Cod. de vectigal. & notat gloſ. in d. §. præterea. Ita dicit Bart. Veron. in d. 3. not.

Vndecimo quæro. Quid de ſalinis quæ ſunt in fundis vniuerſitatis, an ad ipſam ſpectent? Reſpondeo,
12 quod ſunt illius vniuerſitatis in cuius fundo reperiuntur ad hoc leg. 1. §. 1. ff. quod cuiuſque vniu. nom. & quod notat Accurſ. in dict. leg. inter publica §. publica. Habet enim vniuerſitas bona non ſolum quo ad honorem, ſed etiam quo ad vtilitaté, vt not. Ioan. de Plat. in leg. 1. Cod. de du. præ. vrb. lib. 12.

Duodecimo quæro. Quid ſi in fundo vel loco Eccleſiæ inueniantur ſalinæ. Reſpondeo, quod per-
13 tinent ad Eccleſiam in cuius fundo inueniuntur, quia aqua eſt pars fundi leg. aquam. Cod. de ſeru. & aqua, & eccleſia eſt domina fundi leg. final. C. de ſac. Eccleſ. & ſalinæ ſunt domini fundi, vt dicit Ioann. de Plat. in leg. 1. Cod. de Theſau. Ergo ſunt Eccleſiæ, & quia de theſauro inuento in fundo Eccleſiæ pertinet portio ad ipſam Eccleſiam, vt notat Iac. Aluar. & Card. Alexand. in d. c. 1. quæ ſint Regal.

Decimo tertio quæro. Quid de ſalinis quæ inueniuntur in fundis priuatorum, An pertineant ad priuatum, in cuius fundo inueniūtur, An ad fiſcum, Et videtur prima facie dicendum, quod ſpectent ad fiſcum, licet inuentæ ſint in fundis priuati, quia ſalinæ connumerantur inter Regalia, quæ ſolum fiſco competunt c. 1. quæ ſint Regal. ibi piſcationum redditus, & ſalinarum, pro hoc etiam textus in l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſque vni. nom. leg. inter publica §. publica ff. de verb. ſign. & ita quidam conſuluerunt, vt dicit dict. Bartol. Veron. in dict. §. publica quæſtion. tertia. Sed contrarium
14 dico quod immo pertinent ad priuatum, & in priuatorum dominio ſunt, in cuius fundo inuentæ ſunt; Probatur primo per l. magis puto in princ. ff. de reb. eor. ibi, ſed ſi ſalinas pupillus habeat idem erit dicendum, vt alienari non poſſint ſine decreto: Et ſic probatur textus, quod ſalinæ poſſunt eſſe in patrimonio pupilli, & ſic priuati. Secundo per text. in leg. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſoluto matrimon. iuncta gloſa in verbo alterius, vbi gloſa dicit vel ſalinarum. Tertio facit textus in leg. generali §. vxori ff. de vſufr. leg. vbi maritus reliquit vxori vſumfructum ſalinarum. Quartò text. in leg. forma §. ſalinæ ff. de cenſ. vbi dicitur, quod ſi quæ ſunt ſalinæ in prædijs; & ipſæ in cenſum referendæ ſunt. Quinto tenet Roman. in d. leg. diuortio. §. ſi vir in fundo, dicés ita ſe conſuluiſſe apud Volaterranos in ardua quæſtione, &

quod ita fuit obtentum, & ſequitur Bartol. Veron. in dict. quæſtione 3. referens idem tenere Alber. de Roſat. in dict. leg. forma §. ſalinę. Et opinionem Roma. tenet Aret. in dict. §. ſi vir in fundo, dicens, quod per illam gloſ. ibi vel ſalinarum dominus ſuus refert conſuluiſſe, quod ſi aqua ſalſa ſint in loco priuati ex qua poſſint fieri ſalinæ iſtæ pertinent ad dominum fundi, & ad ipſum pertinet perceptio ſalinarum per text. cũ gloſ. in leg. 3. §. final. cum leg. ſequ. ff. de rebus eorum, quam opinionem ſequitur etiam Alexand. & Philippus Lucenſis in dict. §. ſi vir in fundo, pro qua eſt textus in leg. magis puto in princip. ff. de rebus eorum & quod fructus ſalinarum in locis priuatis pertinent ad dominum loci, ſed ſi eſt in loco publico pertinent ad Principem, & ſic dicit Roma. conſuluiſſe apud Ciuitatem Volaterranam. Eandem concluſionem tenet Florian. in leg. æquiſſimum §. item ſi fundum ff. de vſufr. quem refert, & ſequitur Dominus Iacobinus de Sancto Georgio in ſua Pract. feud. in verb. & cum argentifodinis, & ſalinis, vbi allegando Florian. in dict. §. item ſi fundum concludit, quod ſalinæ inuentæ in fundis priuatarum perſonarum ſunt domini fundi, inuentę in fundis publicis, ſunt fiſci: Et dicit, quod hæc opinio ſi videtur verior, quam etiam tenet Ioann. de Plat. in leg. 1. Cod. de Theſau. lib. 10. & Card. Alexan. in dict. cap. 1. quæ ſint regal. in verb. ſalinarum colum. 5. Non obſtat textus in dict. cap. 1. quia loquitur de ſalinis publicis, vt dicit Roman. in dict. §. ſi vir in fundo, & ibi refert, & ſequitur Alexand. & Philippus Lucenſis. Non obſtat textus in dict. §. publica. & in dict. leg. 1. §. 1. ff. quod cuius vniu. nom. quia loquuntur de vectigali, quod ex ſalinis ſoluitur fiſco, nam tale vectigal eſt de Regalibus, vt dicitur in cap. 1. quę ſint Regal. loquitur enim ibi textus de redditu ſalinarum, non de ipſis ſalinis, vt patet ibi piſcationum redditus, vel ſalinarum, vt dicit Barto. Veron. in dict. §. publica in 3. not. Et prædicta concluſio procedit, niſi conſue-
15 tudo ſit in contrarium, quia in iſtis etiam attenditur conſuetudo ſecundum Andr. de Iſern. in d. c. 1. vt dicit ibi Card. Alexand. Idemque notat Bartol. Veron. in dict. §. publica in 3. not.

Decimo quarto quæro. Quid ſi in fundo Emphiteotico inueniantur ſalinæ. An erunt directi domini, An
16 emphiteotę? Reſpondeo, quod emphiteotæ per text. in leg. item ſi fundi, & quod ibi not. Alber. de Roſat. de metallis, quod ſpectent ad emphiteotam ff. de vſufruct. Et per id quod not. in leg. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matrimon. Et, quia cum emphyteota habeat vtile dominium §. adeo cum ibi not. Inſtit. loca. omnis vtilitas ad eum pertinet.

Decimo quinto quæro. Quid ſi in fundo feudali inueniuntur, An ad feudatarium, vel ad ſuperiorem ſpectet? Reſpondo, quod ad feuda-
17 tarium, quia cum feudatarius habeat vtile dominium cap. 1. §. rei autem de inueſt. de re alien. fact. & not. in cap. 1. de cap. Corrad. Quæcunque enim commoditas redditus ſiue prouentus ad eum ſpectat, & ſalinæ inter redditus computantur c. 1. Quæ ſint Regal. Ergo ad ipſum ſpectant.

Decimo ſexto quæro. Quid de ſalinis quæ ſunt in fundo vſufructuarij? Reſpondeo, quod vtilitas
18 ſpectat ad vſufructuarium ſiue tempore conſtituti vſufructus ſint ibi ſa
18 linæ leg. item ſi fundi §. 1. ff. de vſufruct. quia quicquid in fundo naſcitur.

ſcitur, & quicquid inde percipi poteſt ipſius fructus eſt, vt ibi dicitur; Siue etiam poſtea inueniantur, ſal inde perceptum eſt vſufructuarij, & ipſius fructus, cum totus agri non partium relictus ſit vſufructus vt ead. leg. §. ſed ſi metalla cum ibi not. & in leg. generali §. vxori ff. de vſufr. leg.

Decimoſeptimo quæro. Quid ſi in fundo dotali inueniuntur ſalinæ; an ſpectent ad maritum? Reſpon-
19 deo, quod ſic leg. diuortio §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matrimon. vbi dicitur maritum habere vſumfructum aurifodinarum, lapidicinarum, & cuiuslibet alterius materiæ, quæ ſunt, vel reperiuntur in fundo vt ſalinarum, vt dicit gloſ. & ſequuntur Doctor. Roma. & alij.

Decimooctauo quæro. Quid ſi quis in alieno fundo inuenerit ſalinas, an ſint inuentoris, an Domini fundi? Reſpondeo, quod aut inuenitur ſal natiuum, quod ceditur vt lapis, aut factitium ex aqua. Pri-
30 mo caſu ſi inuenitur natiuum dico, quod efficitur inuentoris, quia licet in alieno perquirere lapidicinas, cotes, metalla, & huiuſmodi quæ conceduntur inuentori propter publicam vtilitatem, & quia magno parantur ſumptu. Dari tamen debet decima domino fundi l. quoſdam, & l. cuncti C. de metall. & met. lib. 11. & idem ius eſt in ipſis quod in lapidicinis, & metallis vt dixi ſupra q. 7. Secundo caſu ſi inuenitur aqua ſalſa, iſta non ſit inuentoris, vt dicit Ioa. de Plat. in l. 1. verſ. ſi quis autem C. de Theſau. lib. 10. vbi dicit, quod ſi quis inuenerit in alieno aquam ſalſam, ex qua fit ſal non propterea ei debetur medietas lucri iſtius ſalis ſicut debetur medietas theſauri, quia aqua eſt pars fundi l. ſi is qui in puteum ff. quod vi, aut clam quod ſecus eſt in theſauro l. nunquam §. theſauros ff. de acquirend. rerum domin. Opinionem Ioann. de Plat. ſequitur Marianus Sozzinus in Rubr. de cauſ. poſſeſſ. & propr. in materia theſauri in 5. queſtione verſicul. duodecimus caſus.

Decimononoquæro, An ſalinæ concedi, vel locari poſſint per Principem; Reſpondeo, quod poſſunt; licet enim redditus ſalinarum ſit ex illis quæ reſeruantur Principi capit. 1. quæ ſint Regal. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea de verborum ſignificat. leg. ſi quis Cod. de vectig. Cō-
21 cedi tamen, & locari ſimpliciter poſſunt a Principe dict. §. præterea, & dict. leg. ſi quis, & leg. ſed & hi. §. qui ſalinas ff. de publica. Et in conceſſione facta a Principe ad lōgum tempus tranſit vtile dominium, quia per locationem, ad longum tempus ius in re transfertur leg. 1. §. final. cum leg. ſequent. ff. ſi ag. vectig. vel emph. peta. Ita concludit dominus Philippus Decius in conſ. 292. & pro tenui facultate in princip. in quo pro Ciuitate Volaterrana conſuluit, quod ſalinæ ſpectent ad Ciuitatem, ſeu ad Comunitatem eo iure quo ante ſubmiſſionem pertinebant; In qua cauſa ipſe etiam conſului, & conſilium Decij eſt ſubſcriptio conſilij mei, in quo concluſi quod cenſeretur conceſſum omne ius ſalinarum, cum dicatur quod conceduntur ſalinæ, & opus ſalinarum eo modo quo antea pertinebant, vt etiam concludit Philippus Decius in d. conſil.

Vigeſimo quæro. Quid ſi Princeps concedit caſtrum cum ſalinis & omnibus iuribus ſuis, quæ ſalinæ veniant in conceſſione? Reſpon-
22 deo, quod ſolum ſalinæ pertinentes ad Principem. Salinę vero quę ſunt, vel inueniuntur in fundis priuatarum perſonarum non veniunt in

Digitized by Google

conceſſion ē, quia iſtæ non pertinent ad Principem, ſed ſunt domini fundi, vt determinat Dominus Iacob. de Sancto Georgio in ſua Pract. ſæudo. in verb. & cum argentifodinis, & ſalinis. Comprobatur concluſio per notat. per Bald. in capitul. 1. verſicul. modo e contra de capit. qui cur. vend. vbi concludit, quod in conceſſione caſtri cum iuribus, & pertinentijs ſuis non veniunt molendina priuatarum perſonarum, ſed illa quæ ad caſtrum, & Principem ſpectant, & ſequitur Cornel. in conſil. 321. in 4. dubio libr. 4. Et facit, quod notat Alexand. conſil. 35. volu. 4.

Vigeſimo primo quæro. Princeps conceſſit quædam regalia, & omnia emolumenta fructuum redditiuum, & prouentuum; an comprehendantur redditus ſalinarum?
23 Paul. Caſtr. in conſil. 63. incip. Quod dicti redditus in nouiter impreſſius conſuluit, quod ſic; Primo, quia dicta verba in conceſſione appoſita, ſcilicet, emolumenta fructuum, redditiuum & prouentuum ſunt adeo generalia, quod omnia comprahendunt etiam ſalis, & ſalinarum, vt leg. vſufructu legato ff. de vſufruct. leg. Et quod notat gloſa in leg. frugem, & in leg. fructus ff. de verborum ſignification. Secundo, quia ſpecificatis quibuſdam regalibus, & quæ non conſueuerunt cum vniuerſitate tranſire, vt mero imperio & pedagijs, & ſimilibus: Et ſubiecta clauſula generali quæcunque alia quocunque nomine cenſeantur veniūt omnia alia æqualia, ſimilia, vel maiora expreſſis capitul. ſedes de reſtitut. capitul. qui ad agendum de procur. libr. 7. & leg. ſed ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis caut. & quod ibi notat. Igitur non debet obſtare, quod redditus ſalinarum ſit de regalibus, quia & alia quamplura ſunt in Tit. Quæ ſint regal. quæ fuerunt in conceſſione ſpecificata, nec eſt maior ratio prohibitionis in redditu ſalinarum quam in alijs leg. 1. ff. de font. leg. 3. ff. de iniuſt. rupt. poſt princip. & leg. illud ff. ad leg. aquil. cum ſim.

Vigeſimo ſecundo quæro. Quid ſi relictus eſt vſufructus ſalinarum, an ſal quod ibi eſt tempore conſtituti vſufructus cedat vſufructuario? Reſpondeo, quod aut ſal 24
erat ibi cauſa vendendi, & tunc non pertinet ad vſufructuarium; aut non erat ibi cauſa vendendi, & cedit vſufructuario leg. generali. §. vxori ff. de vſufruct. legat. & §. idem quæſijt & ibi per Bartol. qui dicit; quod ideo non debetur venale ſal, quia teſtator limitauit, & reſtrinxit ſe ad illud quod eſt in loco, & venale non cenſetur eſſe in loco. Si igitur teſtator reliquiſſet ſimpliciter vſumfructum omnium rerum ſuarum tunc cederet venale, & non venale, vt dicit ibi Bartol. qui inducit illum textum ad legatum factum vxori de omnibus quæ ſunt in domo, vt non veniat frumentum, quod ibi erat cauſa vendendi.

Vigeſimo tertio quæro, An de ſalinis ſoluantur decimæ? Re-
25 ſpondeo, quod aut quærimus de ſalinis quæ ceduntur, aut lapidicinæ, de quibus dixi ſupra & in iſtis puto quod ſic, quia ex lapidicinis ſoluuntur decimæ vna domino fundi, alia fiſco, ſi in priuato, & alterius quam fodientis: Si in proprio fodientis vna fiſco ſoluuntur, ſi in publicis locis vel fiſci duæ decimæ fiſco ſoluuntur leg. cuncti, & ibi notat Bartol. & lo. de Plat. quod in lapidibus ſoluitur deci-

decima fiſco. Cod. de metall. & met. libr. 11. Et dixi ſupra libr. 1. in Tit. de metalla. quæſtione 33. Si vero quæritur an ſoluantur de ſale, quod fit ex aqua, & hoc caſu ſi referimus gloſam poſitam in dict. leg. inter publica §. pub. in verb. metallorum, gl. dicit de quibus decima fiſco debetur leg. cuncti allegata etiam referendo ad ſalinas erit decima.
26 Si vero non referimus niſi ad metalla ſuper quo verbo eſt poſita gloſa, vectigal quod ſoluitur ex ſalinis erit octaua pars leg. ex præſtatione Cod. de vectigal. quam etiam ibi gloſ. ſuper verbo venalium allegat, & notat Ioann. Bertacch. Firma. in Tract. Gabell. in prima parte in princip. Sed puto in his atten-
27 dendum eſſe conſuetudinem, vt in materia noſtra dicunt Bartol. Veron. in dict. §. publica & Cardin. Alexand. in dict. capitul. 1. Quæ ſint regal.

Vigeſimo quarto quæro. An poſſit accipi aqua maris, & fieri
28 ſal, & ſal ſit facientis? Reſpondeo, quod ſic; Ita dicit Bald. in leg. item lapilli in princip. ff. de rerum diuiſion. quia licet, vt ipſe dicit mare occupari non poſſit aliquid tamen ex eo eſt occupabile, vt aqua ex qua fit ſal, quia tunc ſal eſt occupantis, & facientis.

Vigeſimo quinto quæro. An ſit licitum vnicuique vendere ſal? Bartol. Veron. in dict. §. publica in 4. quæſtione dicit, quod non vt leg. ſi quis Cod. de vectig.
29 comm. & capit. ſuper quibuſdam. §. præterea de verborum ſignificat. & ibi hoc notat Innoc. in verb. ſalinaria, qui dicit, quod eſt notandum, quia nuſquam alibi inuenies prohibitum emere, vel vendere ſal, vt leg. 3. & leg. vniuerſi Cod. de vectig. & comm. & l. 2. & 3. Cod. nou. vectig. imp. non poſſ. niſi eſſet conſuetudo in contrarium, cuius initij memoria non exiſteret tunc enim ſecus eſſet dict. §. præterea. Et præfatus Bartol. in 3. not. dicit, quod cum ſalinæ poſſint eſſe in dominio priuatorum, vt leg. magis puto in princip. ff. de rebus eorum videtur, quod etiam priuatus poſſit de iure vendere ſal, quando ſalinæ ſunt in eius priuato dominio, item in hoc dicit Dominus Bartol. Veron. quod attenditur conſuetudo ſecundum Andr. de Iſern. & Iac. Aluar. in capit. 1. Quæ ſint regal. & idem dicit Cardin. Alexand. in dict. capit. 1.

Vigeſimo ſexto quæro. An vendentes ſal ad minutum admittantur ad dignitates? Accurſ. in leg. ne quis Cod. de dignit. libr. 12. dicit, quod non, & ibi ſequuntur Bartol. & Ioan. de Plat. qui dicunt quod exercentes artes viliſſimas, vt vendentes ſal ad minutum fructus, & ſimilia propter vilitatem negociationum repelluntur, quemadmodum repelluntur etiam cuſtodes paſchuorum & alij, de quibus ibi Bartol. & Ioann. de Plat.

Vigeſimo ſeptimo quæro, An alius quam conductor ſalinarum
30 poſſit vendere ſal? Dicas, quod non vt determinat Bald. in leg. ſi quis C. de vectig. & comm. qui dicit, quod nullus poteſt vendere, niſi ipſe conductor, vel alter cum ipſius licentia. Et idem notat Bartol. Veron. in dict. §. publica quæſtione 4. qui dicit, quod quando aliqui emunt, vel conducunt ſalinas a Principe, nullus poteſt vendere, vel menſurare, aut menſurari facere ſal, niſi cum licentia ipſorum conductorum. Idem notat Cornel. in conſil. 122. Viſo puncto. verſicul. Nam conſtat lib. 1.

Vigeſi-

Digitized by Google

Vigeſimo octauo quæro. Quid ſi alius quam conductor vendiderit ſal, cui applicabitur pęna? Reſpon-
31 deo, quod conductori, & emptori ſalinarum eſt applicanda pœna. Ita dicit Baldus in dict. leg. ſi quis Cod. de vect. facit leg. creditor ff. de acti, emption. & idem dicit Bartol. Veron. in dict. quæſtione 4. & notat hoc Felyn. in cap. ad audientiam co lumn. 2. in fine de præſcrip. Bertach. in Tract. gabella. parte 2. quæſtione 19. Et Decius in conſil. 4. column. 2. verſicul. ad hoc facit.

Vigeſimo nono quæro. Quid ſi ſtatuto caueatur, ne quis poſſit conducere ſal, vel vendere in territorio, An vendens in loco recommendato incidat in pœnam? Reſpon-
32 deo, quod non, quia ex recommendatione nō detrahitur iuri alicuius, vt not. Bartol. in leg. 1. Cod. de excuſ. num. lib. 10. nec ſubſunt recom mendati legibus illius, cui ſe recom mendant, ſed ſuis legibus viuunt leg. non dubito, & ibi notat Bartol. ff. de capt. & per conſequens non incidit in pœnam ſtatuti, ſeu decreti, nec puniri, nec moleſtari debet. Ita conſuluit Abb. conſil. C. 1. incip. ad lucidationem lib. 2. & idem conſuluit Bartol. Sozz. in conſi. 209. licet nulla mihi lib. 2.

Trigeſimo quæro. Plures emerunt a Principe facultatem venden di ſal, & vnus ex eis moritur, An emolumentum ſit communicandum hæredibus ſocij? Cornel. in conſil. 122. viſo puncto libr. 1. con-
33 ſuluit, quod ſic, quia licet morte vnius ex ſocijs finiatur ſocietas leg. actione §. morte ff. pro ſoc. tamen emolumentum proueniens ex dicta negociatione ſalis tranſit in hæredem, quantumcunque ſit finita ſocietas dict. §. morte, cum omne emo lumentum proueniat ex iure vendendi ſal ipſis emptoribus; Et hinc eſt, quod licet textus in leg. verum §. in hæredem, generaliter dicat, quod licet hæres ſocij non ſit ſocius tamen emolumenta ſocietatis vectigalium, & ſimilium ſpectant ad hęredem, & generaliter loquitur, ideo generaliter eſt intelligendum leg. 1. §. & generaliter ff. de leg. præſtan. nec diſtinguit textus, vnde, & quo tempore emolumentum prouenerit, quod ideo fieri videtur, quia om ne emolumentum procedit ex iure exigendi vectigal, quod ius fuit commune inter ſocios. Probatur etiam in leg. hæres ſocij ff. eodem titul. vbi eſt textus, quod hæres ſocij tenetur expedire ea, quę per defunctum fue rūt inchoata, & propterea cum per defunctum fuerit facta emptio ſalariæ vna cum ſocijs ex qua emptione ſequuntur venditiones ſalis, ideo ſeruari debet per hæredem, cum in ipſum tranſeat. Et eſt textus cum gloſa quem ipſe non allegat in leg. 1. §. ff. quod cuius vniu. nom. ibi ſalinarium, & gloſa dicit tranſire vectigalium ſocietatem in hæredem l. adeo ff. pro ſoc.

Trigeſimo primo quæro. An hoſtibus & infidelibus poſſit vēdi ſal? Dicas, quod non leg. cotem ferro in princip. ff. de public. Et contrafaciens pœnæ capitalis eſt reus vt ibi,
34 & leg. 1. C. quæ res export. & notat. Ioann. de Plat. in dict. leg. 1. Cod. de lecto, & itin. cuſt. lib. 12. dicens contrafacientem pœnam capitis, & publicationis bonorum incurrere leg. 2. Cod. quæ res export. Et hoc de iure ciuili. At de iure Canonico eſt pęna excommunicationis, & publicationis bonorum capit. ita quorundam extra de iud.

Trigeſimo ſecundo quęro. Quid ſi Principi, vel Cōmunitas vult ſal iter ſubditos diſtribuere, An aliquis poſſit ſe excuſare? Dicas, quod non,
35 vt determinat Bartol. in leg. 1. Cod.

vt

vt nem.lic. in empt. ſpet. libr. 10. & ibi ſequitur Ioann. de Plat. & idem dicit Bartol. ſi Communitas velit frumentum, vel aliud diſtribuere inter ſubditos, quo caſu omnes emere tenentur, quamuis ſibi non ſit neceſſarium, quod nota, quia per hũc modum pecunia deuenit in communi pro neceſſitate Reipublicæ, vt ibi dicit Ioan. de Plat.

Trigeſimo tertio quæro. Quid ſi Cõmunitas, quę ſe recommendauit cum pacto, ne poſſit accipere ſal ab alio, quam ab illo cui ſe recommendauit ſub pœna in ſtatutis dicti domini contenta. An intelligatur de tunc vigentibus, An etiam de poſtea editis? Reſpondeo, quod intel-
36 ligitur de ſtatutis vigentibus tempore recommendationis, non autem de edendis in futurum, vt eſt not. theorica Bartol. in leg. ſi ſtipulatus §. cum ſtipulamur ff. de verborum obligation. pro qua facit textus in cap. pen. de iure iur. & ibi apertè ſentit hoc Hoſt. & facit textus in ſimili in leg. ſi mandauero. §. is cuius ff. manda. Igitur ſi poſt recommendationem fiat nouum ſtatutum pęnale non ligatur illa Cõmunitas, vel homines ipſius dicto ſtatuto. Ita concludit Abb. in dict. conſil. 51. verſicul. Sed his non obſtantibus, quam deciſionem tenet Ioan. Bapt. de ſancto Seuer. in leg. 1. ff. ſi ex nox. al. cau. aga. vbi dicit bene fuiſſe iudicatum, dum Abb. Siculus legebat Senis, quod illi de ciuitate Maſſana, qui iam diu in contractu fęderis ſe obligauerunt accipere ſal à Ciuitate Senarum, & non ab alio ſub pœna ſtatutorum, quod intelligi deberet de pœna ſtatutorum tunc vigentiũ & non poſtea factorum. Et facit, quod notat Bartol. in leg. ſi à Colono ff de verb. oblig. Et ita multi cõſuluerunt, vt ipſe dicit.

Trigeſimo quarto quęro. Cõmunitas eſt ſolita dare per ſuum ſtatutum religioſis certam quantitatem ſalis ſingulis annis; An tolli poſſit? Ioan. de Plat. in leg. quęcunque C. de fid. inſtr. & in haſt. fiſc. lib. 10. dicit, quod ſi ciuitas, quæ conſueuit quolibet anno dare religioſis certam quantitatem frumenti, & ſalis, velit per ſtatutum reuocare dictam elemoſinam non poteſt leg. priuile-
37 gia, & ibi idem not. Bart. C. de ſacr. Eccleſ. Roman. in Auth. ſimiliter in 9. ſpeciali præ cauſæ Cod. ad leg. Falc. Abb. in cap. pen. in fine de ſepult. Abb. de Roſat. in 1. parte ſtatutorum quæſtione 121. Iaſon. in leg. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1. qui cõcordat opinionem Cyni, & aliorum contrarium tenentium ſcilicet, An velit reuocare ſine cauſa, & non poſſit an cum cauſa, & poſſit: & iſto ſecundo caſu procedat opinio Cyni.

Trigeſimo quinto quæro. An per territorium alienum liceat portare ſal? Alexand. in conſil. 86. viſa inquiſitione volu. 4. dicit iure communi non reperiri prohibitum condu-
38 cere ſal per territorium alienum, vt ciuitatis Bononiæ ſolutis aliquibus gabellis capit. ſuper quibuſdam. §. præterea de verborum ſignificat. & leg. vectigal. ff. de publica, & notat Ioan. Andr. in add. ad ſpecul. in tit. de conſtitut. in addit. magna incip. Guido de Suzza.

Trigeſimo ſexto quæro. Quid ſi ſtatutum prohibet ſub pęna ne quis conducat aliquam quantitatem ſalis in comitatum, & territorium, An tranſeuntes ibi cum ſale, vt aliò portent incidant in pęnam? Reſpon-
39 deo, quod non, quia ſtatutum intelligitur de conducentibus ſal, vt ibi remaneat, non de venientibus illuc cum ſale inde receſſuri, & ibi non vendituri. Ita concludit Alexand. in dict.

Digitized by Google

dict. conſil. 86. & mouetur ex notat. per Bart. & Angel. in leg. cætera §. ſed ſi quis ff. de leg. 1. Et per Ioann. in dicta add. ad ſpec. & per Petr. de Anchar. & Imo. in clem. 1. de clericis non reſident. vbi concludit, quod ſi ſtatutum diſponit vt nemo poſſit portare bladum vltra diſtrictum ciuitatis, non compræhenditur ille, qui ex alia ciuitate, ſeu diſtrictu detulit per ciuitatem, & diſtrictum ſtatuentium, vt perduceret ad alia loca: & ibi dicit Imo. vt refert Alexand. quod etiam ſi ſtatutum diſponeret, quod nemo poſſit portare ſeu deferre frumentum per diſtrictum extra territorium, nihilominus illa verba non intelligerentur de frumento, quod fuit portatum ex alia ciuitate ad locum ſtatuentium, vt alio perduceretur, quia de delatione frumenti extracti ab initio ex alio loco non videtur intereſſe ciuitatis ſtatuentis. Ergo non videtur in dubio de hoc intelligendum ſtatutum per dict. §. ſed & ſi quis, & leg. Cæſar. ff. de publican. Ita in propoſito eſt dicendum, quod ſtatutum prohibens ſub pœna, ne quis vadat ad emendum ſal extra territorium, & illud deferat ad Ciuitatem, vel comitatum, debet intelligi, quando conduceretur ad ciuitatem ibi remanſurum, quia tunc fieret præiudicium illis ad quos ſpectaret vendere ſal, vt dicit Alexand. in dict. conſil. quem ſequitur Iaſon. in dict. §. ſed & ſi quis: ſtante ſtatuto loquẽte de extrahente: ſecus ſi loqueretur de portante per territorium prout dicit ibi Iaſon. ſequendo Angel. & Alexand. ibi & idem tenet ibi Anto. de Roſell. Aret.

Trigeſimo ſeptimo quæro. An immunitas à gabellis, quam habet concedens ſalinas tranſeat in emptorem ſalinarum? Dinus in leg. licitatio §. mercatores de publica. dicit (vt ibi refert Bartol.) quod non, & quod per illam leg. fuit determinatum contra emptores, qui in Romandiola ſalinas à Romana Eccleſia emerunt, vt tenerentur ſoluere in ciuitate Fauentiæ, licet Eccleſia non teneretur ſoluere. Sed Bartol. ibi diſtinguit, quod aut eſt vectigal ordinarium, & verum dicit Din.
40 aut extraordinarium, & in iſtis immunitas tranſit ad emptorem leg. 1. Cod. de priu. dom. Aug. lib. 11. Eandem diſtinctionem facit Salyc. in leg. vniuerſi Cod. de vectig. & ſequitur Bertacch. in dict. Tract. Gabell. in 7. parte quæſtione 12. qui dicit ſe ita de facto vidiſſe ſepè iudicari.

Trigeſimo octauo quæro. An Communitas, quæ vendidit ſalis
41 gabellam teneatur ipſa ſal emendo ad gabellam? Dicas, quod non, vt tenet Din. & Bartol. in leg. licitatio. §. fiſcus ff. de public. & Bald. & Salyc. in leg. emptor Cod. de hær. vel act. vend. & Ioan. de Plat. in leg. 1. Cod. de nauicula. libr. 12. & plenæ Firma. in ſuo tract. gabell. pag. 608. qui dicit ita vidiſſe de facto pluries iudicatum.

Trigeſimo nono quæro. Epiſcopus Volaterranus poſſidebat medietatem doganæ ſalis, Cõmune Volaterranum volebat agere contra Epiſcopum pro illa medietate: An
42 agere poſſit? Super hac quæſtione conſuluit Iac. Balduini antiquus Doctor, qui fuit ante Specul. cuius originale conſilium eſt in Bibliotheca mea in membranis incip. In quęſtionibus propoſitis: Et concludit Cõmune non poſſe agere, nec debere, quia aquæ ſalis erant quarũdam priuatarum perſonarum, & conſequenter non habebat ius Cõmune in eis, nec expediebat ei agere contra

tra

tra Epiſcopum, quia licet Epiſcopus nullum ius haberet, obtineret, quia poſſeſſor vel quaſi, licet nullum ius haberet vinci, ſi actor ius ſuum non probat leg. final. Cod. de rei vend. Ex qua deciſione apparet, quod venes aquarum ſalſarum an-
43 tiquitus erant priuatarum perſonarum.

Quadrageſimo quæro. An illi quorum fuerũt aquæ poſſint agere contra Dominum Epiſcopum pro illa dimidia? Concludit Iac. Baldui. in dict. conſil. Eos bene poſſe agere contra Epiſcopum, Non ob-
44 ſtante temporis præſcriptione, quæ proponeretur ex parte Epiſcopi, quia ſibi prodeſſe non poteſt, cum nulla interceſſerit, quæ non fuerit interrupta; Et quia non poteſt Epiſcopus præſcriptionem allegare, Quoniam, aut dicit ipſas aquas, & puteos ſe præſcripſiſſe ipſum, ſcilicet, loci ſitum: aut illud ius, ſcilicet, quod compellat illas perſonas ad ſal coquendum, & vendendum pro certo precio; Si ipſas aquas dicat ſe præſcripſiſſe, ipſum ſcilicet locum, vbi ſunt aquæ: Et hoc dicere non poteſt tum, quia illi, quorum erant aquæ loca illa poſſiderunt, & tenuerunt ſemper, & poſſidenti non currit præſcriptio. Cod. de præſcript. 30. anno. leg. male agitur. Si vero velit dicere Epiſcopus ſe præſcripſiſſe ius illud, quod cogere poſſit homines ad ſal coquendum, & non coquendum, & certo modo vendendum dico quod hoc præſcribere non poteſt, talia enim iura incorporalia neque poſſideri, neque præſcribi poſſunt, vt ff. de ſeruit. leg. ſeruitutes prædiorum ruſticorum in 1. reſp. Concludit ergo poſſe illos, quorum ſunt putei, vel ſalinæ ſiue aquæ ſalſæ agere contra Dominum Epiſcopum prædictum.

Quadrageſimo primo quæro. Qualiter ſit formandus libellus per illos, quorum aquæ ſalſæ contra Dominum Epiſcopum? Reſpondet Iac. Baldui. in dict. conſil. quod ſi Epiſcopus poſſidet ipſos pu-
45 teos, & aquas, ſcilicet, ſitum loci, agendum erit Rei vendicatione & formabitur libellus ſicut in rei vendicatione formatur, & quilibet per ſe libellum formare debebit, & hoc modo formabitur: Agit talis contra Epiſcopum Volaterranum, & ipſum Epiſcopatum, à quo petit talem puteum, vel medietatem talis putei vel talem aquam ſalſam, vel talem locum in quo eſt aqua ſalſa, quem dicit ſuum, & ad ſe pertinere iure dominij: & petit fructus ſiue obuentiones quæ ad Epiſcopum ſiue Epiſcopatum peruenerunt. Sin autem Epiſcopus non poſſidet ipſos puteos, vel ipſas aquas, vel ipſa loca, in quibus aquæ ſunt, ſed ſolum illud facit, quia cogit homines ad ſal coquendum, & vendendum tunc agere poſſunt illi homines aduerſus Epiſcopum, vt ad hoc eos non cogat, nec illam vim eis faciat, & libellus ita formabitur, quilibet formabit ſuum in hunc modum. Agit talis contra Epiſcopum, & petit ab eo, ne debeat ipſum impedire, vel ei aliquod impedimentum afferre, quo minus ad libitum ſuum vtatur tali puteo, vel tali aqua, ſal ibi faciendo, & coquendo, & ne ipſum impediat quocunque voluerit exportare, & quocunque præcio voluerit vendere, quia dicit dicto Epiſcopo ius non eſſe talia facienda. Et videretur alicui negatoriam actionem locum habere. Sed Dominus Iac. Baldui. in dict. conſil. dicit hoc non videri verum, quia negatoria proponitur, cum quis

alteri

Digitized by Google

alteri ſeruitutem negat ff. ſi ſeru. vend. leg. 2. 1. reſpon. At hic nulla ſeruitus allegatur neque prædialis neque perſonalis; & licet aliquando reperiatur ſimilis ſeruitus calcis coquendæ & ſimilis; hic tamen non poteſt dici, aliquam eſſe ſeruitutem. Vnde potius videtur, quod hic iudicis officium locum habeat per quod prohibeantur violentię ff. de offic. præſ. l. illicitas.

Quadrageſimo ſecundo quæro. Quid ſi Epiſcopus non poſſidet aquas ſalſas, nec aliquam neceſſitatem imponat illis hominibus quorum ſunt aquæ, ſed Communitas, & poſtea Epiſcopus habet certam partem lucri a Communitate, An competat actio hominibus contra Epiſcopum? In hoc caſu Iac. Bal-
46 dui. dicit in dict. conſil. nullam competere actionem aduerſus Epiſcopum, ſed potius contra Communitatem, vnde iſto caſu conſuluit, quod Communitas deſiſteret ab iſta moleſtia, & non cogat homines ad coquendum, vel non coquendum, & vendendum, & tunc Epiſcopus ex inde nihil habeat. Quod ſi Epiſcopus vellet eos cogere nouum quid facere videtur, quamobrem poſſent ei reſiſtere, & ſi vellent, poſſent iure ordinario contra illum agere iuxta formam ſupradictam. Poſtquam obtinuerint illi homines, Communitas nouam pactionem faciat cum illis hominibus, & poſtea Communitas poterit dictum Epiſcopum prohibere, ratione iuris ſuperuenientis de nouo quæſiti argu. leg. ſi mater §. eandem ff. de excep. rei iud. Et de nouo iure litigabitur, Vnde epilogando omnia breuiter ſic concludit dictus Dominus Baldui. quod illi homines, quorum ſunt aquæ agant contra Epiſcopum, & vincent eum: Subiungit, quod habebunt illi homines neceſſe probare illos puteos, & aquas ad ipſos pertinere, & eorum eſſe: alioquin non obtinerent. Dicit etiam oportere, quod à Summo Pontifice literæ impetrentur contra dictum Dominum Epiſcopum ab illis hominibus, & formabitur petitio in hunc modum. Significant Sanctitati veſtræ tales, quod Epiſcopus Volaterranus, ſuper quibuſdā ſalinis, ſiue aquis ſalſis, & alijs quibuſdam rebus iniuriatur eiſdē, & ideo petunt Iudices. Et ita concludit præfatus Dominus Iac. Baldui. in dict. conſil. Ex cuius dictis duæ eliciuntur concluſiones principales. Prima, quod aquæ ſalſæ in fundis priuatorum de iure ſint ipſorum priuatorum, in quorum fundis ſunt vt ſupra dixi quæſtione 12. Secunda, quod Communitas noſtra ſemper vſa fuit, quod ad ipſam, & non ad alium, ſalinæ, & ius ſalinarum pertineret, prout eſt hodie conſuetudine introductum, & prout dicunt Andr. de Iſern. & Card. Alexand. in capit. 1. Quæ ſint Regal. & dixi ſupra quæſtione 12.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIONES EX MODERNIORIBVS

Vna cum Conſilio D. Franciſci Guidij I. V. D. Filij Authoris huius Tractatus in materia ſalinarum.

SAlis onus eſt perſonale, & capitibus imponitur, & per Buccas vt vulgo dicitur Fullonus conſil. 15. parte ſecunda.

Sal conducere per Territorium alienum non ſolutis aliquibus Gabellis, non eſt de Iure communi de genere prohibitorum Alexand. conſil. 86. in principio volum. 4. per l. vectigal ff de publica, & refert, & ſequitur Roland. conſ. 42. nu. 24. lib. 3. & videtur in hanc ſententiam cit. Bertachinum de Gabellis in prima parte q. 4.

De Sale adeſt Tractatus Bernardini Gomesij, vbi quicquid Phyloſophis, & Hiſtoricis cognitum fuit copioſè habetur.

De Datio tranſitus ſalis multa Cephal conſ. 139. lib. 4.

Hic cadit Conſilium ſupradictum D. Franciſci Guidij I.V.C. Volaterrani cuius copia hic inſerta extabit, cum multa in eo in materia Salinarum habeantur.

DE
CAVSA FORMALI MINERALIVM.
Liber Tertius.

S V M M A R I A.

1 *FOrmalis cauſa ſiue forma eſt ſpecies, & exemplum.*

2 *Vel eſt intrinſeca rei.*

3 *Vel perfectio rei.*

4 *Vel integratio, & collatio partium.*

5 *Subſtantialis vt in homine anima.*

6 *Accidentalis quæ poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem vt color & aliæ qualitates.*

7 *Si qualitas habeatur loco materiæ accidentalis fit ſubſtantialis.*

8 *Extra rem vt exemplaris.*

9 *Intra rem vel declarans quidditatem.*

10 *Vel perficiens materiam.*

11 *Forma quandoque ponitur pro qualitate & tunc accipitur pro finali.*

12 *Vel pro ordine, vt in actibus hominum.*

13 *Vel pro vero eſſe rei, vt computatio partium.*

14 *Cauſa formalis per accidentalia cognoſcitur.*

15 *Et per operationes ſenſitiuas.*

16 *Et per effectus inſeparabiles, vt ſuperficies & color, & in fructibus ſapor.*

17 *Cauſa formalis per teſtes de uiſu probatur.*

18 *Sublata naturali operatione & potentia tollitur forma, vt ab homine anima.*

19 *Vel ſublatis communibus accidentibus vt ſi de terra fiat lapis coctus.*

20 *Vel ſublata illa aptitudine, vt in Scipho in maſſam redacto.*

21 *Amiſſio formæ vitiat diſpoſitionem.*

22 *Regula ſi non valet vt ago, non procedit in amiſſione formæ.*

23 *Forma rudis mineralium eſt numerus & proportio numeri.*

24 *Artificialis eſt illa aptitudo, vt in Scipho, lance vel Calice.*

Digitized by Google

TErtia principalis nunc ſequitur pars opuſculi noſtri, in qua de formali cauſa mineralium tractandum eſt; Et ſequendo ordinem aliarum cauſarum quædam præmitto. Primò quę ſit cauſa formalis. Secundo quotuplex ſit forma. Tertio, quot modis accipiatur. Quarto quomodo cognoſcatur. Quinto quomodo amittatur. Sexto an omiſſio formæ vitiet diſpoſitionem. Septimo quæ ſit forma in propoſita materia. Octauo, quis de ipſa modus agendi.

Circa primum dico ſecundum Ariſtot. 2. Phyſic. Tract. 3. capitu. 1. quod eſt ſpecies, & exemplum. Secundum
1 Anto. de Butr. in prohem. Gregoria. ſuper Rubr. dico, quod forma eſt, quæ ad rem comparatur, velut intrinſeca rei, & ſic de forma
2 hominis eſt, quod ſit rationalis: Ex quo infert formalem cauſam conſtitutionis eſſe, quod ſit rationalis, honeſta poſſibilis, iuſta bona, & æqua alioquin non eſt conſtitutio 4. diſt. cap. erit autem lex cap. final. de pręſcript. & capit. final. de conſuet. Secundum Baldum in leg. 1. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll. dico, quod forma rerum naturaliũ nihil aliud eſt, quam perfectio earum. Secun-
3 dum præceptorem meum Bartolo. Sozzin. in leg. 1. §. & harum ff. de verborum obligation. forma nihil aliud eſt, niſi integratio, & collectio
4 partium ſubſtantialium, quod ſi vna pars deficit, tota forma annihilatur, quia forma non attribuitur, niſi rei perfectæ, & conſumatæ leg. ſi is qui quadringẽta §. vtrum ff. de reb. dub.

Circa ſecundum dico, quod forma multiplex eſt. Primo duplex
5 ſubſtantialis, & accidentalis; Subſtantialis eſt id propter, quod ipſa conſiſtit, & vnde denominationem accipit, & eſt inuiſibilis in qualibet re, vt in homine cuius ſubſtantialis forma eſt anima, vt in clem. 1. de ſumm. trin. & fide cath. quæ tamen videri non poteſt, ſic nec forma ſubſtantialis ligni, vel lapidis, vel cuiuslibet rei videri poteſt, ita dicit Bartol. in 3. parte Thiberiad. verſi.
6 quod ſi circa princip. Accidentalis dicitur illa, quæ poteſt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem ſecundum Porphyr. vt albedo, nigredo, iuuentus, & ſenectus, quæ qualitates non dant nec tollunt eſſe rei leg. proponebatur ff. de iudic. leg. 1. §. de inſpiciendo ff. de vent. inſp. & not. Bartol. in loco præallegato. Sciendum tamen eſt, quod ſi qualitas habeatur loco materiæ, ſeu
7 ſubſtantiæ, & ſic reſpectu ad aliud habito, dicitur tunc forma ſubſtantialis, licet in ſe ipſa ſit forma accidentalis, quod maximè apparet in iuribus, quæ in ſuperficie conſiſtũt, vt in vſufructu leg. quid tamen §. quadrigæ cum leg. ſequent. ff. quib. mod. vſufruct. amitt. Ita dicit Bald. in leg. 1. verſicu. ſexto videndum ff. de acquirend. poſſeſſ. Præterea quædam forma eſt extra rem, & quædam intra rem. Forma extra rem
8 eſt, vt forma exemplaris, & vniuerſaliter perfect.. .reſpectu maioris perfecta. Sed forma intra rem eſt duplex, quia quædam eſt forma de-
9 clarans quidditatem, & ſic per ſe ſupernis eſt forma inferiori, & quædam eſt forma perficiens materiam, & ea eſt duplex, quia vel per-
10 ficit materiam vnius ſpeciei, vt forma argenti, & tunc dicitur ſpecies, aut perficit materias diuerſarum ſpecierum, & tunc aut illæ materiæ habent vnitatem ordinis tantum, ſicut eſt in ciuitate, & in exercitu, & tunc talis forma dicitur totũ, aut vltra vnitatẽ ordinis, & contractus habet alterationem, vt in Oximelle, & talis forma dicitur mixtio.

G Circa

Digitized by Google

Circa tertium dico duo, quod forma quandoque ponitur pro qualitate, quandoque pro ordine, quan-
11 doque pro vero eſſe alicuius rei naturalis: Pro qualitate, vt quando qualitas habetur loco cauſæ finalis,
12 vel materiæ ſiue ſubſtantię. Pro ordine, quia ordo dicitur forma in actibus hominum leg. qui Romæ. §. Flauius ff. de verborum obligat.
13 Pro vero eſſe rei, quod eſt in rebus propria forma, & in ipſa etiam rerum natura ordo computationis partium retinet ſubſtantiam ſubiecti leg. non ſunt liberi ff. de ſtat. hom.

Circa quartum quomodo cognoſcatur forma? Reſpondeo, quod cum ſubſtantialis forma in quali-
14 bet re ſit inuiſibilis vt dixi ſupra, ſiu dicamus de forma rerum animatarum per formas accidentales, quas videmus, quia homo habet animã, & corpus ſic organizzatum, ideo dicimus, quod eſt homo & ſi non haberet animam, nec illam formã, diceremus eum non eſſe hominem leg. non ſunt liberi ff. de ſtat. hom. Idem dicendum eſt in rebus inanimatis in quibus cognoſcimus terram, quia habet illa accidentia terræ exteriora. In rebus artificialibus cognoſcimus formam per illam aptitudinem, quam habent ad illum finem, ad quem per artificem ſunt factæ, vt ſciphus, & domus. Ita dicit Bartol. in dict. lib. Tyberiad. verſicul. quod ſi. Dicit etiam Bald. in d. verſicul. ſexto videndum, ſubſtantialem formam cognoſci per opera-
15 tiones, nam animata cum agũt naturales operationes debitas propriæ ſpeciei, & attingunt propriæ virtuti, per quam habent perfectionem, tunc nobis conſtat, quod habent formam, & eſt probatio ab effectu, & probatio ſenſitiua quæ eſt optima probatio, nam quærere rationem vbi habemus ſenſum, eſt infirmitas intellectus. Vbi ergo accidentia permanent in rebus animatis ſenſus, & motus, & non animatis, vt in lapide, & terra, & arbo-
16 re ſuperficies, & color; in fructibus ſapor, & maturitas quę eſt terminus motus tendentis ad ſubſtantiam rei. Ibi certum eſt eſſe formam ſubſtantialem; Et dicit Ariſt. 1. de Anima, quod accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum, quod quid eſt, ſic de ſubſtantia poteſt reddi ratio per accidentia; quia forma ſubſtantialis re vera non videtur, ſed color videtur, qui color eſt accidens, non ſubſtantia: Nec per hoc legiſtæ debent impugnare
17 dicta teſtium, qui ſe dicunt vidiſſe lapides, vel homines, quia dicta teſtium ſecũdum bonum, & ciuilem intellectum ſunt intelligenda, & non cauillanda leg. ſtipulatio iſta §. hæc quoque ff. de verborum obligation. non enim ad philoſophiam eſt recurrẽdum, ſed ad intellectum vulgi leg. librorum §. quod tamen ff. de leg. 3. cum enim intelligimus quid teſtis velit dicere, non curamus an loquatur propriè vel impropriè, vt leg. ſcire leges ff. de legibus. Vnde illa propoſitio apud legiſtas, quod non videtur homo, qui maximè ex inuiſibili, ideſt ex anima ore conſiſtit eſt deridenda, & merito reſpuenda; remotæ enim ſunt a virtute iuris inſidiæ leg. ita pudor C. de adult. Et mens legum non eſt diſputare verbaliter, ſed determinare realiter leg. 1. in fine C. comm. de leg. ideo ſæpe improprijs vocabulis vtimur leg. ſi tibi ff. ſi cert. pet. vt dicit Bald. in dict. verſicul. ſexto videndum. Accedant not. per Bartol. in Tracta. de Teſte in capit. de ſubſtantia.

Circa quintum quomodo perdatur forma? Reſpondeo, quod aut loqui-

loquimur in rebus animatis, & tunc dico, quod formam ſubſtantialem dicuntur amittere cum videmus rem a naturalibus operationi-
18 bus & ſolitis potentijs priuatam, tunc forma non eſt ibi, Et hinc fit vt amittat nomen rei, quod ſignificat ſubſtantiam & omnia accidentia corrumpũtur a corruptione ſubiecti, & nomen appellatiuum mutatur, quod ſtante identitate ſubſtãtię eſt immutabile, vt leg. 3. ff. de leg. 1. Exemplum in homine, cuius forma ſubſtantialis eſt anima, quæ ſeparata deſinit eſſe homo, & cadauer vocatur ff. de cadau. punit. per totum. Idem eſt in animatis anima ſenſitiua l. mortuo boue ff. de leg. 2. & pariter in animatis anima vegetatiua; Aut loquimur in rebus inanimatis non artificialibus & tunc perditur ſubſtantiale cum res per-
19 dit illa comunia accidentia, ex quibus res ſic denominatur, vt ſi de terra fieret lapis coctus, tunc amiſſa propria forma deſinit eſſe terra, & tranſit in aliam ſpeciem, & perdit primum nomen appellatiuum, & aſſumit aliud: Aut loquimur in rebus artificialibus, & tũc dico, quod perdunt formam ſubſtantialem, cũ deſinunt habere illam aptitudinem ad quam erant factæ, vt in ſcipho, qui tunc dicitur perdere formam, cum ita fuerit conflatum, vt ad il-
20 lum vſum eſſe non poſſit, & deſinit eſſe ſciphus leg. Iulianus. §. ſed & ſi quis ff. ad exhib. leg. quintus. §. cum aurum ff. de auro, & arg. legat. Ita dicit Bartol. in 3. parte Thiberiad. verſicul. quod ſi. Aut quærimus quando qualitas ponitur pro forma ſubſtantiali, & tunc mutata qualitate, videtur mutata forma; Aut quando ponit ordo pro forma, & tunc deſtructo ordinis principio ordinatum totum deſtruitur leg. ſi debitorem ff. de pac. leg. non ſunt liberi ff. de ſta. hom. Ita dicit Bald. in dict. leg. 1. ff. de rerum diuiſ. Et Dominus Bartol. Soz. in dict. leg. 1. §. & harum ff. de verborum obligat. in lectura Senenſi: Qualiter autem teſtes deponere debeant ſuper amiſſione formæ, vt probent, & concludant, patet, ex prædictis, & ex his, quæ dicit Bartol. in Tract. de Teſte in cap. de ſubſtantia, & in cap. de qualitate.

Circa ſextum. An omnino formę
21 vitiet diſpoſitionem? Dicas quod ſic, & nedum in actu odioſo, ſed etiam in fauorabili vt eſt manuſcriptio, eius omiſſio vitiat diſpoſitionem legalem l. qui Romę. §. Flauius ff. de verb. oblig. Similiter omiſſio modi, & formæ in proceſſu reddit proceſſum nullum, & per conſequens ſententiam nullam leg. prolatam Cod. de ſent. leg. cum hi. §. ſi prætor ff. de tranſact. plene in cap. cum dilecta de reſcript. & in c. exhibita de iudic. eſt enim maius pec-
22 catum formæ, quam materiæ, quia licet ſit peccatum in materia, ſi non valet actus, vt agitur valet, vt valere poteſt. ſecus ſi ſit peccatũ in forma leg. an inutilis ff. de acceptil. leg. ſi vnus §. ſi acceptilatio ff. de pact. & nimirum, quia forma eſt quę dat eſſe rei leg. Iulianus. §. ſi quis ff. ad exhib. & leg. proponebatur in fine ff. de iudic. A forma ergo tradita à lege, vel ſtatuto non eſt recedẽdum leg. conſtitutionibus ff. ad municip. leg. certa forma & ibi hoc not. Ioa. de Plat. C. de iure fiſc. lib. 10. Plene Felyn. in capit. cum dilecta de reſcript.

Circa ſeptimum. Quæ ſit forma in propoſita materia? Reſpondeo, quod aut habemus obiectum ad naturalem philoſophiam: Et tunc di-
23 co ſecundum Albert. magnum, referentem Auicennam libr. 3. de mineralibus cap. 6. quod numerus, &

proportio numeri vocatur forma, & hoc prout ſunt in rudi forma. Si vero conſideramus, prout ſunt deducta in formam aliquam artificialem, & tunc forma eſt illa ap-
24 titudo, quæ ſibi datur per artificem, vt in ſcipho, & calice, vel lance, vt dixi ſupra verſicu. circa quartum. Aut habemus obiectum ad legalem philoſophiam, & ſecundum hanc conſiderationem forma eſt duplex; forma tractatus, & forma tractandi: Forma tractandi triplex eſt, diffinitiua, diuiſiua, & exemplorum poſitiua, vt dicit Alber. de Roſat. in Rubric. prohem. Digeſtorum, & Bald. in Rubr. ff. de iuſt. & iur. Forma tractatus eſt collocatio ad congruos titulos, vt dicit Anton. de Butr. in Rubric. prohem. Gregoria. & ibi Abb. in fine.

Circa octauum. Quis de ipſa cauſa formali modus agendi? Dico quod quatenus ad legalem cõſiderationem ſpectat forma tractatus eſt collocatio ad congruos titulos, vt materia congruè diſtinguatur, & formaliter. Et ideo primum agemus. *de Moneta.*

Poſtea *de Theſauris.*

Tertio *de Rebus aureis, & argenteis.*

Quarto *de Ornamentis.*

Quinto *de Veſtibus auratis.*

***



DE

DE MONETA.

Titulus Nonus.

SVMMARIA.

1 *VSus pecuniæ ad facilitatem permutationis eſt inuentus.*
2 *Iure gentium eſt inuenta.*
3 *A pecudibus dicta.*
4 *Largiſſimo modo pro qualibet facultate accipitur pecunia.*
5 *Largo modo pro qualibet re permutabili.*
6 *Stricto pro moneta.*
7 *Et ideo pecunia in ſtatuto non intelligitur niſi de numerata.*
8 *Niſi ratio expreſſa inducat aliam ſpeciem.*
9 *Pecunijs numeratis legatis non veniunt ad aliquid deſtinati.*
10 *Nec alicubi repoſiti.*
11 *Mobilium appellatione venit pecunia.*
12 *Sed non ea quæ eſt in nominibus debitorum.*
13 *Domo cum alijs rebus legata non venit pecunia.*
14 *Moneta quaſi a monendo dicta ne qua fiat in ea fraus.*
15 *Numiſma quaſi à nomine Principis quod ibi apponitur.*
16 *Nummus à numerando.*
17 *Solidus à ſoliditate quia de ſolo auro fit.*
18 *Iuris intellectu non differunt, ſed valore, & æſtimatione differunt.*
19 *Solidi appellatione in iure intelligitur aureus.*
20 *Sed prolatus ab homine intelligitur de minuto.*
21 *Siclus valet quinque ſolidos, vel 20. Obolos.*
22 *Denarius denas libras æris, vel decem nummos vſuales valet.*
23 *Denarius monetam ſpecificam, Pecunia plures monetæ ſpecies ſignificat.*
24 *Sed ex vſu vulgari denariorum nomine veniunt omnes monetæ.*
25 *Nummos primus Romæ ſignauit Seruius Rex, Antea Saturnus vel Tare pater Abrahæ.*
26 *Corij pecudini erat prima moneta.*
27 *Monetam cudere ſolus de iure poteſt Imperator.*
28 *Vel is qui ab ipſo licentiam habeat.*
29 *Alias Princeps non poteſt.*
30 *Niſi hanc poteſtatem præſcripſerit.*
31 *Vel plena iura Imperij.*
32 *Priuatus non poteſt etiam cum priuilegio Imperatoris.*
33 *Per artifices expreſſos, qui monetarij dicuntur cudi debet.*
34 *Filij eorum non gaudent patrum priuilegijs niſi actu artem exerceant.*

35 Nec iſ gaudent nudi monetarum mercatores.
36 Nec pupilli licet ſint de Collegio.
37 Principis, vel ſuperioris expenſis cudi debet.
38 Eiuſdem valoris vt eſt in materia.
39 Licet de facto obſeruetur contrarium.
40 Ad monetam legitimam requiritur.
1. Quod cudat authoritatem habens.
2. In loco publico.
3. Proba ſpeciei.
4. Iuſti ponderis.
5. Forma publica.
41 Moneta Caſaris iure debet eſſe aurea, Vſu eſt etiam argentea, & area.
42 Nummus aureus de iure eſt ſexta pars vncia, vſu octaua.
43 In aurea debet eſſe imago Principis; In argentea vel area ſufficit eius nomen.
44 Proba ſpeciei eſt ſi idem valet in maſſa, vt in forma.
45 Probitas vel pondus probatur à miniſtris ad hoc deputatis, vel a iudice vel partibus concordibus.
46 Expenſis debitoris & creditoris talis aſtimator ſolui debet.
47 Si non cudatur proba datur recurſus ad ſuperiorem.
48 Auri precium augeri vel minui poteſt à Principe vel authoritem cudendi habente.
49 Si non habeat requiritur conſenſus populi.
50 Pro valore currenti, quilibet accipere tenetur.
51 Sed non Ciuitas alterius iuriſdictionis.
52 Qua in dubio non praſumitur.
53 Proba moneta debet ſolui à debitore.
54 Aureis legalibus donatis intelliguntur antiqui, & non moderni valoris.
55 Aureis promiſſis debentur, qui ſunt in vſu.
56 Moneta promiſſa debetur currens in Ciuitate.
57 Si dua currant inſpicitur conſuetudo, & veriſimilitudo.
58 Si diuerſus eſt valor loci contractus à loco deſtinata ſolutionis attenditur locus contractus.
59 Sed ſi agatur contra eum qui ſoluere debet attenditur locus ſolutionis.
60 Si duo contrahant in tertio loco, loci valor non eorum patria debet attendi.
61 Vna moneta per aliam eſt aſtimabilis.
62 Duabus monetis in Ciuitate currentibus, debitor eligere poteſt ad ſoluendum quam volit, niſi aliter pactum ſit.
63 Vnam monetam pro alia veluti argenteam pro aurea debitor ſoluere poteſt, niſi debitor damnum recipiat.
63 Aureis in auro promiſſis argentei ſolui poſſunt.
64 Pro debito auri vel argenti in maſſa non poteſt ſolui pecunia niſi ſit eiuſdem probitatis, ponderis, & liga.
65 Pecunia alterata in liga vel pondere non poteſt ſolui pro antiqua meliori.
66 Alterata in valore non in liga ſolui poteſt.
67 Si antiqua eſt reprobata in totum, valor eius cum noua ſolui debet.
68 Si tamen reperiatur antiqua ſolui poteſt.
69 Debitor moroſus ſoluet aſtimationem quanti plurimi.
70 In debito dotali antiqua ſolui de'et vel eius valor ſiue deterior ſit ſiue

Digitized by Google

ſiue melior.

71 *Debitum expreſsè quantitatis & monetæ veluti librarum* 100. *in Florenis debet ſolui in quantitate* 100. *librarum, licet Florenus ſit valoris varij.*

72 *Depoſitum* 100. *librarum in Florenis,* 100. *libræ debentur non attento valore Floreni. Si in Florenis æſtimatis valor ipſorum eſt ſoluendus, nulla habita ratione librarum. Si depoſitum ita fiat vt non confundantur eadem moneta eſt in indiuiduo reſtituenda.*

73 *Moneta in teſtamento relicta iuxta valorem teſtamenti ſolui debet.*

74 *Idem in debito ex laudo vel ſententia.*

75 *Idem in Emphiteoſi niſi aliter præſcriptum ſit.*

76 *In legato annuo debetur materia currens per annos.*

77 *In ſtatuto item moneta currens.*

78 *Aureis ſtatuto debitis, ſoluendi, qui ibi cuduntur vel currunt.*

79 *Debitum ex reſcripto vel Priuilegio Principis iuxta currentem monetam ſoluendum.*

80 *Debitum ſoluendum in loco ſoluendum eſt iuxta valorem loci.*

81 *Debitum iuratum iuxta valorem illius temporis eſt ſoluendum ſi moneta illa non ſit reprobata.*

82 *Antiquam pro noua debitor ſoluere poteſt dummodo non ſit reprobata.*

83 *Augumentum vel diminutio monetæ non attenditur ſi modico tempore durauit.*

84 *Monetam non legitimam creditor non tenetur recipere.*

85 *Nec liberatur debitor licet approbata ſit à campſore, niſi recipiens ſit ſciens.*

86 *Vel niſi pro bona alteri ſoluerit donec ab ipſo non moleſtetur.*

87 *Contra campſorem aget creditor ſi ex eius approbatione damnum acceperit.*

88 *Debitor quantitatis pecuniæ pro ſpecie liberatur ſi ſpeciem reddat.*

89 *Traditio monetæ aureæ pro argentea vel alia eſt contractus innominatus.*

90 *Moneta aliena bona fide accepta tranſit in dominium recipientis.*

91 *Debitum monetæ currentis in Dolfinatu ad illam rationem ſolui debet.*

92 *Moneta non eſt vendibilis neque locabilis ſed mutuabilis.*

93 *Monetam commodans ad pompam poteſt aliquam mercedem recipere, & talis contractus eſt locatio.*

94 *Falſa eſt moneta vel miſtione materiæ vel defectu nominis Principis, vel ex defectu authoritatis in eo qui cudit.*

95 *Falſans monetam Imperatoris incurrit in crimen leſæ Maieſtatis, ſed alterius Principis minoris non incurrit.*

96 *Falſans monetam, auream Imperatoris cum eius imagine, comburendus eſt & eius bona confiſcanda.*

97 *Non auream, vel non cum imagine Imperatoris capite plectendus &* num. 100.

98 *Tondens non cudens vltimo ſupplicio damnandus.*

99 *Si tonſa remaneat in ſuo iuſto valore non punitur.*

101 *Pœna capitis antedicta non eſt mors ſed deportatio.*

102 *Falſanti opem ferentis pœna eſt deportatio.*

103 *Deportatio vero eſt hodie exilium perpetuum.*

Digitized by Google

104 *Incipiens falſare, ſi inceperit & non perfecerit pœnitentia ductus excuſatur ſi quis non potuit punitur.*

105 *Circa falſantem monetam hęc ſunt ſpecialia.*

1. *Quilibet illum accuſare tenetur.*
2. *Condemnatus non appellat.*
3. *Punitur is cuius in domo cuditur.*
4. *Quilibet illum capere poteſt.*
5. *Conſcios reuelare tenetur.*
6. *Accuſatori dat præmium Iudex ad eius arbitrium.*
7. *In iudicium ſine precepto trahi poſſunt.*

106 *Opem ferens falſario eandem pœnam committit.*

107 *Expendens falſam ſtamni uel plumbi incidit in pœnam falſi, æris vero vel argenti in leuiorem pœnam.*

108 *Et pęnam euadit ſi doceat unde habuerit.*

109 *Vel ſi habens ſit bonę conditionis & famę.*

110 *Vel ſi paucam monetam habeat.*

111 *Expendens reprobatam punitur pena extraordinaria non falſi.*

112 *Emens falſam plumbeam uel ſtamneam ſcienter, uel uendens incidit pęnam falſi; Si bona fide emit, & ad alium licitum finem non punitur.*

113 *Fundens monetam committit pœnam falſi.*

114 *Niſi ſit aurifex ad artis ſuæ opera conficienda.*

115 *Falſans monetam reprobatam non incidit in pœnam falſi.*

116 *Fabricans monetam ſine licentia ſuperioris licet non falſam committit pœnam falſi.*

117 *Identitas pecuniæ per ſigna in re uel extra rem probari poteſt.*

118 *Numeratio pecuniæ per viſum probatur.*

119 *Deterioratio probatur per plenam ſcientiam, & tempore, deteriorationis, & ante deteriorationem.*

120 *Tabellio aſſerens in inſtrumento monetam eſſe bonam non tenetur illud ſcire.*

121 *Is apud quem repertæ ſunt ſtampæ falſæ monetę, torqueri propterea poteſt.*

122 *Niſi ſit homo bonę conditionis, & famę.*

123 *Valorem antiquum probare tenetur qui illum petit.*

124 *In libello petitionis monetæ ſi agitur actione debet exprimi numerus, Si perſonali certi, conditione iudicium intentandum.*

125 *Traditur forma libelli vel accuſationis in crimine falſę monetę argenteę, & aureę.*

POtior vſus, & magis neceſſarius metallorum, nempe auri, argenti, & æris fuit Moneta ad rerum iuſtam, & commodam æſtimationem inuenta; Prima igitur tractatio metalli ad formam redacti erit moneta. In qua.

Primò quæro. Quare fuerit inuenta moneta? Reſpondeo propter difficultatem permutationum
1 fuiſſe inuentam, quia antiqui vtilia inutilibus permutabant ſecundum neceſſitatem temporum, ac rerum: ſed quia non ſemper, nec facile concurrebat, vt cum tu haberes, quod ego deſiderarem inuicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia eſt cuius publica, ac perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret, eaque materia publica forma percuſſa auri,

ti, vel argenti, vt dicit textus iuncta gloſa in leg. 1. ff. de contr. empt. & ita notat ibi Paul. de Caſtro in lectura Florentina, & Bartol. Veron. in leg. pecuniæ quæſtione 6. ff. de verborum ſignification. Ariſtoteles idem dicit Primo Politicorum, & quinto Ethic. & Sanctus Thomas 2. 2. quæſtione 77. articul. 1.

Secundò quæro. Quo iure fuerit inuenta moneta? Bartol. in leg. 1. ff. de contr. empt. dicit, ſe credere, quod nummi ſint inuenti de iure gentium, quia nulla gens eſt,
2 quæ non habeat materiam forma publica ſignatam. Idem notat Iaſon. in leg. ex hoc iure in vltim. not. firmans, quod ſit a iure gentium inducta, licet non ſic, vt ab Imperatore ff. de iuſtit. & iure. Et idem notat Fabian. de Monte de emption. & venditio. quæſtione 1. princ. in fine.

Tertiò quæro. Vnde dicatur pecunia, & quid ſit? Ad primum
3 vnde dicatur Hyſidor. in dict. cap. 17. dicit pecuniam a pecudibus appellatam, ſicut iumenta a iuuando: omne enim patrimonium apud antiquos peculium dicebatur a pecudibus, in quibus conſiſtebat eorum vniuerſa ſubſtantia: Vnde & pecuarius vocabatur, qui erat diues, modo vero pecunioſus. Idem dicit Bartol. Veron. in leg. pecuniæ in quarta quæſtione ff. de verborum ſignification. allegat Auguſt. in libr. de Doctrina Chriſtiana, & 1. quæſtione 3. capitul. totum quicquid. Ad ſecundum. Quid ſit pecunia dicas, quod propriè eſt ſubſtantia de pecudibus veniens, vt probatur in dict. cap. totum quicquid, & notat Cardin. Zabar. in clem. 1. §. porro de verborum ſignification. & Bartol. Veron. in dict. leg pecuniæ in 3. quæſtione, & Hyſidor. in dict. cap. 17. qui dicit, quod pecunia de pecudibus prius proprietatem habebat, & nomen.

Quartò quæro. Quot modis accipiatur pecunia, & quid veniat appellatione pecuniæ? Reſpondeo, appellationem pecuniæ tripliciter
4 accipi, largiſſime, largè, & ſtrictè. Primo largiſſime pro tota ſubſtantia, & omnibus corporibus, & rebus. 1. quæſtione 3. capitul. totum quidquid, & iura etiam comprehenduntur leg. pecuniæ, & ibi gloſa ff. de verborum ſignification. Secun-
5 do largè pro omni re mutabili, hoc eſt, functionem recipiente in pondere, numero, & menſura leg. 2. §. creditum, & leg. ſingularia ſecundum vnum intellectum ff. ſi cert. pet. & leg. talis ſcriptura ff. de leg. 1.
6 Tertio ſtrictè pro pecunia numerata leg. 1. in princ. & leg. Iulianus. §. mutui ff. ad maced. & notat in dict. leg. ſingularia ſecundum alium intellectum, & notant Docto. in dict. leg. 2. §. creditum, & Bartol. in dict. leg. talis ſcriptura, & Franc. de Curte in leg. 1. in 1. not. Cod. de proh. ſeq. pecuſ. & Bartol. Veron. in leg. pecuniæ quæſtione 7. vbi latiſſimè ff. de verborum ſignificat. & Corn. in conſil. 229. licet claram arbitret verſicul. reſtat lib. 4. Thomas Doccius Senenſis in dict. leg. 2. §. creditum ff. ſi cert. peta.

Quintò quæro. Quid in ſtatuto facientem mentionem de pecunia; qualiter intelligatur? Reſpondeo; quod verbum pecunia prolatum à ſtatuto verificatur in pecunia nu-
7 merata, quod declara, vt infra. Primo ita dicit Bald. in leg. 2. § creditum ff. ſi cert. peta. quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè intelligenda leg. quod conſtitutum ff. de teſtam. mil. leg. conſtitutionibus & ibi not. ff. ad municip. ſed pecunia ſtrictè ſumpta nihil præter pecuniam numera-

Digitized by Google

numeratam comprehendit leg. ſed Iu
lianus. §. mutui ff. ad maced. iuncta
leg. 1. eodem tit. Quod dictum in-
telligas procedere in ſtatuto exhor-
bitanti, & odioſo: Ita enim loquitur
textus in dict. § mutui, aliter enim
videtur dicendum in ſtatuto, quam
in diſpoſitione iuris communis, quo-
niam ſtatutum recipit interpreta-
tionem declaratiuam, vt eſt textus
in cap. cum dilectus de conſuet. leg.
2. Cod. de noxal. ita dicit Alexand.
in leg. talis ſcriptura in princ. ff. de
leg. 1. Secundo hoc not. præceptor
meus Bartol. Soz. in dict. leg. 2. §.
creditum, quod propriè verbum pe
cunia cõprehẽdit pecuniam nume
ratã l. ſolutũ C. de ſol. & ex hoc in-
fertur ſecundũ Bald. ibi, quod ſi ex-
tat ſtatutũ, quod prohibitio facta in
contractu pecuniario, appoſita pœ-
na, intelligatur de pęna pecuniaria
non de alia pęna per illum textum:
Sed in contrarium adducit textum
in leg. 1. in princ. iuncto fine ff. de
calumnia: vbi in materia pœnali,
non ſolum venit pecunia numera-
ta, ſed etiam aliæ res, quem tex. ad-
ducit Dominus Anton. quod in
materia pœnali extenſio fit ad ca-
ſum, qui latè ſumpto vocabulo,
continetur, quando ſi non conti-
neretur, tolleretur ſtatutum, vel
inferretur illi magna plaga, & hunc
intellectum tradit illi textui, vt di-
cit Soz. loco præallegato. Tertio
idem notat. Iaſon. in dict. leg. talis
ſcriptura verſicul. ſecundo adde,
quod pecunia ſtrictè ſumpta ſecun-
dum Bartol. accipitur pro numera-
ta allegat textum in leg. litigatores
§. quod ait Prætor ff. de arbitr. limi-
tat tamen concluſionem Bartol niſi
8 ratio expreſſa in leg. pœnali loquen
te de pecunia habeat locum in alia
ſpecie ſicut in pecunia, tunc termi-
nus pecunia intelligeretur largè,
imo largiſſime, quamuis materia
ſit pœnalis. Textum habes notat.
& ibi exemplum in leg. 1. §. final.
cum leg. ſequent. ff. de calum. quem
textum ponderat Dominus Anton.
in dict. diſpu. vt ſupra dixi. Quarto
quod in ſtatutis pecunia accipiatur
pro numerata tenet Nellus in dict.
§. creditum, vbi refert Bald. dice-
re, quod ſi ſtatuto caueatur, quod
omnis pœna adiecta contractui pe-
cuniario intelligatur facta in frau-
dem vſurarum tale ſtatutum ha-
bebit locum in omnibus rebus con-
ſiſtentibus in pondere, numero,
& menſura. Sic enim huiuſmodi
ſtatutum à iure comuni declaratur
leg. cum proponas. Cod. de vſur.
non tamen habebit locum in pœna
adiecta obligationi ſpecierũ. Quin-
to eandem concluſionem tenet Do-
minus Thommas Doccius in dict.
§. creditum referens Bald. ibi velle,
quod ſtatutum faciens mentionem
de pecunia intelligatur ſolum de
pecunia numerata propter commu-
nem vſum loquendi, qui ita ſe ha-
bet; Dicit tamen quod talis vſus
eſſet probandus, cum ſit facti, vt
per Bartol. in leg. labeo ff. de ſup.
leg. Sed Dominus Franc. de Curte
in leg. 1. in p. not. Cod. de pro-
hib. ſeq. pecu. dicit, quod imo abſ-
que probatione communis vſus lo-
quendi videtur in dubio intelligen-
dum de pecunia numerata per tex.
in dict. leg. ſed Iulianus. §. mutui ff.
ad maced. Sic etiam videmus in ſta-
tutis exorbirantibus, & odioſis, vt
intelligatur de pecunia numerata,
vt ſentit Bartol. in dict. leg. talis ſcri
ptura. Et idem etiam in reſcriptis ſe-
cundum Ludou. Roman. in ſing.
215. incip. tu habes galos allegat In-
nocent. in capitul. ſedes de reſcript.
tangit Alexander in dict. leg. ta-
lis ſcriptura ff. de leg. 1. Et hæc
ſunt quæ reperio in dicta quæſt.

Sextò quæro. Quid comprehen-
datur

Digitized by Google

datur legatis pecunijs numeratis? Reſpondeo ſecundum Dominum Philippum Dec. in conſil. 381. Viſis his, quæ accuratè, quod compræhenduntur omnes pecuniæ, qualeſcúque ſint: Ad hoc textus in leg. ſi chorus. §. 1. ff. de lega. 3. vbi dicitur, his verbis, quæ mobilia meã erunt, do, lego, nummos repoſitos, vt mutui darentur non eſſe legatos, Proculus ait, vt eos, quos præſidij cauſa repoſitos habet, vt quibuſdam bellis ciuilibus factitaſſent, eos legato contineri & ſæpè audiuiſſe ſe ruſticos ſenes ita dicentes pecuniam ſiue peculio facilem eſſe peculium appellantes, quod præſidij cauſa reponeretur. Ex iſto textu tres colliguntur concluſiones; Prima eſt, quod in tali legato non veniunt
9 nummi deſtinati, vt mutuo darentur, & cum ſolum excipiantur nummi, qui mutuari debent, datur intelligi, quod omnes alij nummi qualeſcunque ſint in legato includuntur, quia exceptio facta in vno caſu, confirmat regulam in alijs caſibus non exceptuatis leg. quæſitum. §. denique ff. de fund. inſtru. & ibi Bartol. Secunda concluſio eſt, quod in tali legato veniunt nummi repoſiti cauſa præſidij, & ſic com-
10 præhenduntur nummi repoſiti in ſpecie, & hoc confirmatur, quia, vt dixi, excipiuntur ſolum nummi, qui mutuo dandi ſunt, ergo omnes alij remanent in legato. Tertia
11 concluſio eſt, quod in legato mobilium veniunt pecuniæ, vt ibi ſpecialiter hoc colligitur, & notat Angel. in Auth. de nupt. in §. quia parum: cum enim pecunia tractari, & moueri poſſit, merito ſub legato mobilium compræhenditur, vt notat per gloſa in leg. mouentium ff. de verborum ſignification. ſpec. in Tit. de fruct. & inter. §. primo verſicul. ſed pone, Maria. Sozzin. in libr. 8. quæſtione 8. de oblat. non tamen compræhenduntur no-
12 mina debitorum appellatione mobilium cum ſint tertia ſpecies, vt notat. Bartol. in dict. leg. mouentium, niſi de ipſis facta ſit ſpecialis mentio, vt dicit Philipp. Dec. in d. conſil.

Septimò quæro. Quid ſi maritus legat vxori domum cum omnibus alijs rebus, quæ in ea ſunt, An compræhendatur pecunia? Iaſon. in leg. ſingularia column. 14. verſicul. vltra eos ff. ſi cert. peta. dicit, quod in ipſo legato ſic vniuerſali,
13 etiam ſi dictum eſſet nulla omnino excepta non continetur pecunia ſtrictè ſumpta, ſed frumentum & aliæ res text. & ſingularis ad hoc in leg. ſi mihi mena. §. final. ff. de leg. 3. & ratio illius textus eſt, quia pecunia non circumſcribitur loco leg. ſi fideicommiſſum. §. tractatum ff. de iudic. limitat tamen illum textum, per alium valdè notabilem in leg. ſi chorus §. 1. ff. de leg. 3. quem declarat Dec. vt dixi in præcedente quæſtione & ita conſuluit Cornel. in conſil. 49. in præſenti conſultatione column. final. verſicul. circa pecuniam in libro tertio.

Octauò quæro. Vnde dicatur moneta, Vnde numiſma, Vnde nummus, & Vnde ſolidus? Reſpondeo ſecundum Hyſidor. Ethimol. libr. 16. capitul. 17. quod mo-
14 neta appellata eſt, quia monet, ne qua fraus in metallo vel in pon-
15 dere fiat. Numiſma eſt ſolidus aureus, vel argenteus, vel æreus, qui ideo numiſma dicitur, quia nomi-
16 nibus Principum, & effigiebus ſignabatur. Nummi à Numa Romanorum Rege dicti ſunt, vel à numero, vt dicit Salycet. & ibi refert Iaſon. in leg. ſingularia ff. ſi

cert.

cert. pet. & in leg. talis ſcriptura
column. 5. ff. de leg. 1. Solidus à
ſoliditate dictus eſt, quia de ſolo
auro fit vt dicit gloſ. in leg. 1. Cod.
de vet. num. poteſt. libr. 11. &
ibi notat etiam lucas de Penna
allegando Hyſidorus vbi ſu-
pra.

Nono quæro. An differant nu-
miſma, nummus aureus, & ſoli-
18 dus? Dicit gloſa in Rubr. Cod. de
vet. num. poteſt. libr. 11. quod i-
dem ſunt, & in leg. 2. Cod. de ſport-
tul. & ſic inter ſe de iure non diffe-
runt vt notat Bartol. & Ioann. de
Platea in dict. leg. 1. Et pro eodem
accipiuntur leg. quoties Codic. de
ſuſcept. & arch. lib. 10. §. final. In-
ſtit. de poc. tem. ling. Sed ſecun-
dum conſuetudinem hodie alius
eſt aureus, alius eſt nummus, alius
eſt ſolidus, vt dicunt Bartol. &
Ioann. de Platea in dicta Rubri-
ca.

Decimo quæro. Qualiter acci-
piatur ſolidus? Reſpondeo, quod
19 aut à iure profertur, & intelligi-
tur de ſolido aureo, quorum ſe-
ptuaginta duo conſtituunt libram
auri leg. quoties Codict. de ſu-
ſcept. & arch. ſupra allegata leg.
final. ff. de in ius voc. & notat.
in leg. quicunque Cod. de ſeru.
fug. Ioann. de Platea in dicta Ru-
brica Arch. & Domi. in capitul. ſi
quos 121 quæſtione 2. Ioann. Andr.
in Add. Specul. de inſtrument. edit.
§. porro. verſicul. final. Sed quan-
do profertur ab homine intelligi-
tur ſecundum conſuetudinem re-
gionis de ſolido minuto, & ſic
20 monetæ minutæ leg. Imperato-
res in fine ff. de contr. emptio. leg.
nummis ff. de leg. 3. leg. ſemper in
ſtipulationibus ff. de regul. iuris
ita notat Barto. & Ioann. de Pla-
tea in dict. leg. quotiens, & in di-
cta Rubrica & Abbas in capitul.
conquerente de offic. ordin. & An-
ton. de Canar. de inſinuat. quæſtio-
ne vltima.

Vndecimo quæro. Quid ſit ſi-
clus? Reſpondeo, ſiclum, de quo
habetur Leuitici capitul. final. Nu-
meri capitul. 7. & capitul. 17. & 30.
eſſe monetam quæ valet quinque
ſolidos, vt dicit Rabi Salomon
21 Exodi capitul. 22. vbi Nicolaus
de Lira dicit, quod cum non expri-
matur cuius monetæ, melius vide-
tur dicendum, quod valor deter-
minatus ſit nobis incertus, quia
monetæ, & pondera auri multum
variantur ſecundum tempora, &
varias regiones, vt etiam dicit Io-
an. Fabian. Inſtitut. de Attil. tuto.
§. final. Dicitur etiam Ezechielis
capit. 45. quod ſiclus viginti obo-
los habet.

Duodecimo quæro. Quid ſit de-
narius, & an inter denarios, & pe-
cuniam ſit differentia, & quid ap-
pellatione denariorum côtineatur?
Ad primû dicas, quod denarius eſt
genus monetæ argenteæ, quod de-
22 nas libras æris valeret, vt inquit
Varro. Sed Lucas de Penna in leg. 2.
Cod. de vet. num. poteſt. libr. 11. di-
cit, quod denarius inde dictus eſt,
quod decem nummos vſuales vale-
ret, vt habetur in Hiſtoria Scolaſti-
23 ca. Ad ſecundum dicit Cardin. Za-
bar. in clem. 1. §. porro de verborum
ſignific. quod denarius eſt, qui pro
decem nummis olim computaba-
tur, vt etiam dicit Lucas de Penna:
pecunia eſt propriè ſubſtantia de
pecudibus veniens. Hodie tamen ac-
cipitur pro eodem: & probatur in
leg. ſcire debemus in princ. ff. de ver-
borum obligat. & ibi not. Iaſon. in
vlt. not. & in l. nummis in prin. ff. de
24 in lit. iur. Ad tertium dicit Cardin.
quod nomine denariorum conti-
netur omnis moneta, ſiue magna,
ſiue parua, aurea, vel argentea,
vel

Digitized by Google

vel alterius generis, & hoc, quia
fauorabile eſt ſic intelligi, & quia
indiſtinctè textus in dict. §. porro.
loquitur, licet nummis legatis ve-
niant exiguiores leg. nummiſ. legat.
ff. de leg. 3. Et not. Guido Pap. quæ-
ſtio. 492. in principio.

Decimo tertio quæro. Quis fue-
rit monetæ inuentor? Dicit Plinius
25 lib. 33. c. 3. Quod Seruius Rex pri-
mus ſignauit æs; antea rudi vſos Ro
mæ Remeus tradit ſignatumque
eſt nota pecudum, vnde & pecunia
appellata. Argentum ſignatum eſt
anno vrbis 585. Nota æris etiam pri-
mo bello Punico fuit ex altera par-
te Ianus geminus, ex altera ro-
ſtrum nauis: Nota argenti fuere
bigæ atque quadrigæ, & inde bi-
gati, quadrigatique dicti. Aureus
nummus poſt annum 62. percuſſus
eſt, quam argenteus: Eutropius de
geſtis Romanorum lib. 1. cap. 1. di-
cit Saturnum æreos nummos pri-
mum inſtituiſſe. Dicit etiam Hy-
ſid. libr. 16. capit. 17. Saturnum ſi-
gnari nummos, & inſcribi inſti-
tuiſſe, atque ab eo æreum num-
mum inuentum eſſe, ac propterea
ærarium Saturno a gentilibus con-
ſecratum fuiſſe; Antiquiſſimi enim,
vt ipſe dicit nondum auro argento-
que inuentis vtebantur: Nam pri-
mus ærea pecunia in vſu fuit, po-
ſtea argentea, deinde aurea ſubſe-
cuta, ſed ab ea, quæ cœpit, & nomen
retinuit Alber. de Roſat. in leg. 1.
ff. de contr. empt. dicit ſe referiſſe
in ſcriptura autentica, quod prima
moneta quæ fuit fabricata in mun-
do, fuit fabricata per Tare patrem
Abrahæ, qui erat optimus artifex,
& eam fabricauit ad petitionem
Nini Regis, qui tunc regnabat,
& fuerunt primi triginta denarij,
quos fabricauit, & illi ijdem fue-
runt dati Iudæ à Iudeis in proditio-
ne Chriſti: Refert Alber. de Ro-
ſat. Bartol. Veron. in leg. pecuniæ
quæſtion. 5. ff. de verborum ſigni-
fication. & Guido Pap. Deciſ. 498.
Sed cum illi triginta denarij, qui
fuerunt dati Iudæ fuerint argen-
tei, vt dicitur Matth. capitul. 26.
Ergo non fuit prima moneta, vt ſu-
pra dixi. Dici tamen poteſt, quod
fuerit prima, quæ de argento fabri-
cata fuit.

Decimo quarto quæro. De qua
materia antiqui monetam fece-
rint? Dicit Hyſidor. in dict. capit.
17. quod de corio pecudum num-
mi incudebantur, & ſignabantur
26 antequam æreus nummus à Sa-
turno inuentus fuiſſet. Idem di-
cit Plin. libr. 33. capit. 1. & Bartol.
in leg. 1. ff. de contr. empt. dicit,
quod antiqui ſignabant in corio,
quidam hodie ſignant in charta, &
not. etiam Fabian. de Monte de
emptio. & vendit. quæſtion. 1. in
fine.

Decimo quinto quæro. Cui li-
ceat cudere monetam? Reſpon-
deo primo, quod ſoli Imperatori,
27 & nullus alius poteſt de iure cude-
re monetam leg. 3. Cod. de falſ. mo-
net. Ita notat Bartol. in leg. 1. ca-
pit. de vet. num. pot. libr. 11. &
Ioann. de Platea ibi ſuper Rubric.
& Bald. in conſil. 34. Domini del-
la Scala libr. 5. vbi dicit, quod
eſt de regalibus, quæ competunt
ſoli Principi, vt in capitul. 1. quæ
ſint Regal. & ibi etiam notat Bal-
dus. Secundo dico, quod poteſt
cudere monetam ille, cui Impe-
28 rator conceſſit & ſic hodie fit à
Regibus, & Ciuitatibus ex indul-
to imperiali vt notat gloſa Bartol.
& Ioann. de Platea in dict. leg. 1.
Cod. de vet. num. poteſt. & notat
Azzor. ibi in ſumma dicens, quod
monetam illis tantum fabricare
conceditur, quibus Imperator con-
ceſſerit, vel cui cudendi ius dederit:

Et

Et ſubdit, quod Imperatores Ciui-
tatibus fere ſingulis, vt monetas
ſub earum nominibus fabricarent
conceſſerunt, & not. etiam Bartol.
in leg. final. Cod. de falſ. mone. &
Guido Papa deciſ. 498.

Decimo ſexto quæro. An liceat
Ciuitatibus, vel Baronibus cudere
29 monetam? Dicas quod non, vt te-
net gloſ. Cyn. & Bartol. in leg. 3. C.
de falſ. mon. & Abbas in cap. quan-
to de iureiur. quæſt. 2. Sed limita tri
pliciter. Primo niſi cuderet ex Pri-
uilegio Imperatoris vt dixi in præ-
cedenti quæſtione, & ita tenet Az-
zo. in ſumma, vt dixi, & Abbas in
dict. quæſtion. 2. Secundo niſi Ciui-
tas, vel Princeps ſeu Baro. hoc ius
30 cudendi præſcripſiſſet per tantum
tempus, de cuius initio non extaret
memoria, vt cap. ſuper quibuſdam
§. preterea extra de verborum ſigni-
ficat. facit quod not. Bartol. in leg.
vectigalia ff. de publica: Ita dicit Ab
bas in dict. quæſtion. 2. & tenent
Bartol. & Ang. in leg. penultim. C.
de falſ. mon. vbi dicunt, quod Ciui-
tates & Barones ex longiſſima con-
ſuetudine poſſunt excuſari. Tertiò
31 niſi eſſet talis, qui præſcripſiſſet iura
Imperij, vt not. in ſimili Innoc. in
cap. cum P. tabellio de fide inſtrum.
& per Bartol. in leg. infamem ff. de
public. iudic. Ita dicit Abbas in d.
quæſtion. 2. & Ioann. de Plat. in
Rubr. C. de vet. num. pot. & Bald.
in leg. penult. Cod. de falſa mone.
vbi dicit, quod authoritas conſiſtit
in habendo merum imperiũ. Idem
not. Guid. Pap. deciſ. 498.

Decimo ſeptimo quæro. An pri-
uatus ex priuilegio ſibi conceſſo poſ
ſit cudere monetam? Dicas, quod
32 non, quia reſcriptum conceſſum
præſumitur ſubreptitium, & non
valet leg. final. Cod. de falſ. mone.
quod ſatis videtur conſonum ratio-
ni, cũ in priuato ſit temeritas quæ-
dam: ideo non eſt credendum Im-
peratorem ipſi annuere, etiam ſi di-
ceret ſe ex certa ſcientia id factum
eſſe: Ita dicit Salyc. in dict. leg. fi-
nal. Et ibi dixit Bartol. huiuſmodi
priuilegium conceſſum priuato for-
taſſe non valere; Et firmat Ioan. de
Platea in leg. 1. Cod. vet. numiſm.
poteſt lib 11. & Iaſon. in leg. ex hoc
iure in vlt. not. ff. de iuſt. & iur. Et
Hyppol. de Marſil. in leg. qui fal-
ſam column. 8. verſicul. & circa ff.
de falſ.

Decimo octauo quæro. Per quos
debeat cudi moneta, & qui gau-
deant immunitate conceſſa mone-
tarijs? Reſpõdeo ad primum, quod
33 cudi debet per monetarios ad cu-
dendum a Principe deputatos, qui
non liberantur dicto munere ali-
quo priuilegio leg. 1. & ibi not. Ioa.
de Plat. C. de muril. g. lib. 11. & leg.
cum procuratores C. de moneta, &
metall. lib. 11. & leg. ne quis Cod. de
dignit. lib 12. & not. Ioann. de Plat.
in Rubrica C. de muril. eg. Ad ſecun
dum Guido Pap. quæſtion. 402. in-
cip. Sed quid de monetarijs, reſpon
det, ponens infraſcriptas concluſio-
34 nes: Prima, quod priuilegia con-
ceſsa monetarijs, & operarijs mo-
netarum non tranſeunt ad eorum li
beros per leg. 1. & leg. ſemper §. im-
munitati, & leg. in honoribus §. mu
nerum ff. de vac. & excuſ. mun. de
conſuetudine tamen in Regno Frã-
ciæ, & Imperio, ſi actu exercent of-
ficium dicuntur monetarij. Secun-
da concluſio, quod monetarij actu,
& habitu, qui continuant opera
monetariorum, dum monetæ cu-
duntur, gaudere debent priuilegijs
monetariorum & eſſe debent exem
pti a contributione tributorum, &
aliorum ſubſidiorum. Tertia con-
cluſio, quod mercatores, & alij non
operantes continue in dictis mone-
tis, dum ipſe cuduntur non debent

gaudere

Digitized by Google

35 gaudere ipſa immunitate, vt dixi etiam ſupra. Quarta cõcluſio, quod pupilli, & adulti liberi monetariorum, & operariorũ, qui non poſſunt
36 operari defectu ætatis, non debent gaudere ipſa immunitate non contribuendi in ſubſidijs, neque alijs priuilegijs conceſſis monetarijs, etiamſi collegio monetariorum ſint aggregati.

Decimonono quæro. Cuius expenſis debeat cudi moneta? Reſpondeo, quod expenſis publicis, &
37 ſic Principis, vel Ciuitatis facientis cudere, vt dicunt Bartol. & Ioan. de Plat. in dict. leg. 1. Cod. de vet. num. poteſt. quod patet, quia tan-
38 tum debet valere in forma, quantum in materia, vt ibi dicit Ioan. de Plat. & Bartol. in leg. 1. ff. de auro, & argent. legat. & in leg. paulus ff. de ſolut. licet dicat, quod Innoc. in cap. quanto de iureiur. teneat contrarium: Cuius opinionem ſeruat conſuetudo, vt dicit Bartol. in leg. qui falſam ff. de falſ. vbi tenet opinionem de qua ſupra, & in leg. 1. §. mutui ff. ſi cert. pet. vbi Cornel. Peruſ. dicit opinionem Barto'. eſſe communem, & in deciſiuis ſequẽdam;
39 cuius opinio eſt etiam æquior, licet de facto ſeruetur opinio Innoc. vt dicit Anton. de Butr. in dict. capit. quanto articũl. 1. & ibi Abb. colum. 6. dicit, quod ſeruatur opinio Inno. tam in expenſis, quam in modico lucro.

Vigeſimo quæro. Quæ requirantur ad monetam recte faciendam. Reſpondeo, tria requiri, materiam, pondus, & formam, vt not. in capit. quanto de iureiur. & in leg. 1. vbi Ioann. de Platea Cod. de vet. num. pot. libr. 11. & idem dixit Iſid. lib. 16. cap. 17. Bald. vero in l. final. Cod. de falſ. mone. dixit, quod requiruntur iuſtitia, & veritas: Veritas conſiſtit in qualitate materiæ, & impreſſione veræ formæ, & Iuſtitia in pondere, vt d. cap. quanto, & leg. 1. ff. de contr. empt. Authoritas conſiſtit in habendo merum imperium. Sed Ioa. de Plat. in l. fin. C. de vet. num. poteſt. latius dicit quinque requiri. Primò, quod cudatur
40 authoritate eorum, qui habent poteſtatem de iure, vel ex priuilegio, vel ex præſcriptione, vt not. in Rubr. eod. tit. & not. in l. 1. C. de iur. Reipub. lib. 12. hoc enim connumeratur inter Regalia c. 1. in princ. Quæ ſint reg. Secundò quod cudatur in loco publico arg. l. ſi quid extraordinarium, & l. fina. C. de leg. lib. 10. non autem in priuato arg. l. 1. C. null. lic. in fren. lib. 11. & quod not. in Rub. C. de Fabricenſ. lib. 11. Tertiò quod ſit probæ ſpeciei. Quartò quod ſit legitimi ponderis, vt d. l. 1. C. de vet. num. poteſt. & l. 1. C. de pond. aur. lib. 10. Quintò, quod ſit forma publica percuſſa l. 1. ff. de contr. empt. & l. quintus §. aurum, ff. de aur. & arg. leg.

Vigeſimoprimò quæro. De quo
41 metallo debeat cudi moneta? Reſpondeo, quod Imperatoris moneta debet cudi de optimo auro l. fina. & ibi not. Ioan. de Plat. C. de ver. num. poteſt. lib. 11. hodie tamen, cùm Imperium per Regna ſit diuiſum quilibet in ſuo regno auream monetam, vel argenteam, vel æream fabricari facit. Dicit Azzo. in ſumma eod. tit. & gloſa ibi in Rubric. & in l. 3. C. de falſ. mon. & Ioa. de Plat. in d. Rubrica.

Vigeſimo ſecundo quæro. Cuius ponderis debeat eſſe moneta aurea? Reſpondeo quod iure debet eſſe tanti ponderis, quod ſeptuagintaduo aurei faciant vnam libram auri l. quoties C. de ſuſcept. & arch. lib. 10. & notat gloſa, & Ioan. de Platea in Rubrica C. de ver. num. poteſt. & Roffred. in libell. iuris

Digitized by Google

Canonici in ſeptima parte, Rubrica qualiter formetur in crimine falſæ monetæ, & Paul. de Caſtro in leg. final. in fine Cod. comm. de lega. in lectura Florentina in fine, & Guido Pap. quæſtion. 491. verſicul. ſed iuxta & ſic facta recta com-
42 putatione quilibet aureus habet ſextam partem vnciæ, vt dicunt Bartol. & Ioan. de Plat. in dict. leg. quoties Abbas in cap. 1. & final. de Iud. hodie vero aurei Florentini, Veneti, Bononienſes, Senenſes, Ianuenſes, & ſimiles, quibus vtimur octo conſtituunt vnciam, & ſic nonaginta ſex faciunt libram auri in maſſa, vt dicunt gloſ. Bartol. & Ioa. de Plat. in dict. leg. quoties, & in Rubric. Cod. de vet. num. poteſt. & Iaſon. in leg. fina. ff. de in iuſ. voc. & in leg. puniri Cod. ſi contra ius, vel vtilit. public. & Paul. de Caſtro, Thomas Doccius, & Iaſon. in leg. ſi duobus Cod. de verborum ſignificatio. & Iaſon. in leg. 2. §. ex his ff. de verborum obligat. vbi dicit marcham auri continere octo vncias ſecundum Ioan. Fab. Inſtit. de Attil. tuto. §. nos autẽ, & ſic marcha eſt tertia minus, quam libra, & ſic ſexaginta quatuor ducati faciunt vnam marcham, vt dicit Iaſon. ibi, & in leg. final. ff. de in iuſ. voc.

Vigeſimo tertio quæro. Qua forma debeat ſignari moneta? Re-
43 ſpondeo monetam auream habere debere imaginem Principis leg. final. Cod. de vet. num. pot. lib. 11. & leg. 1. eodem titul. & ibi gloſa Bart. & Ioann. de Plat. & gloſa, & Paul. de Caſtro in leg. 1. ff. de contr. empt. Si vero ſit moneta argẽtea, vel ærea debet habere nomen Principis pro forma ſua leg. quintus §. ſi aurum ff. de auro, & argent. legat. vbi nomẽ Philippi in illa moneta erat ſculptum; Et ita dicit Ioann. de Plat. in dict. leg. final. & Bald. in conſil. 34. Domini della Scala libr. 5.

Vigeſimo quarto quæro. Quando dicatur moneta eſſe probæ ſpeciei? Dicas ſecundum Bartol. & Ioann. de Plat. in dict. leg. 1. Cod. de vet. num. poteſt. quando tantam
44 vtilitatem affert in forma, quantam in ſpecie, ideſt, quod tantum valeat ille aureus ſi redigatur ad maſſam quantum valet in forma. Et notat etiam Bartol. in leg. 1. ff. de auro, & argent. legat. & in leg. Paulus ff. de ſolut. gloſa, & Paul. Caſtr. in leg. 1. ff. de contr. empt. in lectura Florentina, & Fabian. de Monte de empt. & vendit. in 5. quæſtion. princ. circa principium.

Vigeſimo quinto quæro. Per quem debeat declarari monetam eſſe probæ ſpeciei, & iuſti ponderis?
45 Reſpondeo per illum, qui deputatus eſt a Cõmuni, qui tenet ſigillum ſeu pondus publicum vt leg. quoties Cod. de pond. aur. lib. 10. & not. Bartol. & Ioann. de Platea in leg. 1. Cod. de vet. num. poteſt. Et ſi iſte, qui eſt præpoſitus ſigillo ſeu ponderi Florenorum, vt eſt Florentiæ, approbat, vel improbat Florenos, ſtatur ei tam de valore, quam de bonitate Florenorum, vt dicunt Bartol. Angel. & Ioan. de Plat. in dict. leg. quotiens. Si vero non eſſet aliquis a publico deputatus dicas, vt dixi ſupra, fieri debere electionem a iudice, vel a partibus peritorum in arte.

Vigeſimo ſexto quæro. Quid ſi aliquid ſoluendum eſt approbatori monetæ, cuius expenſis ſolui de-
46 beat? Dicas id ſoluendum eſſe communibus expenſis debitoris, & creditoris leg. 3. §. 1. ff. fin. reg. Ita determinat Bartol. in leg. Paulus verſic. quæro quando ff. de ſolut.

Vigeſimo ſeptimo quæro. Quid ſi Ciuitas habens priuilegium cudendi monetam non cudit probæ ſpeciei. An poſſit habere recurſus

ad

Digitized by Google

ad Principem? Reſpondeo, quod
47 poteſt vt dicit Bartol. & Ioann. de Platea in leg.fina.Cod.de ver.num. poteſt. vbi dicit Bartol. ſe vidiſſe in Marchia, quod cùm per Rectorem Marchiæ cuderetur quædam moneta, quæ non erat probæ ſpeciei, fuit per Prouinciales Marchiæ facta quærela ad ſummum Pōtificem. Erita dicit ibi Ioann. de Platea per cap. quanto extra de iureiur. ſubditos habere recurſum ad ſuperiorem, quod reducat monetam ad probam ſpeciem, & valorem.

Vigeſimo octauo quæro: An valor aurei augeri vel minui poſſit
48 & per quem? Reſpondeo, quoad primum poſſe augeri, vel minui leg. 2. & ibi Bartol. & Ioann. de Platea Cod. de vet.num.poteſt.qua diminutione facta, minuitur æſtimatio rerum, quæ ad florenos venduntur ſecundum Bartol. Ex quo notat ibi Ioann. de Platea, quod ſi precium certæ monetæ minuitur, neceſſe eſt quod precium & æſtimatio rerum ſingularū reſpectu eiuſdem materiæ minuatur. Circa ſecundum dico huiuſmodi diminutionem, vel augmentum aureorum fieri ſolum a Principe, vel ab habente auctoritatem ab eo, vt dicunt glo ſa, & Ioann. de Platea in dict. leg. 2.

Vigeſimo nono quæro. An in diminutione monetæ, vel augumento valoris requiratur conſenſus populi? Anton. de Butrio in cap. quan-
49 to artic. 2. de iureiur. quod requiratur in inferiore ab Imperatore vt Regibus, & Baronibus: Sufficit tamen conſenſus maioris partis magnatum Regni ſecundum Innoc. de quo dubitat Abbas in dict. capit. quanto, quia tractatur de præiudicio ſingulorum arg. not. in cap. cum omnes de conſtitur.

Trigeſimo quæro. An quis cogatur accipere monetam pro æſtimatione taxata a ſuperiore? Dico, quod
50 ſic leg. final. & ibi notat Bartol. & Ioann. de Platea cap. de vet. num. poteſt. qui dicit. Nota, Quod vnuſquiſque debet recipere monetam pro quantitate, & valore a ſuperiore determinatis, alioquin punitur, vt dict. leg. 1. eodem tit. Et idem notat Bartol. in leg. qui falſam ff. de falſ. vbi dicit eſſe caſum. Et ſi non recipit, punitur, vt dict. leg. final. C. de vet. num. poteſt. lib. 11.

Trigeſimo primo quæro. An monetā factam in vna Ciuitate ſub vna æſtimatione cogatur quis recipere in alia Ciuitate pro dicta æſtimatione? Dicas ſecundum Bartol. in dict. leg. final. Cod. de vet. numiſm. poteſt. libr. 11. Quod cum Ciuitates non poſſint cudere monetam, niſi
51 auctoritate Principis, vt notatur in Rubrica eodem titul. & ſupra dixi, dicendum eſſe quod aut Princeps conceſſit ciuitati, quod poſſet publicam monetam facere, quæ poſſit per vniuerſum expendi, & tunc cogitur recipere, quia Princeps ipſe videtur feciſſe, vt dict. leg. 2. Aut conceſſit quod faceret monetam expendendam in ſuo territorio tantum, & alij alterius territorij non coguntur recipere. Aut dubitatur, & videtur in dubio con-
52 ceſſiſſe ſolum quod in ſuo territorio expendatur arg. leg. cum vnus §. penultim. ff. de bon. auth. iud. poſſid. leg. final. ff. de iur. omn. iudic. & leg. 1. ff. de curat. dat. ab his. Et cum deciſione Bartoli tranſit Ioan. de Platea in dict. leg. 2. verſicul. ſed nunquid.

Trigeſimo ſecundo quæro. De quibus aureis ſit facienda ſolutio?
53 Reſpondeo de illis faciendam eſſe, qui ſint iuſti ponderis, & boni auri leg. eleganter §. qui reprobos ff. de pign. actio. Et licet in inſtrumentis ſoleant adijci illa verba boni auri & iuſti ponderis, tamen fruſtra adij-

ciuntur, quia ſic intelligitur, quam-
uis aliter non exprimatur, quoniam
non boni auri, & iniuſti ponderis
reprobantur, & expendi non poſ-
ſunt vt dict. §. qui reprobos. Ita di-
cit Angel. in leg. lecta poſt princi-
pium ff. ſi cert. pet. quem refert Fa-
bian. de Monte de emption. & ven-
dition. quæſtion. 5. princ. colum. 3.

Trigeſimo tertio quæro. Quo-
modo in donatione, quæ æget inſi-
nuatione aureus accipiatur? Re-
54 ſpondeo, quod intelligitur de au-
reis legalibus, quorum ſeptuaginta
duo conſtituunt vnam libram auri:
Et ideo cum hodie ducati, quibus
vtimur non ſint tanti ponderis, mul
to plures auri requiruntur ad faciē-
dū quingētos de illis antiquis: Et ſic
valebit donatio vltra ſeptingentos
aureos modernos, vt dicit Paul. de
Caſtr. in leg. final. Cod. comm. de
leg. & ibi Thomas Doccius Senen-
ſis, Bald. & Petr. de Math. in leg. il-
lud Cod. de ſacr. eccl. ad finem:
Guido Pap. quæſtion. 492. & Iaſon.
in leg. final. ff. de in ius voc. & in d.
leg. puniri, & in dict. leg. 1. §. ex his.
vbi dicit obtinuiſſe, quod donatio
vſque ad octingentos aureos, qui-
bus hodie vtimur valeret, & notat
Ioan. in add. ſpec. in tit. de inſtrum.
edit. §. porro verſicul. final. & Anto.
de Cannar. in Tracta. de inſinuat.
q. final. & conſuluit Bartol. Sozzin.
in conſil. 48. In præſenti conſulta-
tione verſicul. circa ſecundum co-
lum. final. libr. 1. concludens, quod
quantitas quingētorum aureorum
intelligitur de legalibus vltra quam
quantitatem requiritur inſinuatio,
vt leg. ſancimus §. 1. Cod. de donat.
& vltra non valet, vt leg. ſi quis ar-
gentum Cod. eodem titul. Extendi-
tur vltra octingentos ducatos Se-
nenſes. Vnde habita conſideratione
aureorum legalium valebit vſque
ad octingētos ducatos donatio abſ-
que inſinuatione, & ita etiam con-
ſuluit Dec. in conſil. incip. memini
me alias conſuluiſſe, quod cōſilium
adhuc non eſt impræſſum.

Trigeſimo quarto quæro. Quid
ſi quis promiſſit mille aureos ad
55 quod pondus dare teneatur? Re-
ſpondeo, quod tenetur dare ad pon
dus ſtatutum per commune Ciuita-
tis, non obſtante quod diuerſorum
ponderum currant in ipſa ciuitate;
Si autem certum pondus vel certa
menſura non eſſet in communi, ſed
eſſent diuerſa pondera, tunc recur-
rendum eſſet ad conſuetudinem ci-
uitatis; Sin autem de conſuetudine
non appareret, vel apparerent di-
uerſæ conſuetudines, quod eſt mi-
nimum ſequendum eſt, leg. quod
minimum ff. de regul. iur. Ita dicit
Angel. in leg. modios C. de ſuſcept.
& arch. lib. 10. facit quod not. Bar-
tol. in leg. ſemper in ſtipulationibus
vbi etiam Dec. ff. de reg. iur.

Trigeſimo quinto quæro. Quid
ſi promitto centum libras, de qua
pecunia videar promittere? Reſpon
56 deo de moneta currente in Ciuita-
te cuius reſpectu dicitur ſolidus, &
libra leg. nummis ff. de leg. 3. Ita di-
cit Bartol. in leg. Paulus in princip.
ff. de ſolut. & Anton. de Butr. in cap.
quanto de iureiur. & de vſuali, &
currente in loco cenſetur ſenſiſſe, vt
eſt gloſ. in clem. 2. de decim. & ibi
Cardin. Zab. quæſtione 13. Cornel.
conſil. 287. In hac conſultatione
verſicul. deueniendum libr. 1. Sed
quid ſi ſunt diuerſæ monetę, & pro-
mitto centum libras de quibus in-
telligitur? Reſpondeo ſecundum
conſuetudinem ciuitatis, & veroſi-
militudinem eius, quod agitur. Se-
cundum conſuetudinem, vt ſi eſt
conſuetudo; quod in ſerico, & in
pannis appellatio ſolidi, & libræ re-
feratur ad Florenos minutos anti-
quos, & in alijs rebus de Florenis
nouis intelligatur: ita intelligatur.
Secundum veroſimilitudinem i-

co,

Digitized by Google

co, quia ſi intelligeremus appellationem ſolidi, & libræ referri ad monetam nouam, cótingeret, quod res magni præcij pro modico daretur, & contra. Si intelligeremus de moneta antiqua contingeret, quod res vilis præcij daretur pro magno; Vnde ſemper debemus inſpicere vero ſimilitudinem hanc ex qualitate rei leg. ſemper in ſtipulationibus, & ibi not. ff. de regul. iur. leg. Imperatores ff. de contr. empt. Ita notat Bartol. in leg. Paulus in princ. ff. de ſolut. ponens exemplum in Ciuitate Florentiæ, in qua ſunt floreni antiqui, & noui. Et not. Ant. de Butr. in capitul. quanto iuxta finem de iureiur.

Trigeſimo ſexto quæro. Quid ſi diuerſus eſt valor monetæ in loco célebrati contractus à loco deſtinatæ ſolutionis quis valor attendatur, an contractus, an ſolutionis? Maria. Sozzin. in capitul. dilecti articul. vltim. verſicul. Ita ex prædictis extra de foro compet. dicit, quod attendi
58 debet locus contractus, quia quoad interpretationem verborum inſpicimus conſuetudinem loci, vbi contractus eſt celebratus non deſtinatæ ſolutionis per leg. ſi fundus ff. de euict. cum ſim. & tenet Bartol. in leg. contraxiſſe ff. de verborum obligatio. & latius in leg. 1. C. de ſumm. trin. & fid. cath. & ex hoc dicit conſuluiſſe, quod cum quidam Spoletanus eſſet electus in Præſidem Ciuitatis Senarum, & conduxiſſe Spoleti officiales ſuos conſtituto ſalario ad Florenos ſoluendos in Ciuitate Senarum, & diuerſus eſſet valor monetæ Senarum, ſoluendos eſſe Florenos ſecundum cóſuetudinem Ciuitatis Spoletanæ, quod Nota: Sed quid ſi Scolaris vltra montes facit contractum cum Campſore, & ſibi fiant literæ cambij de ſoluendis centum Florenis in Ciuitate Florentiæ, cuius loci valor attendatur?

Dominus Petr. de Math. in leg. cunctos populos verſicul. ſexta limitatio Cod. de ſumma trin. & fid. cath. dicit quod ad interpretandum vocabulum Florenorum inſpicimus conſuetudinem loci vltramontani vbi eſt factus contractus, vt intelligatur de florenis auri in auro, quod dicit ſibi videri attento dicto Barto. ibi, quod dicit vtile ad interpretationem monetarum; Et ſic non inſpiceretur alia diuerſa conſuetudo Ciuitatis Florentiæ in qua eſt deſtinata ſolutio: Vel poteſt dici ſecun-
59 dum ipſum, quod aut ſcolaris vult agere contra mercatorem Florentinum, qui Florentiæ acceptauit literas cambij, & inſpicitur conſuetudo Florentiæ, quia ibi videtur fieri contractus: Aut vult ſcolaris agere contra mercatorem vltramontanum, cum quo fuit contractum de centum florenis ſoluendis in Ciuitate Florentiæ, & inſpicitur conſuetudo loci vltramontani, vbi factus fuit ille contractus licet alibi ſit deſtinata ſolutio per dictum Bartol. in dict. leg. cunctos populos. Ex cuius dictis infert ibi inſignis Doctor Dominus Thomas Doccius Senenſis, quod ſi duo Senenſes faciunt contractum Florentiæ, & alter alteri promiſſit mille florenos, deinde promiſſor conueniatur Senis, & velit ſoluere mille florenos ad rationem librarum quatuor pro floreno prout in dubio Senis intelligitur promittendo Florentiæ nec exprimendo quales; Creditor autem velit mille florenos de illis quibus v-
60 tuntur Florentiæ, videlicet de florenis auri imaginarijs, qui appellantur de ſigillo, quod obtinebit creditor, cum attendi debeat locus contractus in iſtis deciſorijs; Relinquit tamen cogitandum, vt ibi refert Ioann. Bapt. column. 68. verſicul. quarto inferas.

Trigeſimo ſeptimo quæro. An

Digitized by Google

vna moneta per aliam ſit æſtimabi-
lis? Dicit Bartol. in leg. Paulus ff. de
ſolut. quod pecunia auri, vel argen-
61 ti, groſſa æſtimatur per minutam,
minuta autem non æſtimatur per
groſſiorem, quia non poſſum dice-
re, quod per florenum æſtimetur
vnus nummus paruus, & per conſe-
quens, nec duo, nec tres, & ſic de
ſingulis. Aceruus vero nummorũ,
vel vna ſumma nummorum bene
poteſt æſtimari per florenum, ſed
ipſi nummi per ſe conſiderati non,
& hoc patet ad ſenſum, & quia illa
res aliã dicitur æſtimare, quę eſt cõ-
uertibilis in aliam quancunque, vt
leg. 1. ff. de contr. empt. Sed moneta
parua eſt conuertibilis in omnem
maiorem, ergo per illam maior ęſti-
matur; ſed moneta magna non eſt
conuertibilis in omnem maiorem,
ergo per monetam magnam non
æſtimatur minor. Sequitur deciſio-
nem Bartol. Cornel. conſil. 135. ad
euidentiam column. final. verſicul.
ſimiliter lib. 3.

Trigeſimo octauo quæro. Quid
ſi duæ monetæ currunt in loco. An
de vtraque poterit fieri ſolutio, &
cuius ſit electio? Ioannes Andr. in
clem. 2. de decim. dicit, quod po-
teſt, & quod erit electio ſoluentis,
62 Giul. de Monte Laudenſ. ibi dicit,
quod ſi altera ex iſtis monetis eſt
vſitatior de illa ſoluetur l. ſi ſeruus
plurium. §. final. ff. de leg. 1. Alio-
quin ſi communiter currunt erit
electio ſoluentis: Et hoc caſu proce-
dit ſolutio ibi præcedens, quæ vide-
tur etiam hoc ſenſiſſe cum dicat,
quod moneta communiter currit,
ideſt ſit ęquè vſitata cum alia, quod
etiam tenet ibi Paul. de Leazz. quod
ſi quando ſunt æquè vſitatæ intelli-
gitur de minori leg. nummis ff. de
leg. 3. leg. ſemper in ſtipulationibus
ff. de regu. iur. quod procedit quan-
do obligatio non eſt determinata ad
certũ genus pecuniæ, vt dicit Card.
in d. clem. 2. quæſt. 12.

Trigeſimo nono quæro. Nũquid
debitor poſſit ſoluere vnam pecu-
niam pro alia, vt argenteam, vel
æream pro aurea? Dicas ſecundum
Bartol. in leg. Paulus quæſtion. 2. ff.
de ſolut. quod aut creditor paſſurus
eſt aliquod damnũ recipiẽdo in alia
62 forma: Et tunc non tenetur recipe-
re dict. leg. paulus, aut nullum dam
num paſſurus eſt, & tunc in alia
materia recipere non tenetur, vt
puta argentum pro auro, quia mu-
tuum debet reſtitui in eodem gene-
re, & in eadem bonitate, vt leg. cum
quid ff. ſi cert. pet. Et aliud pro alio
inuito creditori ſolui non poteſt vt
leg. 2. eodem titul. Aut vult reſtitue
re in materia eadem ſed in alia for-
ma, vt puta Florentinos aureos pro
Senenſibus: & communiter tene-
tur, quod recipere cogatur; Con-
ſuetudo tamen eſt in multis parti-
bus, vt etiam in alia materia poſſit
reſtitui, quæ ſeruanda eſt, quia taci-
tè videtur contrahi ſecundum con-
ſuetudinem loci, vt leg. quod ſi no-
lit. §. qui aſſidua ff. de ædil. edit. facit
leg. labeo ff. de ſupell. lega. vt dicit
Abbas concludendo mentem Bar-
toli in dict. leg. Paulus in cap. quan-
to de iureiur. qu. fin.

Quadrageſimo quæro. Quid ſi
eſſent promiſſi Floreni centum auri
in auro, An fieri poſſit ſolutio in alia
moneta? Dominus Franciſcus de
Curte in dict. leg. cum quid qu. 10.
§. ſi cert. pet. dicit, quod per illa ver-
63 ba duplicata, quæ plus operantur
leg. baliſta ff. ad trebell. intelligi de-
bet facta promiſſio de aureis in au-
ro iuſti ponderis, adeo quod iſto ca-
ſu non poſſit fieri ſolutio in mone-
ta: Et ſubdit fuiſſe conſultum Papiæ
per inſignes Doctores, quod vbi in
inſtrumento apponuntur dicta ver
ba boni auri, iuſti ponderis, & rectæ
ligæ multum operantur, & non poſ
ſet eo caſu creditor cogi recipere
mone-

monetam pro auro per ea quæ notant Bal. & Ang. in l. lecta ff. ſi cert. pet. column. 2. & ſentit Bartol. in dict. leg. paulus ff. de ſolut. Et ſic dicta verba multum operantur.

Quadrageſimo primo quæro. An poſſim ſoluere pecuniam ſi mutuaſti argentum, vel aurum? Dicas ſecundum Præceptorem meum Bart. Sozzin. in leg. 2. §. mutui datis ff. ſi cert. pet. qui ponit tres concluſiones. Prima eſt, quod quando pecunia eſt eiuſdem bonitatis circumſcripta forma poteſt ſolui pecunia
64 pro pondere argenti, quando ſoluere tur ad pondus. Et ita procedit concluſio Bartol. & communis ibi ſecundum Roma. Secunda concluſio eſt, quod vbi pecunia formata, circumſcripta forma non eſt tantæ bonitatis, non poteſt ſolui pecunia pro argento, licet ſit eiuſdem æſtimationis, quia non eſt eiuſdem vtilitatis, puta ponderis; Et ita procedat opinio Bartol. & communis. Tertia concluſio eſt, quod pro argento non poteſt reddi pecunia ære contaminata, licet eiuſdem æſtimationis ſecundum Bartol. & omnes; nec valet limitatio Pauli Caſtrenſis ibi, qui vult poſſe ſolui, quando idẽ pondus eſt in illa pecunia, veluti ſi dõ tibi 12. libras pecuniç ęre contaminatæ pro decem libris argenti: Dico enim, quod non valet, quia non eſſet eiuſdem bonitatis, & qualitatis dict. leg. cum quid. Ita concludit Bartol. Sozzin. in dict. leg. & ibi Iaſon. in 3. column. verſicul. in ſecunda quæſtione.

Quadrageſimo ſecundo quæro. Quid ſi tempore contracti mutui, vel debiti facti currebat vna moneta, quæ poſtea mutata, vel deteriorata eſt, An ſolui debeat ſecundum antiquam? Dominus Bartol. Sozz. in dict. leg. cum quid ff. ſi cert. peta. in hac re ex dictis Doctorum ponit quinque concluſiones. Prima eſt, quod quando pecunia non tollitur in totum, ſed alteratur reſpectu pon
65 deris, vel ligæ, & iſto caſu non poteſt reddi iſta pecunia alterata, ſed debet reddi æſtimatio prioris pecuniæ. Ita eſt de mente Bartol. in dict. leg. cum quid, & eſt textus in leg. paulus ff. de ſolut. & ita etiam tenent communiter Doctores ibi & in cap. quando de iureiur. niſi conſuetudo aliter ſe haberet, vt dicit Bartol. in dict. leg. paulus. Secunda concluſio eſt, quod quando pecu-
66 nia eſt alterata in valore non in bonitate intrinſeca ad tempus non perpetuum iſto caſu poteſt reddi in eadem bonitate intrinſeca, & ita procedat opinio Bartol. & communis, quia vtique ſi creuiſſet valor pecuniæ fuiſſet reddenda in eadem bonitate per tex. in leg. ſecundum naturam ff. de regul. iur. Tertia concluſio ſit, quod vbi æſtimatio pecuniæ eſt mutata in perpetuum, ſufficit, quod reddatur pecunia in eadem bonitate intrinſeca per text. in dict. leg. cum quid, quia eſſet eiuſdem ponderis, Ita eſt concluſio Bartol. in dict. leg. cum quid, & Bartol. & Doctores in dict. leg. Paulus: Et licet Dominus Anton. teneat contrarium in dict. capitul. quanto, Tamen Aret. reſpondet eius fundamẽ-
67 tis in l. quod te ff. ſi cert. pet. Quarta concluſio ſit, quod quando pecunia antiqua eſt in totum reprobata, tunc debet ſolui æſtimatio antiquę: non autem poteſt ſolui pecunia antiqua, quia reproba pecunia non facit liberationem leg. eleganter. §. qui reprobos ff. de pign. act. Ita tenent Bald. Angel. & Paulus de Caſtro in dict. leg. cum quid, & Bartol. in dict. leg. paulus; & eſt tex. in cap. cum canonicis, & in capit. olim de cenſibus & approbant hanc opinionem Dominus Anton. & Abb. in d.

capit. quanto. Ita tamen concluſio procedit quando pecunia antiqua nō reperitur, quia licet ſit reprobata, videtur, quod reddi poſſit pecu-
68 nia antiqua in eadem bonitate; Et hanc opinionem tenet Petr.& Cyn. in leg. minorum C. in quibus cau. in int. reſt. non eſt nec.& Cyn, in dict. leg. cum quid, vbi etiam Roman.& Ioann. Andr.& Imol. in dict. capit. quanto, Et plerique Doctores, quos refert Alexand. in dict. leg. quod te ff. ſi cert. pet. Vltima concluſio ſit,
69 quod vbi debitor eſt in mora debet reddi pecunia in ęſtimatione quanti plurimi fuerit à tempore moræ leg. vinum ff. ſi cert. peta. & eſt opinio Bartol. & Doctor. in dict. leg. paulus, vbi Bartol. limitat iſtam cōcluſionem, vt procedat, quando damnum contingit in pecunia groſſa, ſecus ſi in minuta, quam impugnant Anton. & Abbas in dict. cap. quanto, & Doctores, vt dicit Franc. de Curte in dict. leg. cum quid quęſtione 2.

Quadrageſimo tertio quæro. Quid in contractu dotis, An fieri debeat reſtitutio aureorum ſecundum æſtimationem contracti matrimonij? Reſpondeo, quod ſi dos
70 fuit data in moneta antiqua in illa debet fieri reſtitutio, quod intellige, ſi poſtea eſſet variata moneta in materia, vel in forma; Sed ſi eſſet eadem moneta tamen valor floreni creuiſſet, vel decreuiſſet hoc non inſpicitur niſi a tempore moræ, vt leg. vinum ff. ſi cert. peta. Ita dicit Bartol. in leg. res in dotem ff. de iure dot. & ita conſuluit Corneus in conſil. 287. In hac conſultatione in 2. dubio lib. 1. & in conſil. 321. De pluribus effectualiter lib. 3. concludens, quod ſi moneta eſt deteriorata, vel mutata in bonitate intrinſeca, quia non eſt eiuſdem ligæ, vel eiuſdem ponderis, vt erat tempore contractus, ſolutio debet fieri de moneta antiqua vel ſolui debet æſtimatio antiquæ monetæ capit. olim extr. de cenſ. prout, & ſi melior moneta ſit in vſu tempore ſolutionis debet ſolui antiqua moneta, vel eius æſtimatio capitul. cum canonicis eodem tit. de cenſib. & not. Bart. in leg. Paulus ff. de ſolut. & in leg. cum quid ff. ſi cert. pet. & ibi Doctores, & conſuluit Bartol. Sozzin. in conſil. 298. Pro fundamento libro 2. & Corn. in conſil. 229. Interamnen. lib. 1.

Quadrageſimo quarto quæro. Quid ſi mutuaui, vel dedi in dotem
71 centum libras in florenis. An ſit facienda reſtitutio in æſtimatione quæ erat, vel quæ nunc eſt? Reſpondeo, quod iſta verba ſoluo, vel do in dotem centum libras in florenis nihil aliud denotant, quam do tibi iſtos florenos in ſolutum pro centum libris leg. ſi ſtipulatus fuero decem in melle ff. de ſolut. & ideo non poſſunt peti niſi centum libræ, ſicut ſi aliqua res eſſet data in dotem ęſtimata leg. cum dotem Cod. de iur. dot. & leg. ſi æſtimatis ff. ſolut. matr. & damnum, & lucrum in Florenis contingens pertinet ad eum qui recipit. Ita dicit Bartol. in dict. leg. Paulus verſicul. ſed quæro. ff. de ſolut. & ita conſuluit Baldus in Ciuitate Aſculi vt refert Aret. conſi. 11. & ita tenet Abb. in capit. quanto ad finem de iureiur. & Bartol. Sozz. in dict. conſil. 298. in princ. allegat Bald. in conſil. 229. Punctus quæſtionis lib. 2.

Quadrageſimo quinto quæro. Quid in depoſito aureorum, quid ſit reſtituendum? Reſpondeo con-
72 ſiderandum eſſe ſub qua forma factum ſit; Nam ſi dictum ſit depono apud te centum libras in Florenis dicendum eſt, quod centum libræ ſint reſtituendæ, vt eſt dictum in

præcedenti quæſtione, quia videor tibi illos Florenos vendere pro illis centum libris, & præcium apud te deponere l. certi conditio. §. fin. ff. ſi cert. pet. facit l. ſi ex præcio C. eo. tit. Si vero dictum ſit. Depono apud te centum libras in Florenis, hoc pacto, quod reddas in Florenis ſub eadem æſtimatione, tunc ſub eadem æſtimatione debet reddi; probatur in l. pen. §. mancipia. ff. ſolut. matr. Sed ſi non ſit dictum in eadem æſtimatione, puto, quod debeat reddi in æſtimatione communi, quæ eſſet tempore, quo fieri debet ſolutio, ut l. ſi ſtipulatus fuero decem in melle. ff. de ſolut. Ita concludit Bart. in d. l. Paulus ad finem ff. de ſolut. & iſto caſu periculum, & commodum diminutionis, & augumenti pertinet ad debitorem, ſeu depoſitarium: Vnde tenetur reſtituere in Florenis ſecundum æſtimationem exiſtentem tempore ſolutionis arg. l. cum dotem C. de iure dot. Et ita dicit Abbas in cap. quanto uerſic. vltimo colum. fin. de iureiur. qui in fine dicit; in depoſito, vide textum notabilem in l. in naue, & quod ibi not. ff. loca. & ſatis videtur conſiderandum, quid fuit tacitè actum, an ſcilicet pecuniam depoſitam cōfunderet cum ſua, an quod teneret ſeparatam.

Quadrageſimo ſexto quero. Quid ſi ex teſtamento debeatur & alteratur, vel diminuitur moneta, quod
73 tempus ſit attendendum? Reſpondeo, quod attendi debet valor qui erat tempore teſtamenti, quia de eo videtur teſtator ſenſiſſe, vt l. vxorem. §. teſtamento. ff. de leg. 3. & l. fin. in princip. ff. de auro, & argento lega. tenet Ioan. Andr. in additione Specul. in titul. de obligatione, & ſolutione. §. nunc aliqua, verſic. ſed pone, & ita tenet Abb. in dicto capit. quanto columna penultima verſ. quid autem de iureiur. Et intelligit de perpetua alteratione, & ita tenet Iaſ. in l. cum quid ad finem. ff. ſi cert. petat. & conſuluit Maria. Sozz. conſ. 6. prædicta conſultatio lib. 1.

Quadrageſimo ſeptimo quæro. Quid ſi in laudo, vel ſententia fiat mentio de moneta: an quoad æſti-
74 mationem attendatur tempus laudi, vel ſententiæ? Refert Abbas in dicto capit. quanto columna penultima verſiculo quid autem, Oldradum conſulendo voluiſſe quod attendatur tempus laudi, & idem dicit in ſententia iudicis condemnantis, quod voluit etiam Abbas in capit. olim de cenſ. & Maria. Sozz. conſilio ſexto, columna finali, vbi refert conſilium Oldradi libro ſecundo.

Quadrageſimo octauo quæro. Quid in Emphiteota, qui promiſit ſoluere canonem in certa moneta, quæ poſtea eſt in valore mutata: An teneatur ſoluere ſecundum antiquam? Iaſon in l. 2. columna 55. quæſtione 36. C. de iure emphit. dicit Albericum ibi formare quæſtionem, & tandem concludere, quod ſit facienda ſolutio ſecundum æſti-
75 mationem antiquam: & ſic quod tempus celebrati contractus, & non ſolutionis inſpiciendum ſit, ſiue creuerit, ſiue decreuerit valor monetæ. Sed ipſe Iaſ. dicit, & concludit magis communiter teneri in locis allegatis, quod aut mutata eſt antiqua moneta in materia, vel in forma; aut vero non eſt mutata materia, nec forma, ſed eius qualitas, ideſt eius valor. Primò caſu ſiquidem reperitur moneta antiqua, & eius curſus ſit reprobatus, tunc debebit ſolui de moneta noua, ſecundum æſtimationem tamen antiquæ monetæ: vtrunque expreſsè dicitur in capit. olim cauſam, & in capit.

Digitized by Google

cum canonicis de cenſibus. Secundo vero caſu, quando mutata eſt moneta in qualitate vt quia eius valor ſit variatus, & tunc aut debitor non fuit in mora ſoluendi, & poteſt ſoluere de illa moneta ſecundum æſtimationem, quæ currebat tempore celebrati contractus, & ita poteſt procedere opinio Alberici alioquin ſecus l. vinum cum ibi no. ff. ſi cert. pet. de qua materia per Bar. & alios in l. Paulus ff. de ſolut. & per Bart. & omnes in l. cum quid. ff. ſi cert. petat. & in alijs locis allegatis ibi per Iaſ.

Prædicta uero declarantur, & limitantur ab vſu, & lapſu tanti temporis, quo legitima ſit inducta præſcriptio. Nam ſi per 40. annos alia ſit ſoluta quam moneta cõtractus, certe non poterit emphiteota compelli ad aliam ſoluendam quam quæ ſit præſcripta. Ita concludit Corn. conſilio 181. Viſis nonnullis columna penultima, & fin. libro 2. per dicta Hoſt. in tit. de cenſ. verſic. Quid ſi moneta, & per notata in capit. olim de cenſib. Et comprobatur per Rom. conſilio 123. Circa primum dubium verſic. Quoad ſecundum, & tenet Franc. de Curt. in l. cum quid quæſt. fin. ff. ſi cert. petat.

Quadrageſimonono quæro. Quid ſi legatum vel debitum eſt annuũ: An debeatur ſecundum tempus legati vel debiti, vel ſecundum tempus anni quo ſolui debet? Reſpon-
76 deo pecuniam ſolui debere ſecundum curſum, & valorem, qui adeſt tempore ſolutionis donec ſit in mora: Et ſic interim ſtat diminutio ad periculum legatarij l. vinum ff. ſi cert. pet. Ita dicit Dominus Anton. in d. c. quanto verſ. ex his patet col. fin. de iureiur.

Quinquageſimo quæro. Quid in ſtatuto. An attendatur tempus conditi ſtatuti in valore monetæ, vt ſi eo diſponatur, quod pro tali delicto ſoluantur tot aurei, vel tot dentur officiali demum alteratur moneta perpetuo? Specul. in tit. de ſolut. §. nunc aliqua verſic. pone, dicit, quod debet ſolui de pecunia currenti tempore delicti, & tempo-
77 re ſalarij ſoluendi, quia de tali videtur ſtatutum ſenſiſſe; vnde mutata pecunia videtur mutatum ſtatutum arg. cap. translatio de conſt. Sed Abb. in dicto cap. quanto verſic. quid autem in ſtatuto dicit contrarium, ego multum dubito de hoc dicto: quid enim ſi tempore ſtatuti Florenus valebat longe plus quam hodie, dicemuſne, quod debeat ſolui ita modicum, cum ſtatutum voluerit menſurare pœnam cum delicto, quod fieri debet cap. nec afferamus 24. quæſt. 1. & l. rectè. ff. de pœn. Et idem dicit Abbas in ſalario conſtituto officiali, & caſus videtur iudicio ſuo in contrarium in capit. olim de cenſ. Nec obſtat clem. 2. de deci. vbi ſolutio fit de pecunia currenti, quia ibi non alteratur diſpoſitio, nam ibi ſolum dicitur, quod ſi alicui conceditur decima beneficiotum poteſt ſolui de pecunia currenti non enim eſt vis, de qua ſoluatur, dummodo decima ſoluatur. Et hanc opinionem, quod attendatur tempus ſtatuti conditi tenet Iaſ. in d. l. cum quid verſic. quid autem in fine ff. ſi cert. petat. Sed opinionem Specul. tenet Card. Zabar. in dicta clem. 2. de decim. quæſt. 13. & Ioan. de Imol. ibidem Bald. in conſilio 137. ſuper eo, quod quæritur lib. 1. Ludo. Roman. in conſilio 123. circa primum dubium colum. 1. Domi. de Sancto Gemin. in conſilio 137. quia alias ſuper iſta lib. 1. & conſilio 36. Bonifacius Octauus lib. 2. Paul. Caſtr. in l. 2. in lectura Florentina C. comm. de leg. Alex. conſil. 104. ſtatutum loquens lib. 1. & pro opinione

nione Spec. allegat Domin. in dicto conſil. 115. gloſam iuncto textu in c. 2. de malef. Et iſta opinio Spec. videtur magis communis.

Quinquageſimoprimo quæro. Quid ſi ſtatutum imponit pœnam certi numeri aureorum, de quibus intelligatur? Dicit Salyc. in l. quicunque. C. de ſeru. fug. quod ſi illa Ciuitas quæ hoc ſtatuit cudat monetam auream, intelligitur de ſuis, alias de ibi currentibus, quaſi loco legalium aureorum ſubrogatis arg. l. ſemper in ſtipulationibus cum ſua glo. ff. de reg. iur. & ita etiam dicit Ioa. de Plat. in l. quotiens. C. de ſuſcept. & arch. lib. 10.

Quinquageſimoſecundo quæro. Quid ſi ſolutio monetæ eſt facienda vigore conſtitutionis ſuperioris in recompenſationem aliquam, donec emantur bona eiuſdem quantitatis ſoluendæ: An debeat ſolui de currenti tunc, ſi contingat mutari? Domi. de Sancto Gemi. in conſi. 36. Bonifacius Octauus lib. 2. conſiderat plures caſus, ex quibus contingit fieri ſolutionem, & quoad caſum noſtrum dicit quod quia ſolutio eſt facienda ex diſpoſitione reſcripti, vel priuilegij per reſpectum ad certam quantitatem fructuum, & ſumus in caſu, in quo non attenditur tempus datæ, & iſto caſu debet fieri ſolutio ad monetam currentem, & non ad æſtimationem antiquæ currentis tempore conceſſionis: iſte eſt caſus in clem. 2. de decim. ſecundum Paul. de Leazzar ibi, nam decimæ beneficiales inductæ per Papam ſoluuntur reſpectu fructuum beneficiorum, & taxantur beneficia plus, & minus ſecundum quantitatem fructuum: cum igitur pecunia decimalis debeat ſol
79 ui de fructibus & fructus qui venduntur non poſſint vẽdi niſi ad monetam currentem, quia homines, qui emunt vinum, frumentum, & ſimilia, emunt ſecundum æſtimationem monetæ currentis, & non ſecundum æſtimationem antiquæ; ex quo Princeps, qui cudit monetam, ita pręcipit expendi cap. quanto cum ibi not. de iureiur. Ita eſt in propoſito caſu. Superior mandat, quod habeat annuatim fructus aſcendentes ad ſummam talem in bonis, & donec emantur bona ſoluat: Certè cũ moneta ſoluatur pro illis fructibus debet intelligi de moneta currenti, & non de antiqua, vel eius æſtimatione, prout vult textus in d. clem. 2. Et ita etiam conſuluit Ludo. Roma. in conſil. 123. circa primum in primo dubio, licet Abb. in conſil. 56. quod ſolutio lib. 2. conſuluerit contrarium.

Quinquageſimo tertio quæro. Quid ſi quis impetrauerit ſibi conferri beneficium vſque ad certam ſummam turonenſium paruorum; An debeat attendi æſtimatio reſpectu loci, vbi eſt facta gratia, vel, vbi eſt ſitum beneficium? Oldr. conſil. 186. ad primam quæſtionem arguit ad partes, & tandem concludit, quod non debeat attendi locus,
80 ubi eſt facta gratia, ſed locus ubi eſt ſitum beneficiũ: allegat in arg. l. fin. ff. de tut. & l. ſi ut proponis ff. de fideiuſſo. & l. uinum in fine ff. ſi cert. pet. Refert, & ſequitur deciſionem Oldradi Alex. in conſil. 21. viſis quæ in themate lib. 1. duplicato conſ. 37. lib. 5.

Quinquageſimo quarto quæro. Quid ſi quis iurat ad certum terminum ſoluere certam monetam, illa per Principem eſt in aliam formam redacta: nunquid ſit periurus non
81 ſoluendo æſtimationem antiquæ Bald. in l. fin. §. fin. verſ. ſed pone C. de non num. pec. dicit, quod aut eſt reprobata, quia adulterina, & tunc non tenet iuramentum, vt l.

cle-

Digitized by Google

eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act. aut conflata eſt propter vtilitatem aliquam ſuperioris, & tunc niſi ſoluatur æſtimatio, debitor eſt periurus; Et ita intelligitur, quod notatur in c. quanto de iureiur. & in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. ſecundum Baldum.

Quinquageſimo quinto quæro. An antiquam monetam a veteribus Principibus formatam poſſit debitor ſoluere pro noua? Reſpon-
82 deo, quod ſic, & eam tenetur creditor recipere ſine aliqua contradictione, dummodo ſit ponderis debiti & iuſtæ ſpeciei, vt not. Ioan. de Plat. in l. 1. C. de vet. num. pot. lib. 11. Et ex hoc dicit ipſe, quod licet moriatur Dominus qui pecuniam cudi faciebat, dicta pecunia non reprobatur ſed durat in eadem æſtimatione, dummodo ſit probæ ſpeciei, & iuſti ponderis, quod dicit facere contra regnicolas, qui quandoque recuſant recipere auguſtales, vt dicit ibi And. de Bar.

Quinquageſimo ſexto quæro. An augumentum, vel diminutio æſtimationis Floreni, quæ modico tempore durauit ſit in æſtimatione?
83 Bart. in d. l. Paulus colum. fin. verſ. vnum tamen, dicit, quod non eſt attendenda diminutio, vel augumentum, quæ modico tempore durauit, vt vna dies, duobus vel pluribus diebus, vel quinque, vt l. pretia rerum circa finem, & quod ibi notatur ff. ad l. Falc.

Quinquageſimo ſeptimo quæro. Quid ſi moneta non eſt legitimi ponderis, & non probæ ſpeciei; An teneatur eam recipere creditor pro eo, quod valet? Ioan. de Plat. in l. 1.
84 C. de vet. num. pot. lib. 11. putat, quod non, vt probatur ibi a contrario ſenſu; Secundo, quia moneta non probæ ſpeciei, & debitis ponderis falſa reputatur l. quicunque ff. de falſ. Tertio quia ad monetam bonam tria requiruntur, quod ſit legitimi ponderis, quod ſit forma publica percuſſa, & quod ſit de bona materia, vt bono auro, vel argẽto, vt ibi no. cum ergo deficiat vnũ, ſcilicet ponderis quantitas, vel probitas ſpeciei, tota reprobatur arg. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. Quarto, quia falſus denarius non eſt denarius l. Paulus digeſt. de ſolut. Vltimo quod pecuniam reprobam quis recipere non teneatur eſt textus in l. eleganter. §. qui reprobos ff. de pign. act.

Quinquageſimo octauo quæro. Quid ſi moneta reproba ſit appro-
85 bata a campſore, an liberet ſoluentem? Reſpondeo, quod non, ita dicit gloſa in d. l. eleganter. §. qui reprobos ff. de pign. act. quia erratur, & fuit quæſtio Pylei, quam reaſſumpſit Roffre. in quæſtionibus ſabbatinis quæſt. 6. incip. Emilius & ſequitur Bart. in d. §. qui reprobos, intelligens ſi ipſe creditor recipiens fuit ignorans, ſecus ſi ſciens, vt l. tutor. §. ſed ſi ſciens ff. eod. tit. de pign. act.

Quinquageſimo nono quæro. Quid ſi ille qui reprobam pecuniam recepit illam expenderit pro proba: an ſoluens ſit liberatus? Gloſa in d. §. qui reprobos in l. elegãter, arguit pro, & contra, & tandem tenet, quod non ſit liberatus, quod tenent Doctores vt ibi dicit Bart. & ita tenet Iac. de Hare. & Abb. ibi, vt refert Franc. de Curte in l. cum quid q. 8. ff. ſi cert. pet. & ita tenet Paul. Caſtr. in d. §. qui reprobos in lectura Florentina; ſed ipſe intelligit, quod creditor ita demum agat contra debitorem, quando ille cui ipſe ſoluit pecuniam reprobam tanquam probam egit contra eum, & exegit, uel condemnatus eſt ibi,
86 alias quouſque ab illo non moleſtatur,

ſtatur, non moleſtabit ipſe debitorem arg.ff.de diſtr.pign. leg. reſcriptum §.final. & leg. quod ſi domus in princ.iuncta leg. præced, ff.loca. facit quod notatur ff. de tacit. leg. quod ſi ſeruum in gloſ. & de rerum perm.l.1.verſ.itaque.

Sexageſimo quæro. Quid ſi debitor eſt effectus non ſoluendo poſt approbationem à campſore factam, qualiter conſuletur creditori? Paul.
87 de Caſtro in dict. §. qui reprobos, dicit, quod aget creditor contra campſorem, qui approbauit vt leg. 3. §. 1. ff. ſi menſ. falſ. mo. dixer. hoc tamen non poteſt, niſi in ſubſidium vt ibi notatur.

Sexageſimo primo quæro. Quid ſi egenti pecunia, dico accipe ſciphum, & vendas, & vtaris pecunia vendito ſcipho: An poſſit reſti-
88 tuere ſciphum me inuito? Ludou. Roman. in leg. rogaſti in princ. ff. ſi cert. pet. dicit obtinuiſſe contra Dominum Nellum, quod poſſet reſtitui inuito creditore, quia quoties quis eſt debitor pecuniæ non ſimpliciter ſed reſpectu certæ ſpeciei poteſt illam ſpeciem inuito creditori ſoluere, vt not. Bartol. in leg. 2.§. mutui ff. ſi cert. pet. Sed contra Roman. tenet Iaſon. in dict. leg. rogaſti deducendo ad abſurdum, & reſpondet ad ea per quæ monetur Roman. & oſtendit, quod ex quantitate ex lance habita ſit mutuum, & tenet opinionem Nelli, & idem tenet in leg. 2.§. mutui eodem titul. & quia in caſu iſto non eſt debitor quantitatis reſpectu ſpeciei, vt declarat Paul. de Caſtro in dict. leg. rogaſti, & ibi Iaſon. & opinionem contra Roma. tenuit me audiente præceptor meus Dominus Franciſcus de Pepis Florentinus in dict. leg. rogaſti in princ.

Sexageſimo ſecundo quæro. Vado ad campſorem, & oſtendo illi decem ducatos auri, peto quantum mihi dare velit de moneta: conuenit de 65. libris, quis contractus iſte erit? Dominus Iacobus Buttrig. in leg. 1. ff. de rerum perm. determinat quod iſta dicatur emptio, quia illi decem ducati dantur tanquam ſpecies ſicut in ſimili in leg. plane, & leg. talis ſcriptura ff. de l. 1. & idem tenet Alber. de Roſat. Sed Iaſon. in dict. leg. 1. column. final. verſicul. & iuxta; dicit ſibi videri tutius prout etiam tenet Fulgoſ. ibi quod dica-
89 tur contractus innominatus, vt l. 1. ff. de æſtim. act. & leg. 1. ff. de præſcript. verb.

Sexageſimo tertio quæro. Quid ſi alieni nummi ſoluti ſunt, & immixti ita, vt diſcerni non poſſint: An tranſeant in dominium recipientis?
90 Dicas, quod tranſeunt, dummodo bona fide accipiat leg. ſi alieni ff. de ſolut. & contra eum, qui alienos nummos dedit, competit furti actio vt ibi not. Sed aduerte ſecundum Dominum Marianum Sozzin. in d. rubrica de cauſ. poſſ. & prop. Art. 5. verſicul. 13. per commiſtionem, quia illud videtur procedere, quando creditori ſuo quis ſoluit alienos nummos: vnde idem videretur dicendum, ſi vinum, aut frumentum alienum per creditorem recipientem ſit tale vinum cum ſuo commixtum, nam hoc caſu actio furti competit domino vini. Sed iſta differentia non videtur eſſe vera, & ſentit gloſa in dictis iuribus, quia in vino & ſimili materia poteſt agi contra recipientem Inſtitut. de rerum diuiſ. §. quod ſi frumento: ſed in nummis videtur eſſe ſpeciale, quod non poſſit, vt d. leg. ſi alieni; Quod tamen arbitratur limitandum, dummodo ille, qui ſoluerit nummos alieno non eſſet ſoluendo: ſecus ſi non poſſet ſatisfacere domino nummorum, quia tunc non videtur, quod creditor

tor debeat locupletari cum aliena iactura per regulam locupletari de regul. iur. libr. 6. In contrarium tamen facere dicit dict. leg. ſi alieni, quæ ſimpliciter loquitur, & quia iſte eſt creditor recipiens creditum ſuum non videtur locupletari, quia ſibi debitum recipit: Cogitandum tamen reliquit Dominus Marian. Sozz. loco prædicto. Sed tu videas Iaſon. in leg. ſingularia column. 6. verſicul. primum ergo ff. ſi cert. pet. vbi notabiliter declarat dict. leg. ſi alieni, & præceptorem meum Dominum Bart. Sozz. ibi colum. 3. verſic. circa membrum.

Sexageſimo quarto quæro. Pater conſtituit in dotem filiæ ſuæ mille Florenos auri monetæ currentis in Dalphinatu. Qualiter debeât intelligi hæc verba? Guido Pap. in ſuis deciſionibus deciſ. 492. dicit, dicendum videri, quod mille Floreni in moneta aurea currenti in Dalphinatu cenſentur conſtituti, qui in moneta aurea tunc currenti debẽt ſolui ad auri rationem: alioquin verbum auri ſubiunctum nihil operaretur, quod tamen non eſt dicendum l. ſi quando in princ. ff. de leg. 1. Et ideo conſiderato quod nulli Floreni auri cuduntur in patria Dalphinali, nec cudi conſueuerunt, ſolui debent dicti Floreni auri in ſcutis auri currentibus in Dalphinatu. Conſuetudo enim regionis in talibus debet attẽdi l. ſemper ff. de reg. iur. 2. reſponſ. & l. nummis ff. de leg. 3. in l. Imperatores. ff. de contrah. empt. hoc ponit Bart. in l. Paulus in 3. quæſtione. ff. de ſolut. in fine. Et hanc quæſtionem dicit ſæpiſſimè ſe vidiſſe in facto dum praticabat, & poſtea in dicta curia parlamenti vidiſſe determinari, & ordinari di-
91 ctos Florenos debere ſolui in moneta ad rationem auri, vel in ſcutis auri ad rationem auri computatis duobus ſcutis auri curſum habentibus pro tribus Florenis auri per rationes prædictas.

Sexageſimo quinto quæro. An pecunia ſit uendibilis, an locabilis, & an pro commodata ad pompam poſſit licitè aliquid recipi? Dominus Laurent. de Rodulp. in c. conſuluit quæſt. 26. de vſur. ad primum dicit, quod attento ſubiecto eſt inuendibilis, quia omnium rerum æſtimatio eſt l. ſi ita ff. de fideiuſſ. Ad ſecundum ibidem quæſtione 32. dicit quod propriè loquendo nõ eſt locabilis, ſed mutuabilis, & ita tenet Archy. 14. q. 3. c. ſi fœneraueris verſ. ſed quid, vbi hoc examinat, commodari tamen, ſiue locari poteſt ad pompam l. 3. in fine ff. commo. cum gloſ. in ſumma 14. quæſt. 3. in fine, & gloſa in c. conquæſtus, de vſur. Hoſt. in ſumma de vſur. §. an aliquo verſic. 10. Ita dicit D. Laur. in d. quæſt. 32. Ad tertium an poſſit pro commodata, vel locata ad pompam aliquid recipi? Thomas Docius Senenſis in l. ſingularia colum. 5. verſ. extra gloſam dicit, quod ſi commodaui pecuniã tibi ad põpam, vt aliquid mihi dares vltra ſortem, non eſt vſura, de quo commodato uide textum in l. 3. ff. commo. & hoc firmauit Bald. in l. ſi nauis ff. de rei vend. vbi allegat Theologos hoc tenere, vt refert Dominus Thomas, qui allegat gloſam in c. conquæſtus de vſur. quæ idem dicit, vnum tamen addit,
93 quod iſto caſu non erit commodatum ſed locatio, quia non poteſt eſſe commodatum, niſi ſit gratuitum, vt l. ſi gratuitum ff. de præſc. verb. & ita etiam tenet Bulgarinus Senenſis in l. 1. §. creditum verſ. adde ff. ſi cert. per.

Sexageſimo ſexto. Quæ dicatur falſa moneta? Reſpondeo, quod dicitur falſa, quæ ab eo fit, qui non habet

habet auctoritatem cudendi à Principe leg. 2. in fine Cod. de falſ. mon. Ita dicit Bartol. in d.l. qui falſam ff. de falſ. Ang. in leg. 1. C. de falſ. mon. Alex. in l. ſingularia colum. 6. verſi. Item eſt ſpeciale vbi Thomas Doccius colum. 4. verſic. Item habet ff. ſi cer. pet. & Dyn. conſ. 38. in c. contra Bonciuenum m dicit circa monetam falſam committi tripliciter, fabricando, tingendo & radendo leg. quicunque, & l. lege Cornelia ff. de falſ. Sed latius Bald. in conſil. 34. Domini della ſcala lib. 5. dicit quod falſa moneta dicitur tribus modis.

94 Primò ſi eſt defectus in cauſa materiali, quia adulteratur materia, vt ſi auro admiſceatur auricalcum, vel argento alia ſimilis materia in colore dolo malo. Nam hæc falſitas eſt: Debet enim eſſe moneta ex materia electa, vt leg. 1. ff. de contrah. empt. & quicquid materiæ electæ admiſcetur, dicitur materia adultera, & falſitas eſt, vt leg. lege Cornelia cauetur ff. de falſ. & idem dicit Angel. in leg. 1. C. falſ. mon. Eſt enim falſa, vt ipſe dicit, quando eſt ære contaminata, quia tota debet eſſe de auro, ſi eſt aurea, vel tota de argento ſi eſt argentea: Et ſic immiſtio æris, vel alterius materiæ reddit illam falſam in totum, vel quia tota eſt in ſubſtantia, vel materia falſa, quia eſt fuſcata, & tincta colore auri, vel argenti, & de hoc eſt caſus in leg. quicunque ff. de falſ. & not. in leg. prima. Cod. de falſ. mon. & idem notat Fabia. de Monte de emptione, & venditione in quinta quæſtione princip. columna prima, verſiculo, & dicitur. Secundo dicitur falſa ex cauſa formali: vnde in aurea requiritur pro forma imago Principis, vt leg. prima, & vltim. Cod. de vet. num. por. lib. 11. & in alia materia requiritur pro forma nomen Principis, cuius auctoritate fit numiſma, nam iſta ſuperſcriptio eſt cauſa formalis, & forma eſt de ſubſtantia, vt dicta leg. 1. Vnde in Euangelio dicitur cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio. Et ſi quis non ponit in moneta nomen Principis falſarius eſt, & hæc falſitas committitur in cauſa formali. Ita dicit Bald. & Angel. in d.l. 1. dicit quod dicitur falſa moneta, quando eſt ex bona materia, ſed non habet publicum caracterem. Tertio dicitur falſa moneta ex cauſa efficiente. Nam ſi aliquis Baro cudat ſub nomine ſui æquam, & iuſtam monetam, tamen quia ei non licet ſine auctoritate Cæſarea, vel Regali, vel ſine auctoritate conſuetudinis, quæ quandoque uim habet Cæſaris, uel Regis imperando, certè iſta moneta non habet falſam materiam, nec falſam formam, punitur tamen fabricans de falſa moneta, quia falſo audacter Cæſaris auctoritatem vſurpat leg. fin. Cod. de falſ. mon. Nam cudere monetam eſt de regalibus, ut in cap. primo. Quæ ſint Rega. & in Lombarda. de crimine violatæ pacis. §. ſi miniſtralis. Et ex iſtis tribus cauſis moneta eſt falſa originaliter vt concludit notabiliter Bald. & not. Fabia. in dicta quæſtione verſic. & dicatur, vbi dicitur quod dicitur falſa, cum is, qui cudit, non habet auctoritatem cudendi, vt etiam dicit Thomas Doccius in dicta leg. ſingularia, & notatur in c. quanto de iureiur.

Sexageſimo ſeptimo quæro. Quod crimen incurrat falſarius monetæ?

95 Reſpondeo, quod ſi falſificat monetam Imperatoris incurrit crimẽ læſæ maieſtatis l. fin. & ibi Bal. C. de falſa.

ſalſa mon. ſi vero falſificat mone-
tam inferioris a Principe, vt ciuita-
tis, cui eſt ſubditus incurrit crimen
ſimilem læſæ maieſtatis: ſi vero non
eſt ſubditus non incidit in crimen
læſæ maieſtatis ita dicit Bald. in d.l.
fin. Refert & ſequitur Fabia. de
Monte de empt. & vend. in d.q.5.
princ. col. 3.

Sexageſimo octauo quæro. Qua
pœna puniatur falſatius monetæ?
96 Reſpondeo quod aut falſificat mo-
netam Imperatoris, & debet igne
comburi, & eius bona debent con-
fiſcati l.2.in fine ibi flãmarum exu-
ſtionibus, & ibi gloſa, & Bald. in l.
pen.C.de falſ.mon.& Bar. in l.qui-
cunque ff.de falſ. & gloſ.in c.quan-
to de iureiur. & ibi Abb. intelligit
de nouo eam adulterando colum.
2.verſ. venio ad glo. Aut falſificat
97 monetam Ciuitatis, vel alterius in-
ferioris a Principe, & capite puni-
tur, & ita tenet gloſ. in l.1.C.de falſ.
mon. in 3. ſolut. & gloſa & Abb.in
d. c. quanto verſ.allegato & Ioa.de
Plat. in l.1.C.de murileg. lib.11. &
Saly.in l.1.C.de falſ. mon.qui dicit
malefacere non recognoſcentes ſu-
periores eo modo punire, vt dicit d.
l.2.quia vtraque caſu diuerſa eſt pę-
na. Aut non fabricat monetam
98 de nouo, ſed fabricatam radit, ſci-
licet minuendo vel tingendo puta
monetam æream, vt appareat au-
rea: & punitur ſi eſt ſeruus vltimo
ſupplicio, vel datur ad beſtias iuxta
conditionem perſonæ, ut l.quicun-
que ff. de falſ.& ibi firmat Bart. &
gloſa & Abb.in d.c.quanto,& glo.
in d.l.2. & Ioan.de Plat. in d.l.1.C.
de mutileg.lib.11.Salyc.in l.1.2. &
3.C.de falſ. mon. & Ang.de maleſi.
in 5.falſario col.6.verſ.quæro an il-
le. Si uero monetam excedentem
iuſtum pondus, reduceret ad iuſtũ,
& rectum pondus, quia tonderet
99 quoniam non deliquit, non puni-
retur. Ita dicit Hyppol. in leg. qui
falſam columu.13. verſicul. & talis
tondens ff.de falſ.arg.leg.gracchus
Cod.de adult. & gloſa in capit. qui
partem leg.5.diſt. Sciendum tamen
etiam eſt, quod illud quod dictum
fuit ſupra, quod falſans monetam
Imperatoris debet igne comburi,
intelligi debet, cum falſat monetam
auream in qua eſt imago Principis:
Ita dicit Iac. de Arer. in dict. leg. 2.
& refert Abb. in dict. capit. quanto,
& eſt gloſ.quæ hoc dicit in leg.fina.
Cod. de vet. num. pot. & ita ibi te-
net Ioann. de Plat. & firmat Raph.
Cuma. conſi.138. incip. hoc maxi-
100 mè circa finem. In alia vero mo-
neta in qua non eſt ſculpta imago
Principis eſt capitis, vel deportatio-
nis, vt ibi per gloſam & Ioann. de
Plat.& Abb.in dict. capitul. quanto
de iureiur.

Sexageſimo nono quæro. Dixi
falſatium monetæ ciuitatis vel alte-
rius inferioris a Principe puniri pę-
na capitis. An intelligatur de pęna
101 mortis? Reſpondeo, quod non,
ſed de pęna deportationis; & ſic de
morte ciuili, & non de naturali, &
ſic de minori, vt dicit gloſa in leg.1.
Cod. ne chriſt. manc. quia cum ſit
triplex pęna capitalis, vt leg.2. ff. de
pub.iud. intelligi debet de minori,
quia penę ſunt reſtringendæ l. pęn.
ff. de pęnitent. diſt.1. §. pęnæ & in
capit. in pęnis de regul. iur. lib.6. per
quam rationem Goffr. & Hoſt. re-
ferunt Ioannem Cremonenſem de-
fendiſſe quendam a pęna amputa-
tionis capitis, quia falſauerat mone
tam Ciuitatis Bononiæ, vt non puni
retur pęna capitis naturalis, ſed ci-
uilis: Et cum hac deciſione Ioannis
Cremonenſis tranſeunt communi-
ter Doctores, vt dicit Abb. in capit.
quanto verſicul. tertio quæro extra
de iureiur.& Innoc. in capit. quali-
ter & quando de accuſat. Imol. in
leg.2.

Digitized by Google

leg. 2. column. 5. ff. de publ. iud. vbi etiam hoc firmat in ſtatuto dicente, quod ſit pęna capitis, quod dicit eſſe menti tenendum, quia vbi occurrunt pericula perſonarū ibi pluunt pecuniæ ſeq. Ang. Aret. in Tracta. maleſ. in verb. & ibi caput à ſpatulis amputetur verſicul. Quid ſi ſtatutum Alexand. conſ. 104. ſtatutum loquens libr. 1. dicens, quod ita ſequuntur communiter ſcribentes & in conſil. 116. In cauſa inquiſitionis libr. 3. & in conſil. 127. viſo proceſſu libr. 7. Iaſon. in leg. diuortio in princ. columnn. 3. ff. ſolut. matr. & in leg. 3. §. hæc pęna ff. quod quiſque iur. & in leg. tranſigere columnn. 3. Cod. de tranſact. & adde quę dicam in ſequenti quæſtione.

Septuageſimo quarto. Quid ſi quis non falſat monetam Principis ſed opem pręſtat falſanti aliam monetam: An pœna capitis puniatur?
102 Raph. Cuma. in conſil. 138. hoc maximè propoſitum in 2. dubio, dixit, quod ille qui non falſauit monetam Principis, & opem præſtitit pœna deportationis tenetur, in cuius locum ſucceſſit hodie bannum perpetui exilij, vt Inſtit. quibus mo. iuſ. patr. pot. ſolu. §. relegati, cum deportatio ſit propriè exilium, vt not. gloſa in l. exilium ff. de interd. & releg. & leg. 2. ff. de public. iud. & ſic pati debet pœnam perpetui exi-
103 lij incolatus proprij, & non mortem naturalem, cum moneta non eſt Principis, pro hoc gloſ. in leg. 1. Cod. ne chriſt. mancip. & quia bonorum publicatio eſt hodie ſublata per §. final. in Auth. vt nullum iud. cum bona non peccent & per §. oportet in Auth. de mand. Princ. dicit ſe non credere bona debere publicari hoc caſu. In quo conſil. Raph. Primo ponit pœnas varias prout quiſque in hoc genere delicti delinquit: Secundò, quod falſanti monetam Principis auream dicit imponendam pęnam ignis, vt flammis exuratur: Tertio, quod falſanti monetam aliam, vt Regis, Comitis, vel alterius Domini capitali pęna puniendus eſt tex. eſt in leg. 2. §. actore Cod. de falſ. mon. & leg. 2. eod. titu. Et ratio quare ſecus ſit in alia moneta, quam Principis, eſt, quia pœnalia per identitatem rationis non extenduntur, vt dicit gloſa in cap. ſæpe contingit de temp. ord. libr. 6. in verbo Italiæ. Quartò dicit, quod cum triplex ſit genus capitalium pęnarum, Prima eſt mors corporis, quæ multipliciter infertur l. aut dāna §. dāna ff. de pęn. Secūda eſt morti proxima, ſcilicet pęna metalli d. leg. aut damna §. eſt pęna. Tertia capitalis eſt deportatio vt leg. quidam eodem tit. Et quia pęnæ ſunt molliendæ leg. ſi de interpretatione ff. de pęn. ſemper ſtabitur minori, vt dicit gloſ. in leg. ſi quis id, quod ff. de iuriſd. omn. iud. quando verbum poteſt ſe habere ad pœnam perpetuam, & temporalem eligimus temporalem, per quæ concludit, quod non mortis naturalis, ſed perpetui exilij pęna ſit puniendus, qui falſauit aliam monetam, vel opem præſtitit falſanti, quam Principis: allegans in hanc ſententiam inclinare Bartol. de Salyc. in leg. 1. Cod. de falſ. mon. Et cum hac concluſione concordant ea, quæ ſupradixi quæſtione pręcedenti. Et idem Hyppol. in leg. qui falſam column. 8. verſic. quid tamen, & column. 14. verſicu. & teneas ff. de falſ.

Septuageſimo primo quæro. An, qui inceperit ſed non perfecerit fabricare falſam monetam puniatur dictis pœnis. Reſpondeo, quod ſi non perfecerit, quia pęnituit, excu-
104 ſatur, ſecus ſi non perfecerit, quia non potuit leg. qui falſam vbi gloſ. & Bartol. ita dicunt ff. de falſ. & glo.

&

& Ioann.de Platea in leg.1. Cod.de muril eg.lib.11. verſic. poteſt Bart. Veron.conſil.78. viſa inquiſitione Raph.Cuma.in conſil.præallegato, & Hyppol. in dict. leg. qui falſam column. 9. verſicul. intellige ff. de falſ.

Septuageſimo ſecundo quæro. Quæ ſint ſpecialia in crimine falſæ
105 monetæ? Reſpondeo plura. Primo, quia quilibet tenetur ad accuſationem huius criminis. Secundò, quia condemnatus non appellat: Tertiò, quia punitur ille in cuius domo cuditur, licet ignoret exceptis domibus viduarum & pupillorum leg.1. Cod. de falſ. mon. notat gloſa in capit. quanto de iureiuran. Quartò datur impunitus accuſator, & quilibet falſarium capere poteſt, vt dict. leg. 1. & dicit Abb.in d. cap. quanto. Quintò, quia tenentur accuſare conſcios criminis, & illos notificare dict.leg.1.& ibi not. Sextò datur præmium accuſatori iudicis arbitrio, vt notat gloſa in dict. leg.2.Cod.de falſ. mon.& Ioann.de Platea in leg.fina.Cod.de vet.num. pot.lib.11.& in leg.1.Cod.de murileg.lib.11.& Salyc.in leg.1.Cod. de falſ. mon. Septimò poſſunt falſarij inuiti etiam ſine præcepto iudicis in iudicium exhiberi, vt dicit Spec. in tit.de accuſ.§. 1. verſicul. hoc tamen, & Hypp. in leg. qui falſam column. 9. verſicul. vlterius ff. de falſ.

Septuageſimotertio quæro. Quid ſi quis opem, vel miniſterium fabricationi falſæ monetæ Principis præſtiterit, qua pœna puniatur? Raph. Cuma.in dict.conſi.138. dicit, quod ille, qui non eſt principalis reus, quia falſam monetam non fabricauit, ſed opem delicto præſtitit, &
106 miniſteriū multipliciter: demum accommodauit huic illicitæ rei, malleos ad cudendum emit, præſtitit ærgentum, & materiam accomodauit, dealbationem ad formam adinuenit, & tradidit, ipſamque monetam pluribus erogauit & expendidit, falſus eſt reus falſi, in quem omnia mala iſta degenerant, & ſi moneta ſigno Principis ſculpta eſt, flammis exuritur leg. 1. §. actor Cod. de falſ. mon.& leg.2.eodem titu. Quod intelligit, quando in moneta ſit ſculptus vultus Principis, qui in aurea imprimitur, & rationem reddit: Quia in forma decoloratur, & defraudatur Princeps; Sin autem aliā monetam, vt Regis, vel Comitis falſauerit, vel opem præſtiterit, dic vt dixi ſupra.

Septuageſimo quarto quæro. An expendens ſcienter falſam monetam puniatur pœna falſi? Bartol. in l.lege Cornelia ff. de falſ. dicit, quod tunc demum incidit in legem Corneliam de falſis, & falſum committit, cum expendit nummos ſtamneos vel plumbeos de quibus ibi, alioquin ſi aliam monetam, vt æream, vel aliam expendit non punitur pœna falſi, ſed extra ordinarie leg. ſaccularij in princ. & ibi notatur ff. de extraord. crim. Et ex hoc dicit plu-
107 res euaſiſſe pœnam legis Corneliæ de falſis, & ita dicit Abb.in d. capit. quanto column.4. verſicul. extra gloſam de iureiur. & in cap. ad falſariorum de crim.fal Ang. Aret. de maleſ. in verb. falſario column. 8. verſicul. Quæro an ille, Fabian. de Monte de empt. & vendit. quæſt. 5. princ. column. 3. verſicul.an autem Bartol. Veron.conſil.78. viſa inquiſitione, quia maior eſt deceptio in ſtamnea, vel plumbea, quam in ærea vel argentea, & ideo maior debet eſſe pœna, vt ipſe dicit. Et prædicta vt dictum eſt, locum habent in expendente ſcienter falſam monetam ſecus ſi ignoranter, quia tunc non puniretur aliqua pœna, niſi eſſet igno-

ignorantia craſſa, & affectata, vt concludit Hippo. de Marſ. in d. leg. qui falſam column. 8. verſicul. Viſo de fabricante cum duas colum. ſeq. ff. de falſ. Excuſaretur etiam expendens falſam monetam, ſi doceret ſe ab alio habuiſſe, quamuis non no-
108 minaret, à quo illam habuiſſet: & ita deponerent teſtes, ut dicit Iac. Butr. in leg. maiore C. de falſ. Quam concluſionem limitat ibi Angelus ſi perſona eſt honeſta, & bonæ fa-
109 mæ, alioquin non; allegat leg. in ciuile Cod. de furt. refert & ſequitur Auguſt. de Arim. in dict. uerſic. Quæro an ille in Addit. ad librum maleſ. Angel. Aret. & Fabian. in d. 5. quæſt. uerſicul. an autem, & Hyppol. in dict. leg. qui falſam columu. 13. uerſicul. modo ſequendo; Et ibi dicit, quod excuſatur quilibet, licet non doceat a quo habuerit monetam falſam, dummodo illam exhibeat, quia eſt impoſſibile quandoque ſcire quis dederit, ut in artificibus, qui pluribus uendunt merces ſuas; Et hoc dicit eſſe uerum in illo, qui habet paucam monetam
110 falſam, quia tunc non præſumitur eſſe in dolo ſecundum Bald. in conſil. 356. Reperitur in uolumine ſtatutorum lib. 1. Secus autem in illo, pęnes quem reperitur magna quantitas monetæ falſæ, quia is pręſumitur eſſe in dolo propter huiuſmodi magnam quantitatem, nec crederetur ei illam habuiſſe ſine dolo, cum hoc ſit remotum a ueroſimili, quod dicitur falſitatis imago, ut notat Bal. in l. 1. C. de ſer. fug.

Septuageſimo quinto quæro. Qua pęna puniatur expendens monetam à Principe reprobatam, uel quæ ſit minoris ponderis ſeu ualoris? Baldus in Ciuitate Papiæ conſuluit, quod expendens ſcienter monetam a Principe reprobatam non
111 punitur pœna falſi, ſed extraordinaria, vt refert Franc. de Curte in l. cum quid q. 7. ff. ſi cert. petat. Qui autem vtitur moneta minoris ponderis, vel valoris quam eſſe debeat, punitur extra ordinem, quia moneta quæ eſt minoris ponderis, quam debeat eſſe, dicitur falſa, vt dicit And. de Barul. & Ioan. de Plat. refert in dict. leg. 1. verſicul. facit iſte textus Cod. de vet. num. pot. libro 11.

Septuageſimo ſexto quæro. Quid de emente, vel vendente falſam monetam. An puniatur, & qua pœna?
112 Reſpondeo quod ſi ſcienter emerit plumbeos, vel ſtamneos nummos dolo malo, pœna falſi punitur leg. lege Cornelia in fine ff. de falſ. Si uero bona fide emerit cauſa calculandi rationes, tunc non tenetur dicta pęna, tamen illi nummi cauſa calculandi facti non debent eſſe forma publica percuſſi. Ita dicit Bart. in d. l. lege Cornelia.

Septuageſimo ſeptimo quæro. Quid de liquefaciente monetam, & in maſſam redigente, An puniatur? Reſpondeo quod punitur pœ-
113 na falſi, qui bonos nummos ſcienter, & doloſè liquefacit animo occultandi dict. leg. lege Cornelia, & ibi Bartol. ff. de falſ. Non enim licet monetam conflare in maſſam ſine licentia Principis leg. 1. & ibi not. Bartol. & Ioan. de Plat. Cod. de aur. publ. perſecut. lib. 10. Fabia. de Monte in d. 5. quæſt. verſic. hinc ſumpta, vbi arguit ad partes, & concludit non licere. Secus eſt ſi bona fide li-
114 quefaceret aureos, vel argenteos nummos, vt faciunt aurifices liquefacientes cauſa deaurandi ſciphos, vel maſpillos, uel aliquod vas faciendi, quia non puniuntur d. leg. vt dict. leg. lege Cornelia ſecundum vnam expoſitionem verbi conflauerit, ita dicunt Salyc. in dict. leg. 1. Cod. de falſ. mon. & Ioan. de Plat.

in dict.leg.fin.verſ.item punitur.C. de vet.num.pot.lib.11.

Septuageſimo octauo quæro. An ſtatutum puniens falſantem monetam habeat locum in falſante monetam in loco, vbi falſat reproba-
115 tam. Alexand.conſi.104. ſtatutum loquens lib.1. conſuluit, quod non, quia ſtatutum loquens de moneta, intelligitur de vſuali, & in loco expendibili, vt voluit Spec.in tit.de ſolut.§.nũc aliqua verſ pone clem. 2. de decim. Et quia intelligi debet de moneta falſa, quæ in loco reputatur falſa, eſt illa quæ currit & non illa quæ eſt in loco reprobata leg. eleganter. §. qui reprobos ff. de pign.actio. Ex quibus conſuluit, quod ſtatutum Ferrariæ imponens pœnam ſuſpenſionis, ignis, & confiſcationis bonorum nõ haberet locum in falſante bagactinos in dicta Ciuitate reprobatos, & idem Alexan. not. in dict. §.qui reprobos in addit. Sequitur Hippol. de Marſ. in leg. qui falſam colum.7. verſ. iſtud tamen ff.de falſ.

Septuageſimo nono quęro. Quid ſi aliquis fabricat bonam, & iuſtam monetam ſine licentia Principis, an puniatur pœna falſæ monetæ? Hippol.de Marſ. in dict.leg.qui falſam, colum. 9. verſic. & teneas etiam mente, dicit quod licet Iac.de Arer. quem refert Alexand. in leg.ſingularia colum.6. verſic. Item eſt ſpeciale ff. ſi cert.petat. voluerit, quod puniatur dicta pęna, vt voluit etiam Bartol. in leg.1.Cod. de vet. num. pot. lib.11. tamen credit Hippol. quod adueniente caſu talis mitius punietur, quam ille qui feciſſet falſam monetam, quia talis non commiſit falſitatem, ſed potius inobedientiam ſui ſuperioris, & cum non commiſerit falſitatem non debet puniri, vt falſator monetę, quia ei non conueniunt verba legis, & conſequenter, nec diſpoſitio l. hos accuſare.§.omnibus ff. de accuſ. & quia non delinquit in falſitate committenda, ſed ſolum in non habendo licentiam a ſuperiore, quod eſt minus, & pœna debet commenſurari delicto l. reſcriptum ff. de his quibus, vt in dict. cap. fęlicis de pœn. Et licet inobediens etiam ſi bonam rem faciat puniri poſſit pœna mortis leg. deſertorem §. in bello ff.de re mil.quia res & bona Domini poſuit in magno periculo, hęc ratio ceſſat in caſu noſtro. Propterea ille uidetur dicendum, quod faciens monetam bonam, & iuſtam etiam ſine licentia ſuperioris non debeat puniri, tanquam faciens monetam falſam; ſed mitius.

116 Sed hanc opinionem Hippo.puto dubiam, quia talis non modo inobediens eſt, verũ etiam attribuit ſibi authoritatem Cæſaris: & ſic ratione vſurpata authoritatis falſum committit in moneta fabricata, vt leg.1. Cod. de falſ. mon. Et ſic non eſt ſimplex inobedientia, vt in d.§. in bello, & per conſequens videtur militare eadem pœna falſæ monetæ, vt d.l. 1. prout concludunt Iac. de Are.& Bart.Cogita.

Octuageſimo quæro. Quid ſi teſtis deponere debeat de identitate pecuniæ, qualiter debeat deponere, vt concludat? Bart. in Tracta.de Teſte in cap.de ſubſtantia verſic. hanc eãdem rem, dicit, quod in his rebus, quæ ſunt multum ſimplices, & quæ cum alijs eiuſdem ſpeciei reperiuntur habere ſimilitudinem, recognitio difficilis eſt, & ſi habent formam operæ manufactam, tunc per ſigna in earum confectione, vel vnum notabile ſignum teſtem debere deponere: Si uero deficerent ſigna tunc per aliquod, quod ſit extra rẽ oportet cauſam reddi. Quid enim ſi in marſupio difformi, vel diffor-

difformiter ligato pecuniam certam poſui, quod marſupium apud te eſt cum tanta pecunia, quamuis enim pecunia per ſe recognoſci nõ poſſit, ex vaſe tamen eandem eſſe numero dicam. Interdum alijs rerum argumentis adducimur ad dicendũ idẽ eſſe; quid enim ſi in marſupio formæ comunis poſui certam pecuniæ quantitatem aureæ, certam argenteam, certam ære contaminatam; & marſupium apud te reperitur illius formæ comunis cũ eiuſdem qualitatibus, certè ad credendum adducar, quod corpora ſint eadem.

Octuageſimo primo quęro. Quid ſi teſtis deponere debeat de numeratione pecunię. Qualiter deponet? Bart. in dict. Tracta. de Teſte cap. 4. dicit numerationem pecuniæ poſſe probari per teſtes, qui hoc viderint; ſolus enim color videtur, an autem ſit pecunia, vel aliud, & an ſit aurea vel argentea iudicat intellectus, qui modico diſcurſu hoc percipit, & ſequũtur quidam Moder. in capit. cum cauſam de teſtibus. Et in dict. Tracta. in capit. de qualitate dicit Bartol. in fine, quod eorum corporum, quorum numeratio facilis eſt, quantitas cognoſcitur per nume-
118 rum, numerus autem percipi poteſt, tam per viſum, quam per tactum: rectè ergo dicit teſtis, quod fuerunt decem auri, quia vidi & ſi de pecunia conſtaret, & ſolum de numeratione dubitaretur, rectè diceretur etiam ſi certius eſſet, quod fuiſſent decem, quia tetigit, & iſta quantitas, quæ numerus vocatur ab omnibus & cognoſcibilis.

Octuageſimo ſecundo quæro? Quomodo teſtis debeat deponere de deterioratione monetæ intrinſeca? Philip. Corn. in conſil. 181. Viſis nonnullis actis colum. 29. verſic. item non obſtant lib. 2. dicit teſtem debere reddere cauſam deteriorationis intrinſecæ, etiam non interrogatus, cum intrinſeca mutatio non percipiatur per ſenſum viſus prout not. Innoc. in cap. cum cauſam extra de teſtibus; diſcernitur enim potius iudicio intellectus, & non de facili, quia licet quis habeat bonum ſenſum uiſus, non diſcernit an vna moneta ſit melioris argenti, quam altera, & præſertim ſi non viderentur ambæ ſimul, & maximè ſi non eſſet maxima differentia: & ideo debet reddere rationem etiam non interrogatus ſcientiæ, vt notat etiam Bald. in leg. teſtium Cod. de teſtib. Tu ad duo ad-
119 uerte. Primo quod hæc mutatio intrinſeca debet probari per habẽtes notitiam auri, & argenti, & qualitatis ligarum. Secundo quod debent deponere de bonitate intrinſeca primæ monetæ etiam: alioquin concludere non poſſent deteriorationem intrinſecam, quia teſtis de deterioratione deponens, debet deponere de duobus temporibus, & oſtendere ſtatum rei duplici tempore ſcilicet cum mutuata fuit, & cum fuit reddita, vt dicit Lanfr. in cap. quoniam contra falſam in ver. teſtium colum. 5. verſic. Quæro decimotertio extra de probat.

Octuageſimo tertio quæro. An tabellio, qui ſcribit inſtrumentum in quo dicit aliquem mutuaſſe Titio florenos de bono auro, debet eſſe peritus in arte cognoſcendi aurum? Bald. in Rub. Cod. de fid.
110 inſtr. colum. 4. verſic. circa tertium, dicit, quod non requiritur niſi quod prima facie appræhendat veritatem eius, quod ſcribit, ita quod credat illud probabiliter eſſe ex partium aſſertione ſicut in teſte, qui ex prima figura rei dicitur reddere verum teſtimoniũ, licet aliud

I 2 poſſit

poſſit habere occultum in contra-
rium argu. leg. edicto Cod. de edict.
Diu. Adr. toll.

Octuageſimo quarto quæro.
Quid ſi in domo Titij reperiuntur
ſtampæ falſæ monetæ, An ſit iudi-
cium contra illum, quod falſator ſit,
adeo vt torqueri poſſit? Hyppo. de
Marſ. Bonon. in leg. qui falſam col.
14. verſicul. modo ex prædictis ff. de
121 falſ. concludit, † quod ſic, quia ſi
reperiatur apud aliquem res furata
præſumitur contra ipſum, & facit
inditium, vt poſſit poni ad tortu-
ram, niſi oſtendat a quo habuerit,
vt not. Bartol. in leg. fin. ff. de quæſt.
Sed hanc concluſionem limitat, vt
habeat locum in homine malæ con-
ditionis & famæ, quia ſi pęnes eum
reperiantur huiuſmodi ſtampæ po-
terit ex hoc torqueri, niſi illud iudi-
çium aliter purgauerit. Sed ſecus eſ
ſet in homine, qui bonę conditionis
eſſet, vitæ & famæ, & qui non eſſet
ſolitus ſimilia facere, quia talis non
poterit torqueri ex hoc, quod for-
122 mæ, ſeu ſtampæ repertæ fuerint
pęnes eum. Mouetur, quia licet res
furata reperta penes aliquem faciat
indicium ad torturam, vt ſupra: Ta-
men fallit in homine bonæ condi-
tionis & famæ, in eo enim ceſſat in-
dicium, & torqueri nequit, vt dicũt
Bald. & Imo. in leg. final. ff. de hær.
inſt. Salyc. in leg. final. Cod. de quæ-
ſtio. & quod not. Bald. in leg. Domi-
nus horreorum ff. loca. & Iaſon. in
leg. in actionibus ff. de in lit. iur. &
dicit ita obtinuiſſe in facto, & pro-
pter hanc limitationem ſe liberaſſe
quondam Magiſtrum Lazzarum á
pęna falſæ monetæ, in cuius domo
fuerant repertæ formæ, ſeu ſtampæ
falſæ monetæ.

Octuageſimo quinto quęro. Quis
debeat probare valorem monetæ
currentis tempore contractus, & ſic
mutationem? Dicit Corneus in
dict. conſil. 181. in 3. dubio verſicul.
123 his tamen, † quod qui agit ad mo-
netam antiquam debet probare,
quia qui fundant ſe in tempore de-
bet illud probare, & ad illud debent
probationes concludere leg. cum
actum ff. de negot. geſt. & leg. non
ſolum §. ſed vt probari ff. de oper.
no. nunc. cum ibi not. per Bart.

Octuageſimo ſexto quæro. Qua-
liter formetur libellus pro moneta?
Reſpondeo, quod aut agitur actio-
ne reali, aut perſonali. Primo caſu
Roffred. in libellis iuris ciuilis in pri
ma parte in Rubrica de actione ſpe-
ciali verſicul. ſi autem. Hoſt. in titu.
de lib. oblat. §. quod debeat verſicu.
ſi autem. Spec. de lib. concept. §. iux-
ta verſicul. item non valet, dicunt
quod ſi materia fuerit ſignata debet
124 dicere numerum: puta Peto de-
cem ſolidos Turonenſes rei vendi-
catione: Secundo caſu quãdo actio-
ne perſonali Roffred. in loco præal-
legato dicit. ſic concipiendum. Peto
a te decem ſolidos Piſanos quos tibi
mutuaui: vnde certi conditionem
quæ ex mutuo oritur intento Ang.
Aret. in §. ſequens alia colum. 3. In-
ſtit. de actio. ſic format in actione
perſonali: Dico quod dedi & mu-
tuaui Titio decem libras de meis
denarijs ex cauſa mutui: Quare pe-
to condemnari ipſum ad dandum,
& reſtituendum mihi dictam quan
titatem pecuniæ ſibi mutuatæ, quæ
forma colligitur ex dictis Bartol. in
leg. certi conditio in princ. ff. ſi cert.
pet. quam formam ponit etiam Lan
fran. in capit. quoniam contra fal-
ſam in verbo poſitiones extra. de
probat.

Octuageſimo ſeptimo quæro.
Qualiter formetur libellus in crimi
ne falſæ monetæ? Dicas ſecundum
Roffred. in libellis iuris canonici in
7. parte Rubric. qualiter libelli ac-
cuſatorij formentur ſic formaneũ.

125 Ego

125 Ego Lucius accuſo Titium coram vobis Domino Senatore, quod ipſe exercuit falſam, ſeu adulterinam monetam in Vrbe Romæ in domo Sempronij in prima camera ipſius domus hoc anno,& menſe Nouembris regnante Federico Romanorum Imperatore. Vnde peto ipſum pæna capitali puniri. Profiteor ego Lucius, & ſubſcribo hunc libellum dediſſe hoc anno 1237.& menſe Ianuarij decimo die intrante, & me hanc accuſationem legitimè probaturum promitto: & ſi calumnioſè hanc accuſationem inſtituo ad pænam calumniæ, & talionis me obligo. Et quod ita concipiatur libellus dicunt iura vt leg. 1. C.de falſ.mon. Et ita concipias libellum, cum moneta falſata, vel adulterata non ſit de auro: Si autem ſit de auro, tunc quia imponitur pæna, quod flammis viuus exuratur, vt leg. ſi quis nummos Cod. de falſ. mon. Et ſic omnibus retentis hoc mutabis. Vnde peto ipſum viuum flammis exuri. Ita dicit Roffred. Beneuentanus, qui fuit diſcipulus Azzo.& Rogerij gloſatoris, vt ex commentarijs ſuis patet, qui ſummam compoſuit anno 1237. vt ſupra in formatione libelli patet,& quæſtiones anno 1215. in Ciuitate Aretij, vbi tunc vigebat ſtudium. Et ex his materia tam legitimæ & probæ, quam falſæ mo-
126 netæ ſit expedita † quæ origo fuit auaritiæ, vt dicit Plin. lib. 39. cap. 5. & hinc cauſa ipſam falſandi in deſertis locis, vt in uita Pauli primi Heremitæ, dicit Diuus Hieronimus locum illum, ubi hæremus ipſius fuit ſcabræ iam incudes, & mallei quibus pecuniæ olim ſignatæ uiſebantur: quem locum Ægyptiorum literæ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuiſſe, ea tempeſtate, qua Cleopatræ Antonius iunctus eſt.

ADDITIONES EX MODERNIORIBVS

Ad prædictum titulum de Moneta.

Monetæ quando dicuntur falſæ Cephal. conſil. 230. *numero* 1.

De Monetarum augumento & diminutione extat Tractatus Collegij Papienſis tomo 212. *fol.* 218.

De Monetis tractat Franciſcus Curtius in leg. cum quid ff. ſi cert. petat.

De Moneta multa in primo, & ſecundo volum. conſilior. in verbo moneta vbi de materia & facultate. Item Cephal. in ſuis conſilijs prout in eius repertorio in verbo Moneta.

De Monetis adeſt Tractatus Franciſci Curti, Couaruuias, Bruni, & aliorum in decimo volu. tractat. ſecundum vltimam Impreſſionem.

De Statuto puniente falſificantem Monetam, & an puniat falſificantem paruam Ripa in Tractatu de peſte rubrica de remed. conſi. vlt. num. 68. *fol.* 55.

De Moneta nonnulla tradit Bero. conſil. 104. 148. & 199. *volum. primo & multa de Moneta in ſuo libr. variarum & Ioannes Neuizza. atque etiam Decianus conſi.* 19. *volumine primo, Menochius conſ.* 107. & 130. *volumine ſecundo & conſil.* 140. & 172. *libro primo.*

De falſificante falſam Monetam Roland. conſil. 73. *num.* 7. & 8. *lib.* 3. *firmans quod incurrat in crimen læſæ Maieſtatis*

ieſtatis & quod appellare non poſſit.

De Moneta Marianus Sozzinus Iunior conſi. 101.*num.* 12. *volumine* 3.

Monetæ falſæ materiam ponit Ioannes de Nigris ad Conſtitutiones Regni 88.

Moneta fuit inuenta vt æſtimet alias res ca.eijciens 87.*diſtinction.vt propterea ualor extrinſecus attendatur videlicet pro quanto precio appretiatur Geminian.conſ.*137. *in principio verſic.hic enim.*

*Moneta tria dicitur continere videlicet materiam quoad valorem, formam quoad authoritatem, & pondus quoad vſum Cuman.conſi.*139.*in fine, latè Beroius Deciſ.* 372.*num.*7.*verſicul. tria enim; Et an expenſa quæ fit in cudenda Moneta fieri debeat à cudente, vel deduci ex materia. Idem Beroius dicta deciſ. per totum.*

*Conſuetudine ceſſante Moneta, ſeu pecunia reddi debet in eadem ſpecie. Nam ſi promiſſa ſunt ſcuta auri in auro non mutata intrinſeca bonitate, quia licet creſcat, vel decreſcat valor, eſt bonitas extrinſeca qua non attenditur Beroius ſuprad.deciſ.numer.*4.*Vbi exemplificat in dolo, in re vendita cum pacto retrouendendi, & alijs promiſſionibus dicens eſſe comunem opinionem.*

Monetam cudere poteſt Imperator, & Rex, & ij, qui authoritate Imperatoris & Regis hoc faciunt Bald. conſil. 494.*lib.*1.

Monetæ cudendæ Ius confert etiam conſuetudo, cum habeat vim legis, & conceſſionis Cæſaris imprimendi, Bald. d. conſil. Vbi etiam dicit, quod Domini de Scala Veronæ Domini, cudebant Monetam.

Moneta valens 13. *denarios eſt Turronenſis in Regno Fran-*

ciæ, Oldrad. conſ. 220. in princ. Boerius d. dec. nu. 5. in fine, Gemin. conſ. 137. in princ. Bellam. conſ. 33. n. 35.

De alio Monetæ genere dicitur in conſ. Simonelli 74. quæſtio talis, Bald. conſ. 499. in princ lib. 1. ſicuti etiam de ſolidis Piſanorum exiſtentibus de 12. denarijs, meminit Roffred. citans Boer. in præcit. deciſ. nu. 12. in fine.

Florentiæ autem erant diuerſi Floreni, ſecundum tamen morem Ciuitatis intelliguntur de florenis di ſigillo nuncupatis, & Florentini in Aureis imprimebant, & nunc pariter Princeps imprimere facit caput D. Ioannis Baptiſtæ, Boer d. deciſ. in princ. ſicuti Veneti caput Beati Marci, & Mediolanenſes caput B. Ambroſij.

Monetæ valor conſideratur tempore condemnationis, non ſolutionis, Oldrad. conſ. 13. cum quæſtio eſſet.

Idem eſt in omni contractu, & obligatione cum valor tempore contractus attendi debeat Bald. d. conſ. 499. Aliquando etiam ſimpliciter obligatus tenetur ſoluere iuxta temporum varietatem, Bald. conſ. 401. in princ lib. 5. Gabriel de ſolutionibus vbi habetur, quod monetæ diſiunctio, ſtante mora cedit damno moroſi.

Monetæ valor conſideratur tempore conditi Teſtamenti, non tempore mortis Teſtatoris, Oldrad. conſ. 31. Gabr. d. li. de ſolut. licet adſint platos in contrarium contulentes.

Monetæ valor in reſtitutione dotis attenditur tempore dotis ſolutionis, Afflict. deciſ. 194. Bart. in l. res in dotem ff. de iur. dotium, & in l. paulus de ſolut. Boer. ſupradict. deciſ. vbi atteſtatur de comuni.

Ad Monetam currentem ſemper fieri debet ſolutio, quando obligatio eſt incerta, quoad pecuniam, vt ſi quis promiſit ſoluere centum nec dicat in Auro, nec in Argento, ſed ſim-

ſimpliciter conueniat, Bald. conſ. 401. libro quinto.

Monetæ alteratio vel mutatio facta à Principe ſeculari non alterat, neq; mutat obligationem inter eccleſiaſticos, & Religioſos, cùm debeat ſolui moneta tempore obligationis, habito reſpectu ad valorem intrinſecum, Oldrad. conſ. 250. in fi. & Alex. conſ. 21. & ſeq lib. 2

Moneta falſa ex quatuor dicitur, fabricando, adulterando, fudendo, & vendendo ſcienter, Clarus in § falſum nu. 46. & ſeq. Alex. conſ. 122. lib. 7.

Moneta falſa dicitur ex tribus cauſis; Prima in materia miſcendo auricalchum cum auro, vel alia materia ſimili, in colore dolo malo, & idem in argento adulterando materiam ſimilem argento, Bald. conſ. 494. lib. 1. Decianus 33. nu. 13. & 14. lib. 7. Secunda ratione formæ, Bald. d. conſ. Tertia reſpectu cauſæ efficientis in cudente abſq; authoritate, Bald. d. conſ. & Decianus vbi ſupra.

Monetam falſam cudentis pęna, vel radentis, & expendentis regalatur, & fit ſecundum qualitatem perſonarum, & locorum vt per Clarum in d. § falſum, & per Cuman. conſ. 39. Menoch conſ. 206. per totum, Decian. d. c. lib. 7 caſu 24. Salic in l. 2. C. de falſa moneta.

Prædicta congerit Cardinalis Tuſcus in Titulo De Monetarum diuerſitatibus, & de ſingulis Monetis.

DE THESAVRIS.

Titulus Decimus.

SVMMARIA.

1 *Theſaurus dictus a poſitione Auri.*
2 *Eſt pecunia olim abſcondita, hodie ignota.*
3 *Pecunia hic continet quamcunque rem mobilem.*
4 *Theſaurus propriè pecunia abſcondita ignota.*
5 *Impropriè abſcondita non ignota.*
6 *Magis impropriè neque abſcondita, nec ignota.*
7 *Theſaurus ante inuentionem non eſt in bonis alicuius.*
8 *Theſaurus ſtudioſè a quolibet inquiri arte legitima poteſt.*
9 *Et inuentori tali arte acquiritur.*
10 *In alieno etiam Domino volente inquiri non poteſt.*
11 *Per mercenarium vel alium inquirere quis poteſt in ſuo, & inuentum Domino fundi non inuentori acquiritur.*
12 *Quaritur Domino directo, ac etiam vtili.*
13 *Et ei qui praeſcripſit ſi poſſidet, & habet praeſcriptionis plenum.*
14 *Antequam praeſcribat non ſibi acquirit ſed vero Domino.*
15 *Inuentus in praedio vendito cum pacto adiectionis in diem acquiritur venditori.*
16 *Inuentus in pradio plurium chaminorum cuilibet pro eius portione acquiritur.*
17 *In fundo feudali vel emphiteoticario acquiritur totum feudatario vel emphiteoticario ſi ab ijs repertum ſit.*
18 *Si ab alio acquiritur ipſis dimidia tantum altera inuentori.*
19 *Etiam ſi inueniſſet Dominus directus.*
20 *In concurſu directi, & vtilis Domini praefertur vtilis.*
21 *Proprietarius in hoc praefertur vſufructuario.*
22 *Et vxor marito in fundo dotali.*
23 *Et Dominus praefertur hypothecario, hypotheca durante.*
24 *Et bonae fidei poſſeſſori.*
25 *Theſaurus proprie inuentus ab emptore in domo ſibi vendita eſt emptoris.*
26 *Si eſt pecunia a venditore vel patre recondita, & per obliuionem non excepta eſt venditoris.*
27 *Si non eſt oblita nec eſt excepta eſt emptoris.*
28 *Theſaurus inuentus in fundo vendito, & tradito, non reſcindit contractum nec auget precium.*
29 *Reſeruatio theſauri ſi inueniatur non vitiat contractum venditionis.*
30 *Pecunia reperta in veſte vendita pertinet ad venditorem.*
31 *Inuentus in loco nullius eſt inuentoris.*
32 *Inueniens pecuniam vel anulum in nemore ſi Dominum non inueniat debet*

debet conſignare Epiſcopo vt det pauperibus.

33 *Si flumen prædio meo aurum vel argentum adiecerit, & alius inueniat, ad ipſum pertinet non ad me.*

34 *Theſauri inuenti in loco ſacro dimidia pertinet ad inuentorem, altera ad Eccleſiam.*

35 *Ita & theſauri inuenti in fundo Eccleſia.*

36 *Inuentus in fundo Cæſaris, fiſci vel publico, ſi data opera totus eſt Cæſaris. Si caſu dimidia, & altera inuentoris.*

37 *Inuentus in cemeterio non pertinet ad fiſcum ſed ad Eccleſiam, & inuentorem iuxta ſupradictas diſtinctiones.*

38 *Inuentus dedita opera eſt Domini fundi, caſu inuentoris.*

39 *Inuentus à filio familias in poteſtate acquirit ſibi proprietatem, patri vſumfructum.*

40 *Emens bona fide theſaurum fuſum non tenetur Domino theſauri.*

41 *Precium veniens ex cauſa oneroſa non ſuccedit loco rei.*

42 *Inuentus a ſeruo communi queritur cuilibet Domino pro eius rata.*

43 *Si vnus ex Dominis ſit ſerui proprietarius, alter vſusfructuarius, theſaurus dedita opera inuentus eſt illius cuius iuſſu factum eſt, caſu inuentus eſt amborum pro dimidia.*

44 *Inuentus à cane acquiritur Domino Canis.*

45 *Inuentus arte magica totus debetur fiſco.*

46 *Si unus prius vidit alter prius apprahendit, apprehenſori acquiritur.*

47 *Theſaurus eſſe probatur ſi probetur eſſe pecuniam abſcōditam, & ignoretur a quo.*

48 *Siquis poſteà velit oſtendere a ſe abſconditam probare debet.*

49 *Nouitas vel antiquitas pecuniæ probat an ſit vel non ſit theſaurus.*

50 *Pecunia inuenta quę non ſit theſaurus per inuentorem vel per Epiſcopum eſt diſpenſanda.*

51 *Rei vendicatione queritur theſaurus.*

52 *Sed ab herede coheredi quaritur familiæ herciſcundæ iudicio.*

53 *Partem debitam fiſco inuentor ſi non deferat in triplo condemnandus.*

53 *Inueniens in fundo alieno dedita opera, theſaurum non acquirit & punitur pœna extraordinaria.*

54 *Si querit & non inuenit non committit pœnam.*

55 *Si querit inuito Domino tenetur actione iniuriarum.*

VNiuerſæ monetæ ac pecuniæ vna pars eſt in vſu & notitia hominum, altera eſt hominibus omnino ignota. Quæ cunctis innoteſcit, Pecuniæ nomen retinuit, quæ latet omnibus eſt dicta Theſaurus; Ritè igitur, ac rectè poſt monetam de Theſauris titulus ſuccedit, In quo.

Primo quæro. Vnde dicatur theſaurus? Reſpondet Iſid. Ethym. lib. 16, cap. 17. theſaurum dictum iuxta græcam proprietatem....a poſitione hoc eſt a repoſito, Theſis enim poſitio dicitur, & eſt nomen ex græco & latino ſermone compoſitum, videlicet ex græca ditione Theſis, & aurum latina idem ſignificans quod repoſitum aurum.

Secundo quæro. Quid ſit theſaurus? Reſpondeo quod Theſaurus eſt pecunia ab ignotis Dominis vetuſtiori tempore abſcondita cuius depoſitionis non extat memoria

Digitized by Google

moria leg.1. C. de theſau. lib. 10. &
ibi ſic diſſinit Ioan. de Plat. & Ac-
curſ. in §. Theſauros Inſtit. de rer.
2 diu. velut dicit textus in l. nunquã
§. theſauros ff. de acq. rer. dom. eſt
vetus quædam depoſitio pecuniæ,
cuius non extat memoria, vt iam
Dominum non habeat, quam diffi-
nitionem ponit etiam gloſa in d. §.
theſauros, & allegat etiam Ioan. de
Plat. in dict. leg. 1. & ponit etiam di-
ctas diffinitiones Mar. Soz. in Re-
pet. Rubr. de cau. poſſeſ. & propr.
Tract. 1. art. 5. quæſt. 2. princ. verſ.
quinto per inuentionem. Verbum
autem pecunia in diffinitione poſi-
3 tum accipitur largè pro qualibet re
mobili vt patet ex textu in d. l. 1. C.
de theſau. ibi mobilia quærere, &
ibi abditas opes. Sic & alias accipi-
tur in l. 2. §. mutuum ff. ſi cert. pet. l.
2. C. de conſt. pecu. l. talis ſcriptura,
& ibi notatur ff. de leg. 1. ſecundum
Ioan. de Plat. in d. l. 1. & habetur in
l. pecuniæ nomine ff. de verb. ſign.

Tertio quæro. Quot modis acci-
piatur theſaurus? Reſpondeo tripli
4 citer accipi. Primo propriè theſau-
rus eſt cui congruit diffinitio the-
ſauri de qua dixi ſup. q. proxima, &
huiuſmodi theſauri inuentio dici-
tur donum, ſeu beneficiũ Dei vt d. l.
1. & alibi appellatur donũ fortunæ,
vt l. ſi is qui in alieno §. 1. & §. quod
5 ſi ſeruus ff. de acq. rer. dom. Secũdo
impropriè appellatur theſaurus,
quando eius extat memoria, vt ſi ali
quis occultaſſet pecuniã lucri cau-
ſa, metus vel cuſtodiæ ſub terra, hic
.n. nõ eſt theſaurus propriè, & ideo
nihil quæritur inuẽtori, ſed eſt eius
qui abſcõdit, vel eius hæredis, alio-
quin furtũ committitur l. nunquã
§. theſauros ff. de acq. rer. dom. l. the
ſaurus ff. de exhiben. l. item Labeo
ff. fam. herc. not. gl. & Doct. & præ-
fertim Alex. leg. 1. §. Neratius ff. de
acq. poſſ. Tertio accipitur theſaurus
pro quolibet aceruo pecuniẹ, vel di-
uitiarũ, vnde in Euãgelio Matthæi
c. 7. vbi eſt theſaurus tuus ibi & cor
tuum erit, & in leg. 1. C. de comm.
larg. tit. lib. 12. ita not. Ioan. de Plat.
in d. l. 1. C. de theſau. & Soz. in dict.
rubr. in materia theſau. q. 1.

Quarto quæro. Cuius ſit theſau-
rus ante inuentionẽ? Reſpõdeo the
7 ſaurum propriè ſumptum nõ eſſe in
bonis alicuius l. nunquam §. theſau
rus ff. de acq. rer. dom. & no. in d. §.
theſaurus Inſt. de rer. diu. & in d. l.
1. & in l. 1. §. Neratius ff. de acq. poſ.
Sed theſaurus impropriè ſumptus
eſt illius qui abſcondit, & in eius
Dominio permanet.

Quinto quæro. An in ſuo poſſit
quis quẹrere theſaurũ, & ſibi acqui
8 ratur? Reſpõdeo quod poteſt, & ſibi
acquirit etiam ſi illum data ad hoc
opera inuenerit, dũmodo licita arte
inuenerit, & nõ interdicta, vt eſt ma
gica ars, quæ eſt reprobata l. 1. & per
totũ C. de malef. & mathem. & in c.
1. extra de ſortileg. Eſt enim theſau
ri inuentio donum Dei d. l. 1. C. de
theſau. quod ſordidis artib. macu-
lari non debet vt no. Bar. & Ioan. de
9 Plat. in d. l. 1. Et huiuſmodi theſau-
ri Dominiũ fundi Dominus inuẽtor
iure gentium ſibi acquirit; ſiue data
ad hoc opera inuenerit, vt dixi, quia
fortè audiuit ibi eſſe theſaurum, &
propterea ſtudioſè fodit, ſiue caſu
fortuito inuenerit, ut quia agricul-
turæ cauſa fodiebat & illum inue-
nit, vt not. in d. l. 1. & in d. §. theſau-
rus Inſt. de rer. diuiſ. & ibi per Ang.
Aret. & Bart. & Ioa. de Plat. in d. l. 1.
& per Pract. Pap. in libell. pro actio.
reali in gloſa iure Dominij, & per
Petr. de Vnzola ſuper Natali Ro-
landini & per Maria. Soc. in loco
allegato..... quæſt. 3. & q. 5. verſic.
Tertius caſus, & per Card. Alexan.
in cap. 1. quæ ſint Regal. in vſibus
feud.

Sexto

Sexto quæro. An liceat in alieno
perquirere theſaurum? Reſpondeo
non licere etiam volente Domino
l.1.C.de theſau. & ibi gloſ. quæ di-
10 cit voluntatem Domini nihil ope-
rari, vt alius ſibi quærat ſuo nomi-
ne, & ibi notat Bart.& Ioa. de Plat.
qui dicunt non poſſe aliquem dare
licentiam quærendi theſaurum in
ſuo, Et rationem ibi aſſignat Ioa.de
Plat. quia in prohibitis etiam ſi Do-
minus conſentiat non permittitur:
Vel poteſt eſſe ratio, ne homines
propter hoc derelinquant culturas
rurales, & inuitentur ad malas ar-
tes addiſcendas leg. culpa Cod. de
malef. & math. Et idem quod ſu-
pra dictum, & concludit Maria.
& Sozz. in dict. artic. quæſt.3. di-
cens, quod quærere in alieno data
ad id opera non licet fodiendo, li-
gonizzando, & ſimilia faciendo d.
leg.1. etiam ſi id faceret Domini
voluntate, Si modo nomine pro-
prio velit perquirere: & longe mi-
nus poteſt contra Domini volunta-
tem. Quod ſi faceret actione iniu-
riarum teneretur Domino leg. iniu-
riarum §. ſi quis ff. de iniur. Qui-
nimmo non poſſet hoc impetrare
a Principe d.l.1. in princ.C.de the-
ſaur.li.10.vt dicit Mar a.in d.l.3.q.

Septimo quæro. An liceat Domi-
no in proprio fundo per mercena-
rium quærere theſaurum vel per a-
lium ipſius nomine, & ſibi quæra-
11 tur? Reſpondeo, quod ſic, quia
ſicut Domino liceret, ita eidem li-
cere debet fodere per alium, vt pu-
ta per mercenarium leg. ita autem
§. geſſiſſe ff. de admin. tutor.& leg.
qui ſaxum verſic. plane ff. de donat.
Et totum quæritur Domino fundi
arg. l. qui proprio §. procurator ff.
de procur.& ita tenet Ioan.de Plat.
in d.l.1.C.de theſau. ſic intelligens
gloſ. in d.§.theſauros. Inſtit.de rer.
diu. ubi idem tenet Ang. Aret.& eſt
gloſa in l.ſi is.§.quod ſi ſeruus ff.de
acq.rer.dom. & ita tenet etiam Ma
ria. Sozz. in loco præallegato q.2.&
5.in 3.caſu; quod vtique intelligen-
dum eſt, dummodo non inquirat
per artem reprobatam, ſicuti dictũ
eſt ſupra quæſt.5.

Octauo quæro. Quis dicatur in
ſuo theſaurum inueniſſe? Reſpon-
deo, in hoc varias fuiſſe inter anti-
quos Doctores opiniones; Nam Pla
cent. voluit duntaxat Dominũ pro-
prietarium in ſuo inuenire. Azo. in
ſumma C.de theſaur.lib.10.& Inſt.
de rer. diuiſ. verſ. acquiritur, etiam
tenuit, quod ille intelligitur Domi-
nus qui eſt Dominus directo, vel
12 vtiliter, quam opinionem Azonis
tenet Accurſ. in l.1.C.de theſau.lib.
10.& in §.theſauros Inſt.de rer.diu.
& Bart. & Io.de Plat. in d.l.1.C.de
theſaur. lib.10. & Ang. Aret. in §.
theſauros Inſt. de rer. diu. quia ha-
bẽs vtile Dominium dicitur habe-
re vtilem actionem in rem ad fundũ
petendum l.1. in fine ff. ſi ag. vect.
& ſi habet actionem & vendicatio-
nem; dicitur fundus ſuus l. quintus
ff. de aur. & arg. leg. & l. ſolum §.
meum ff. de rei vend. Eandem opi-
nionem tenet Petr. de Vnzola ſuper
Natalis Rolandini in verbo per in-
uentionem.

Nono quæro. Quid ſi quis præ-
ſcripſit fundũ in quo reperitur the-
ſaurus, cui debeatur dimidia, an Do
mino, an perſcribenti? Ang Aret in
d.§.theſauros Inſt. de rer. diu. dicit,
quod vbi præſcriptio fuit facta ſine
titulo, & ſic per triginta annos, &
Dominus fundi poſſidet, præſcri-
bens illam petere non poſſet, ſicut
non poſſet petere fundum, ſi cade-
ret à poſſeſſione, vt leg. ſi quis emp-
tionis titulo § penult.& fina. Cod.
de præſcr. triginta vel quadr. an-
no. Si vero præſcripſit bona fide, &
cũ titulo, tũc theſaurus pertinet ad
præ-

Digitized by Google

præſcribentem, cum habeat actionem ad fundum, vt ibi not. & notat etiam Ioan. de Plat. in dict. leg. 1. Cod. de theſaur. lib. 10. qui dicit, quod præſcribens qui ſibi acquiſiuit vtile dominium, vt not. in auth. niſi. Cod. de bon. mater. donec poſſidet præfertur Domino directo, & ſi extraneus poſſideret, poſſet Dominus directus vendicare rem tanquam ſuam, & conſequenter theſaurum ibi inuentum dict. leg. ſi quis emptionis: Et ab eo poterit præſcribens habens vtile dominium auocare, quia hæc vtilis actio præſcriptione quæſita, datur etiam contra Dominum, vt not. in d. l. ſi quis emptionis.

Decimo quæro. Quid ſi antequam bonæ fidei poſſeſſor præſcripſerit, verus Dominus contra ipſum agat, & obtineat. An bonæ fidei poſſeſſor reſtituet theſaurum inuen-
14 tum? Dicit Ioan. Fab. in dict. §. theſauros, quod ſic, quia non eſt in fructu l. diuortio §. ſi fundum ff. ſolut. matrim. & ita reſtituet theſaurum inuentum, ſicut partum §. in pecudum Inſt. de rer. diu.

Vndecimo quæro. Quid in pacto adiectionis in diem. An theſaurus inuentus ſit emptoris? Marian. Soz. in dict. verſic. 7. caſus ponit hanc quæſtionem, & exemplum, dicens, Emi prædium tuum cum pacto appoſito, quod ſi alius infra annum meliorem conditionem attulerit, quod illi ſit venditum: Pone ergo, quod poſt factam venditionem infra tempus anni, & antequam alius afferat meliorem conditionem theſaurus ſit repertus, cuius debet eſſe iſte theſaurus, & dicit, quod Petr. de Bellapert. dixit, quod ſi alius non attulit meliorem conditionem, theſaurus erit mei emptoris. Si vero fuit allata, tunc ſecus. Subdit tamen Petr. de Bellapert. quod hic caſus non eſt vſquequaque ſimilis præcedenti, de quo in quæſtione proxima, quia in pacto adiectionis in diem in poteſtate emptoris eſt facere, quod res ab eo non auocetur, quia ipſemet poteſt plus offerre quam ille tertius, qui meliorem attulit conditionem, Secus eſt in creditore, in cuius poteſtate non eſt retinere pignus inuito debitore volente ſatiſfacere infra tempus a lege conceſſum. Sed vt animaduertit Maria. Soz. Petrus non decidit quando tertius afferet meliorem conditionem, cuius debeat eſſe theſaurus repertus. Vnde Maria. Soz. decidendo hanc quæſtionem dicit ſe
15 arbitrari, quod debeat eſſe primi venditoris, ac ſi ſemper poſſediſſet ipſe venditor, tanquam ſuum, ex quo reſolutum eſt ius ipſius emptoris primi.

Duodecimo quæro. Quid ſi plures Domini eiuſdem fundi ex inequalibus partibus ſint, quomodo applicabitur theſaurus? Dicit Ioan. Fab. Inſtit. de rer. diuiſ. §. theſauros
16 dictum theſaurum videri eiſdem applicandum pro æqualibus partibus per leg. ſed iura ff. de op. lib. Sed in contrarium allegat leg. 1. §. fin. Cod. comm. ſeru. man. & Inſtit. de iniur. §. ſi ſeruo communi, vbi ſe remitit; Quo in loco decidendo hanc quæſtionem dicit hanc ſecundam opinionem eſſe veriorem, quod pro ea parte pro qua ſunt Domini, diuiſio, & applicatio fiat.

Decimotertio quæro. Quid ſi in fundo Emphiteotico, vel feudali inueniatur theſaurus, cui quæratur? Reſpondeo quod Emphy-
17 teotæ vel feudatario. Ita tenuit Azzo. in Summa in locis allegatis ſupra quæſt. proxima, & Accurſ. in dict. leg. 1. & in dict. §. theſauros, quia cum habeant vtile Dominium

dicuntur

dicuntur inuenire in ſuo, & quod Emphyteota dicatur dominus eſt tex. in leg. poſſeſſores Cod. de fund. patr. lib. 11. Si ergo emphyteota vel feudatarius per ſe theſaurum inuenerit totus ipſius emphyteotæ vel feudatarij efficitur, ſed ſi ab alio ca-
18 ſu fortuito fuerit inuentus, dimidia erit emphyteotæ vel feudatarij, alia dimidia inuentoris. Si data ad id opera totus erit ipſorum emphyteotæ & feudatarij. Ita concludunt Bartol. & Ioan. de Platea in dict. leg. 1. Cod. de theſaur. & Specul. in Tit. de loca. §. nunc aliqua verſicul. 132. Chriſtof. Port. in dict. §. theſauros Maria. Sozz. in dict. quæſtio. 5. verſicul. quartus caſus ſequendo opinionem gloſæ & Ioan. de Platea reprobata opinione Placent. communiter a Doctor. ex gloſa, vt ipſe dicit Et allegat eandem opinionem tenere Andr. de Iſern. & Iac. Aluar. in capit. 1. quæ ſint Rega. Contrarium reperio conſuluiſſe Nell. de ſancto Gem. in conſ. incip. ex facto propoſito, vbi concludit theſaurum deberi domino directo, & non emphyteotę. Sed non puto recedendum ab opinione præcedenti quam tenet etiam Cardin. Alexand. in dict. cap. 1. quæ ſint regal. in verſicul. quæro, quid in feudatario.

Decimo quarto quæro. Quid ſi dominus directus inueniat theſaurum in fundo emphyteotico; An
19 emphyteota debeat habere dimidiam? Reſpondeo, quod ſic, quia quod dicitur de dominio directo quoad acquiſitionem theſauri, intelligendum eſt plenè, adeo quod habeat directum, & vtile ſimul vt dicit Ioan. de Plat. in dict. leg. Cod. de theſau. & ita tenet Angel. Aret. in §. theſauros Inſtit. de rerum diu. & allegat l. 1. ff. ſi ager. vect. vel emphyt. petat.

Decimo quinto quæro. Quid ſi dominus directus, & emphyteota incurrant, quis præferatur in acquiſitione theſauri? Reſpondeo, quod emphyteota, quia iſta acquiſitio fit reſpectu dominij efficacioris, & dominium vtile eſt efficacius & vtilius, & præfertur directo leg. procurator & leg. in cauſæ vbi gloſ. ff. de procur. & ideo ſi vnus habeat directum tantum, alius vtile tantum,
20 præfertur in acquiſitione theſauri habens vtile. Ita dicit Ioann. de Platea in leg. 1. Cod. de theſau. Et tenet Ang. Aret. in d. §. theſauros.

Decimo ſexto quæro. Quid in vſufructuario, An ſibi quærat theſaurum? Reſpondeo, quod non vt
21 dicit Accurſ. in dict. leg. 1. Cod. de theſau. lib. 10. & in §. theſauros Inſtitut. de rerum diuiſio. & ita tenet Ioan. de Platea in dict. leg. 1. in fine primæ colum. qui dicit, quod is qui lucrari debet fructus rei, non lucrari theſaurum inuentum in re, ſed debetur domino rei, cum non ſit fructus rei. Et ideo vſufructuarius non lucratur ſed reſtituit pro dimidia domino rei, allegat leg. ſi is qui in alieno §. quod ſi ſeruus ff. de acquirend. rerum domin. & idem dicit Marian. Sozz. in dict. repet. rub. de cau. poſſeſſ. & propr. tract. 1. articul. 5. quæſtione 5. verſicul. Quintus caſus, quod reſpectu partis, quæ debetur domino ab inuentore, debetur theſaurus proprietario, & nõ vſufructuario.

Decimo ſeptimo quæro. Quid ſi maritus in fundo dotali inuenerit theſaurum, An ſibi quærat. An vero teneatur reſtituere vxori? Reſpondeo, quod acquirit ſibi dimidiam debitam inuentori. Alia vero dimidia, quæ ratione rei debetur eſt vxo-
22 ris, quam tenetur maritus ipſi reſtituere ſoluto matrimonio. Ita dicit Bartol. in leg. diuortio §. ſi fundum, ff. ſolut. matrimon. & ibi Iaſon. in

vlt.

Digitized by Google

vlt.not.& Ang.Aret. in §.theſauros Inſtitur. de rerum diuiſ. Et ita concordantur gloſ.Cod.de theſau.& in d.§.theſauros. Et idem dicit Ioann. de Platea in dict.leg.1.in fine primę colum. Et ratio, eſt quia acquiſitio theſauri cauſatur, & regulatur à vero dominio non commutabili, non autem a dominio commutabili prout eſt in viro, qui dominus eſt fundi dotalis commutabiliter vt l. doce ancillam Cod. de rei vend. & ideo reſtituet theſaurum ſoluto matrimonio pro dimidia tanquam inuentum in alieno dict.§. ſi fundum. Et idem tenet Maria. Sozz. in dict. quæſtione 5. verſicul. ſextus caſus.

Decimo octauo quæro. Quid ſi quis inuenerit theſaurum in fundo ſibi hipotecato, An ſibi quærat the-
23 ſaurum? Reſpondeo, quod non & ideo reſpectu partis debitæ domino fundi debetur debitori, qui eſt dominus, non ipſi creditori, vt tenet gloſ. in dict.leg.1. Cod. de theſaur. lib.10.& in §.theſauros Inſtitut. de rerum diuiſ.& Ioann.de Platea in dict.leg.1. in princip. in 2. columm. Maria. Sozzin. in dict. quæſtione 5. verſicu.7.caſus Angel.Aret.in dict. §. theſauros,& Cardin.Alexand. in dict.cap.1. Quæ ſint regal.in vſibus feud. Et aduertendum eſt vt dicit Maria.Sozz.in d.7.caſu,quia ſi creditor prędium pignoratum iure dominij impetrauerit, & poſt impetrationem ante tranſactum tempus bienni in quo debitor pignus poteſt reducere repertus ſit theſaurus; Si quidem debitor infra tempus reluendi pignoris reluat pignus; ſibi debetur: Sin vero tranſactum ſit tempus, debetur creditori;text. eſt ſingularis in leg. ſi quis in alieno §. final. ff. de acquirend. rerum dom. & tenet Ioann. de Platea in dict. leg. 1. Cod. de theſau. lib. 10.

Decimo nono quæro. Quid ſi antequam bonæ fidei poſſeſſor præſcriptſerit, verus dominus contra ipſum agat,& obtineat, An bonę fidei poſſeſſor reſtituet theſaurum inuentum? Dicit Ioann. Fab. in dict. §.
24 theſauros,quod ſic,quia non eſt in fructu leg. diuortio §. ſi fundum ff. ſolut.matrim. & ita reſtituet theſaurum inuentum ſicut partum §. in pecudum Inſtit.de rer. diu.

Vigeſimo quæro. Quid ſi in domo vendita emptor inueniat pecuniam, An ſit ipſius emptoris, An vero venditoris? Reſpondeo, quod
25 ſi eſt theſaurus propriè ſumptus tunc eſt emptoris: ſi vero ſit pecunia fortè perdita vel per errorem à venditore non ablata, tunc eſt venditoris, quia iſto caſu non dicitur theſaurus leg.a tutore & ibi Bartol. & Bald. ff. de rei vendit. vbi dicit Bald. Nota, quod pecunia, quæ reperitur murata in muro pertinet ad emptorem ſi eſt theſaurus, & dixit Angel.Aret.in §.theſauros Inſtitut.
26 de rerum diuiſ. quod ſi recondis pecuniam in muro, poſtea vendis domum, illa pecunia in domo recondita non eſt emptoris, ſed venditoris,& poſtea vēdentis domum, nec vendita domo cenſetur alienata pecunia, vt eſt caſus ſingularis in dict.leg. a tutore ſecundum Bartol. & Bald. quod dicit notandum, quia illo anno habuit de facto, & idem determinat Maria. Sozzin. in dict. quæſtione 5. verſicul. 12. caſus, dicens, quod ſi vendidiſti mihi domum, in qua poſtea reperio pecuniam abſconditam per te, vel per Patrem tuum, & ſic non eſt propriè theſaurus,quod pertinet ad venditorem dicta pecunia, ſi hoc fecit per errorem, vt dict.leg.tutore; Secus ſi
27 ex certa ſcientia vendidiſſet, & nihil excepiſſet, quia tunc videtur omnia tranſtuliſſe leg.1. Cod. de cond. indeb.

indeb. & leg. campanus ff. de op. lib. & ita tenet Iac. Aluar. & Cardin. Alex. in d.c. 1. quæ ſint Regal.

Vigeſimo primo quæro. Quid ſi poſt vẽditionem reperiatur theſaurus in fundo vendito, An venditor poſſit petere contractum reſcindi, vel precium augeri? Roman. in leg. ſi quis cum aliter ff. de verborũ obligat. dicit, quod venditor non poterit cõtractum reſcindere, quia cum poſt emptionem inuentus ſit theſaurus effectus eſt emptoris leg. à tutore ff de rei vend. debebit tamen precium augeri, prout dicitur in loca-
28 tore enormiter læſo propter magnã quantitatem fructuum præter id, quod conſuetum ſit quæſitorum conductoris al egat gloſ. in l. ſi merces §. vis maior ff. loca. & ita dicit de facto Romæ conſuluiſſe, & obtinuiſſe, vt ibi etiam refert Philippus Lucenſis. Sed contrarium tenent ibi Mod. Peruſini, vt ibi refert preceptor meus Bartol. Sozzin. verſicu. 16. fallit, qui dicunt ad duo animaduertendum eſſe. Primo, quod Roman. male loquitur quatenus sẽtit, quod ſi ante traditionem, & poſt venditionem inueniatur theſaurus in re vendita efficiatur emptoris. Quia ex quo venditor inuenit in ſuo, quia dominium rei nõ erat adhuc tranſlatum in emptorem iuxta not. in leg. traditionibus Cod. de pact. Ideo ſuccedit regula dict. §. theſauros Inſtitut. de rerum diuiſion. quod theſaurus efficitur domini ſoli, & ideo theſaurus dicitur eſſe emptoris inueniẽtis poſt traditionem, quia eſt dominus, & habet ius in re. Facit leg. naue ff. de euict. Secundo quatenus Roman. dicit non poſſe contractum reſcindi, ſed precium augeri, videtur etiam male loqui, quia ex quo omnis deterioratio poſt venditionem contingens in ipſa re ante traditionem ſine culpa venditoris cedit periculo emptoris, & eius damno, nec propterea releuatur in precio vt leg. quod ſi pendẽte ff. de peric. & comm. rei vend. pari ratione, dicendum eſt quod melioratio, & lucrum cedat in commodum emptoris l. ſecundum naturam ff. de regul. iur. hoc autem non eſſet, ſi deberet augeri precium propter ipſum commodum & ideo ſi propter alluuionem fluminis augeatur fundus poſt vẽditionem, totum id cedit commodo emptoris §. ſed ſi poſt Inſtit. de empt. & vend. Nam ſi propter alluuionem decreſceret ſuo incommodo cederet, & ſic ſeruatur æqualitas: facit leg. Iulianus §. idem Celſus ff. de actio. emption. & text. in ſimili in leg. ſi ſocius ff. pro ſoc. Vnde pro Roman. non facit gloſ. in dict. §. vis maior, quia illud procedit, vt ſeruetur æqualitas: nam cum propter modicitatem fructuum extenuetur merces eadem ratione debet augeri propter abundantiam leg. qui domum ff. loca. Et propterea non debet augeri præcium propter theſaurum inuentum, cum nullum damnum poſſit contingere venditori in re ipſa, vel præcio. Quam opinionem, quod non habeatur ratio theſauri poſtea inuenti, quoad remedium l. 2. C. de reſc. vend. tenet Petr. de Anch. vt refert Soz. in loco præallegato in c. cum cauſam de emption. & vend. per id quod habetur in l. in lege, & in l. rutilia ff. de contr. empt. & ſequitur Imo. in d. c. cum cauſam. Et contra Roman. tenet Aret. & Claud. de Seyſello in d. l. ſi quis cum aliter verſ. vnum etiam caſum.

Vigeſimoſecundò quęro, An venditor poſſit excipere theſaurum, ſi vnquam reperiretur? Soluendo, dicas, quod ſic ſecundum And. de Iſern. in dicto capit. prim. Quæ ſint Regal. per leg. 1. §. ſi conuenerit

Digitized by Google

uenerit ff. depoſ. quia iſta exce-
ptuatio theſauri non reddit contra-
ctum inutilem, alias enim ſecus eſ-
ſet, vt in lege ff. de contr. empt. &
ſequitur ibi Aluar. & Cardin. Ale-
xand. & Maria. Sozzin. in dict. quæ-
ſtion. 5. verſ. 12. caſus.

Vigeſimo tertio quæro. Quid ſi
quis vendidit veſtem, in qua conſu-
tam eſſe pecuniam ignorabat: An
cedat pecunia emptori? Dicas, quod
30 non, quia non cenſetur vendita di-
cta pecunia argu. leg. 1. ff. de his quę
in teſt. debent. Ita dicit Maria. Soz-
zin. in dict. verſicul. 12. caſus, & Car
din. Alexand. in dict. capitul. 1. quæ
ſint Regal.

Vigeſimo quarto quæro. Quid ſi
quis inuenerit theſaurum in loco,
qui in nullius bonis ſit, cui acquira-
tur? Reſpondeo, quod eſt totus in-
31 uentoris ſecũdum Cyn. in leg. item
lapilli in addit. & ibi refert, & ſequi
tur Bald. in fine ff. de rerum diuiſio.
quam opinionem approbat Maria.
Sozzin. in dict. quæſtio. verſicul. 12.
caſus, & Cardin. Alexand. in d. c. 1.
quæ ſint Regal.

Vigeſimo quinto quæro. Quid ſi
in quodam nemore inueni ſaccu-
lum pecuniæ, vel anulum præcio-
ſum, & cuius fuerit diligenter per-
quiſiui, nec inuenire potui, nũquid
poſſim mihi retinere? Bald. in leg. 1.
32 circa princ. ff. de rerum diuiſion. di-
cit, quod cum non ſit meum, debeo
conſignare Epiſcopo loci, vt det pau
peribus arg. auth. omnes peregrini
Cod. communia de ſucceſſ. ſequitur
Angel. Aret. in §. nullius Inſtitut. de
rerum diuiſion. Alexand. in leg. rem
quæ nobis in 7. columm. & in leg. in-
terdum §. quod ex naufragio ff. de
acquirend. poſſeſſ. dicens hanc fuiſ-
ſe notam Innocent. in capit. cum tu
extr. de vſur. & idem tenet Cardin.
Alexand. in d. cap. 1. Quæ ſint regal.
verſic. ſed pone.

Vigeſimo ſexto quæro. Quid ſi
flumen prædio meo aurum, vel ar-
gentum adiecerit, An inuentor ha-
33 beat dimidiam? Reſpondeo, quod
non, quia non eſt theſaurus l. nun-
quam §. theſauros ff. de acquirend.
rerum domin. ſed pecunia ab inco-
gnito loco traducta, & prædio meo
adiecto. Ita dicit Bartol. in ſua Tibe-
riade in princ. in gloſ. 1. & Marian.
Sozzin. in dict. articul. 5. 2. quæſtio.
principali verſicul. tertio per allu-
uionem quæſt. 3.

Vigeſimo ſeptimo quæro. Quid
ſi quis inuenerit theſaurum in loco
ſacro, vel religioſo, vel in monumē-
to cui acquiratur? In hoc caſu text.
in §. theſauros Inſtitut. de rerum di-
uiſion. videtur velle, quod ortus ac-
34 quiratur inuentori. Et tenet gloſ. in
dict. capitul. ſi quid inueniſti 14.
quæſtio. 4. In contrarium tamen eſt
text. in leg. §. final. ff. de iur. fiſc. vbi
text. vult, quod medietas debeatur
fiſco alia inuentori. Gloſ. ibi po-
nit plures ſolutiones, eandem vi-
detur concludere, quod ſtandum ſit
deciſioni d. §. theſauros, & ibi Bart.
tenet opinionem gloſæ, & fuit opi-
nio Azo. in ſumma Inſtit. de rerum
diuiſion. verſicul. acquiritur etiam
colum. 7. Sed tu aduerte ſecundum
Maria. Sozzin. in dict. quæſtione 5.
verſicul. 11. quod prædicta deciſio
procedebat olim, quando huiuſmo-
di res erant publici iuris, & pertine-
bant ad Imperatorem, vel fiſcum,
& ideo vna medietas debebatur fi-
ſco Cæſaris, alia medietas inuento-
ri: Verum cum hodie talia loca, &
res Eccleſiæ in nullo ſubſint Impe-
ratori, vt in capit. ſolitæ de maior. &
obed. & in Auth. Quom. oport. Epi-
ſcop. in princip. merito medietas
videtur pertinere ad fiſcum Eccle-
ſiæ & non Cæſaris & ita concludit
etiam Ioann. de Platea in dict. leg. 1.
Cod. de theſaur. verſicul. ſed quid
lib. 10.

Digitized by Google

lib. 10. Angel. Aret. relinquit cogitandum in dict. §. theſauros vbi Criſt. Port. dicit dimidiam dare inuentori, alteram prælato Eccleſiæ.

Vigeſimooctauo quæro. Quid ſi reperiatur theſaurus in fundo Eccleſiæ, cui acquiratur? Reſpondeo ſecundum Aluar. in cap. 1. Quæ ſint Regal. quem ibi refert Card. Alex. quod vna dimidia acquiritur inuentori, & altera dimidia, quæ domino
35 fundi debetur, Eccleſiæ acquiritur. Primo, quia Eccleſia habet dominium dictæ rei leg. final. Cod. de ſacr. Eccleſi. Ergo debet Eccleſia habere partem quemadmodum dominus. Secundo, quia non debet eſſe deterioris conditionis Eccleſia, quam priuatus, quia immo melioris, vt in titul. final. in vſibus feud. Tertio, quia pro hac parte videtur ſentire gloſa in §. fere Inſtitut. de rerum diuiſion.

Vigeſimo nono quæro. Quid ſi quis inuenerit theſaurum in fundo, qui ſit de proprio patrimonio Cæſaris, cui acquiratur? Reſpondeo,
36 quod; aut data opera, & totus eſt Cæſaris, aut caſu fortuito, & dimidiam habet Cæſar, alteram inuentor. §. theſauros Inſtitut. de rerum diuiſion. leg. 1. & ibi Bartol. & Ioann. de Platea Cod. de theſau. lib. 11. Iac. Aluar. in cap. 1. Quæ ſint regal. Pract. Papien. in libello pro actione reali in verbo iure dominij, & Modern. in dict. §. theſauros, notat gloſ. 14. quæſt. 4. capit. ſi quid inueniſti, & Maria. Sozz. in dict. quæſtion. verſicul. 8. caſus. Et eodem modo diſtinguendum eſt, ſi theſaurus reperiatur in locis publicis, fiſci, vel Ciuitatis, in cuius fundo repertus eſt, aut caſu fortuito, & tunc dimidiam habet fiſcus, ſeu ciuitas: alteram habet dimidiam inuentor dict. §. theſauros, & leg. 1. Cod. de theſau. & ita concludit Maria. Soz. in d. quæſt. verſic. 10. caſus, & Card. Alexand. in d. capit. 1. Quæ ſint Regal. & Pract. Papien. in loco prææallegato.

Trigeſimo quæro. In Terra Prati ſubdita populo Florẽtino in quodã Cæmeterio fuit inuenta pecunia de qua fuit controuerſia inter quãplurimas perſonas, quæſitum fuit an dicta pecunia pertineret ad Commune Florentiæ? Et concluſum fuit per Doctores Collegij Florẽtini dictam
37 pecuniam ad Commune Florentiæ non pertinere. Quod verum eſſe oſtenditur a ſufficienti partium enumeratione, Aut enim dicta pecunia eſt theſaurus, & cum fuerit inuenta in loco ſacro, vel publico ad fiſcum non pertinet leg. 3 §. fin. ff. de iur. fiſ. ſed ad alios ſpectat de quo in leg. 1. C. de theſau. libr. 10. & in §. theſauros Inſt. de rerum diuiſ. an autem ſit theſaurus, non expedit decidere, vt infra patebit. Si vero non eſt theſaurus, & tunc, aut eſt habita pro derelicta & hoc conſtat, & fiſco nõ quæritur ff. pro derel. per totum & l. fin. cum ſim. ff. de legibus. Aut non conſtat eam habitam pro derelicto, & tunc aut habet certum dominum, vel ex veris probationibus, vel ex legum præſumptionibus apparẽtem, & ſimiliter non eſt fiſci, ſed vero domino reddi debet non obſtante eo, quod a nemine poſſeſſa fuerit leg. cum quærebatur C. vnde vi. Facit, quod not. Bart. in l. ſi rem aliquam ff. de acqu. poſſeſſ. Aut habet verum dominum in rei veritate, ſed non apparet, quis ſit Dominus. & tunc ſimiliter ad fiſcum nõ pertinet, quia iure cautũ non reperitur, facit quod not. Bart. in l. falſus. §. qui alienum ff. de furt. Aut nullum re vera habet dominum, & ſic poſſunt dici vacantia etiam quoad dominium, Et tunc etiam fiſco non quæritur, non enim ſũnt bona vacãtia de qui-

bus loquitur titul. Cod. de bon. va-
cant.lib. 10.& in leg. 1.§.an bona ff.
de iur.fiſci,quod euidentiſſimè oſtē
ditur, quam loquitur ille titulus
quando conſtat bona habuiſſe do-
minum quem nunc conſtat ea non
habere vt eodem titul.l.vacant. Sed
in propoſito aut non conſtat quis
fuerit dominus, & clarum eſt, quia
ille titulus loquitur,vt dixi,quando
conſtat bona habuiſſe dominum,&
certum; aut conſtat quis fuerit do-
minus, & idem, quia neceſſe eſt,
quod conſtet, quis fuerit dominus
in præſenti, & ſic non vacat pecu-
nia. Ex præmiſſis ergo concluſum
fuit maximè, quia plures appare-
bant,qui ſe dominos aſſerebant,di-
ctam pecuniam ad fiſcum non per-
tinere, nec ab ipſo vendicati poſse.
Ita conſuluit Nellus de Sancto Ge-
miniano in conſil. incipit in cauſa
& quæſtione vertente.

Trigeſimo primo quæro. Cui ac-
quirauit theſaurus in alieno inuen
38 tus? Dicas diſtinguendo,quod, Aut
quis data ad id opera in alieno inue-
nit,& totum quęritur domino illius
prædij, quamuis inuentor non tan-
quam mercenarius, vel ex ipſius
domini mandato huic rei operam
dederit vt dict.leg. 1. C.de theſaur.
Aut inuenit caſu fortuito,vt arando
vel alias alienam terram colēdo vel
quocunque caſu,non ſtudio perſcru
tandi in alieno theſaurum, & tunc
dimidia eſt inuentoris, dimidia eſt
domini in cuius loco inuentus eſt
dict.leg. 1.in fine,& ibi Bartol. &
Ioann. de Platea & §. theſauros vbi
Angel. Aret. Inſtitut. de rerum di-
uiſion.& Maria.Soz.in quæſt.5.ver-
ſicu.8.caſus,& Card. Alex.in cap. 1.
Quæ ſint Regal.in vſib.feud.

Trigeſimo ſecundo quæro. Quid
ſi filiusfamilias inuenerit theſau-
rum: An ſibi, An patri acquirat? Ma
ria.Soz. in præallegato artic. quæſt.
2. dicit, quod acquiritur nobis the-
ſaurus per illos quos in poteſtate
habemus,vt filios,vt leg. ſi is qui in
alieno in princ. ff. de acquirend. re-
rum dom. Et quod ita communiter
gloſ. & Doctores dicunt quod quo-
ad filiū in poteſtate patris patri quæ
ratur. Tamen dicit ipſe ſe arbitrari,
quod iſta concluſio procedat de iu-
re Digeſtorum, quo caſu omnia
quæſita per filium exceptis caſtren-
ſibus, vel quaſi caſtrenſibus acqui-
rebantur patri leg.placet ff.de acqu.
hæred. Sed iure Codicis hoc fortè
non procederet, quia cum talis in-
uētio videatur facere peculium ad-
uentitium, & non profectitium;
39 merito videtur talis theſaurus quę-
ri pro parte,pro qua filio per inuen-
tionem acquiritur, & eſſe quoad
proprietatem ipſius,& quoad vſum
fructum patris ſui,vt C.de bon.quæ
lib.& C.de bon.matern.per totū &
ſubdit hāc eſſe ſingularē & nouiſſi-
mā cōſiderationem, & magni effe-
ctus,quia huiuſmodi inuentor poſt
mortem patris nō teneretur fratri-
bus communicare talem theſaurū
per l.final.C.de collat.

Trigeſimotertio quæro. Quidam
puer in loco publico theſaurum in-
uenit, cuius victricus illum, vendi-
dit Campſori, & Campſor fudit, &
argentum vendidit, An victrico exi
ſtente non ſoluendo poſſit procura-
tor fiſci agere cōtra Campſorem ad
precium redactum ex argento fuſo?
Dominus Thomas Doccius Senen.
in l.ſi eum ſeruum ff.ſi cert. pet. de-
terminat, quod non, quia Campſor
40 fuit ſiue cenſetur fuiſſe in bona fi-
de, & habet illud precium ex cauſa
oneroſa, & ſic non lucratur cum ia-
ctura aliena. Sed victricus benè po-
teſt ad precium conueniri per Pro-
curatorem fiſci,quia habet illud ex
cauſa lucratiua. Et ita dicit pręfatus
Doctor ſe illis temporibus conſul-
uiſſe.

uiſſe. Mouetur ex not. ibi per eum
ex illo textu, quod ita demũ in par-
ticularibus precium ſuccedit loco
rei, ſi ille, qui habet præcium habeat
41 illud ex cauſa lucratiua, ſecus ſi ex
cauſa onoroſa, vt notat. in leg. mater
C. de rei vend. Ex quo limitatur glo
ſa in leg. ff. de diſtr. pign. quæ dicit
precium extractum ex re hipoteca-
ta in ſubſidium eſſe obligatum cre-
ditori, pro qua gloſa allegatur tex-
tus in leg. final. §. licentia C. de iure
deliber. quia illa gloſa verum dicit
quando precium eſt apud credito-
rem ex cauſa lucratina, ſecus ſi ex
cauſa onoroſa, vt eſt de mente illius
gloſæ & Bartol. in dict. leg. 1. & Do-
cto. in d. l. mater. Ita notat Thomas
Doccius in d. l. ſi eum ſeruum.

Trigeſimo quarto quæro. Quid ſi
communis ſeruus theſaurum inue-
42 nerit? Reſpondeo, quod ſi in alieno
prædio inuenit theſauri portio, quæ
inuentori quæritur omnibus domi-
nis pro ea parte pro qua quiſque do
minus eſt acquiritur leg. ſi is qui §. 1.
ff. de acq. rer. dom. Si vero ſeruus cō
munis in fundo vnius ex dominis
theſaurum inuenerit totus acquiri-
tur illo domino in cuius fundus the
ſaurus eſt inuentus, vt d. l. ſi is qui §.
ſi communis ſeruus ſecũdum intel-
lectum gl. qui fuit intellectus Azo.
in ſumma C. de theſaur. lib. 10. in fi-
ne, qui vult, quod ſi duorum ſeruus
in fundo vnius ex dominis theſau-
rum inuenerit totus domini fundi
ſit, & ſic intelligit illam litteram li-
cet ambiguam. Sed ſecundum intel
lectũ Alder. (vt ibi refert gl.) pro ea
parte quę ſeruo quęreretur ſi eſſet li
ber, quæreretur dominis pro ea ſci-
licet parte pro qua quiſque eſt do-
minus ſerui. Et hæc opinio videtur
ſatis rationalis, vt dicit Marian. Soz.
in d. quæſt. 2. Sed Petrus, vt ipſe di-
cit tenet præcedentem opinionem.

Trigeſimo quinto quęro. Quid ſi
aliquis ſit ſeruus, & vnus in eo ha-
beat vſumfructum, alter proprieta-
tem, & ipſe theſaurum inueniat,
43 cui quæratur? Dicit Dominus Ma-
rian. Sozzin. in d. quæſtio. 2. quod ſi
iuſſu vſufructuarij fodiendo in agro
fructuarij theſaurũ inuenerit totus
erit vſufructuarij. Si vero non data
ad id opera theſaurum inuenerit,
pars vna pertinet ad vſufructuariũ,
alia ad proprietarium dict. leg. ſi is,
qui §. quod ſi ſeruus, quæ deciſio eſt
valde ſingularis, vt dicit Mari. Soz.

Trigeſimo ſexto quæro. Quid ſi
canis inuenerit theſaurum, cui ac-
44 quiratur? Reſpondeo, quod domi-
no canis acquiritur portio quæ in-
uentori quæreretur ſecundum Flo-
rian. in l. ſtatuæ ff. de vſufruct.

Trigeſimo ſeptimo quæro. Quid
ſi quis inuenerit theſaurum arte
45 magica, cuius ſit? Reſpondeo to-
tum deberi fiſco leg. 1. Cod. de the-
ſau. lib. 10. & tenet gloſa in d. §. the-
ſauros Inſtit. de rer. diu. Bart. & Ioa.
de Plat. in d. l. 1. ſiue quis in ſuo, ſiue
in alieno inuenerit d. l. 1. & ita dicit
Maria. Soz. in d. q. 5. verſ. ſecundus
caſus, & Cardin. Alex. in dict. cap. 1.
Quę ſint Regal.

Trigeſimo octauo quæro. Quan-
do quis dicatur inueniſſe theſaurũ,
vt per talem inuentionē ſibi acqui-
rat? Gloſ. in l. nunquam §. theſauros
ff. de acqu. rer. dom. & in l. 1. §. 1. ff.
de acq. poſſeſſ. & in l. item lapilli ff.
de rer. diuiſ. & in §. theſauros Inſtit.
eod. titul. dixit, quod primo videnti
quæritur theſaurus. Ex qua opinio-
ne ſequitur, quod ſi ego, & tu tranſi-
mus per aliquē locum, ille qui pri-
mo viderit theſaurum, ipſum lucra-
tus ſit, quãuis non ipſe, ſed alius ap-
præhenderit primo, ſiue occupaue-
rit. Sed gloſ. in d. l. 1. C. de theſaur. lib.
10. ſentit contrarium, quod requira-
tur appręhenſio talis, quod ponatur
ſub cuſtodia inuentoris per leg. 3.

Digitized by Google

46 §. Neratius ff.de acquirend.poſſeſ. Et hanc ſecundam opinionem tenent Cynus Alberic. & Bald. in d. leg. item lapilli ff. de rerum diuiſio. & Cyn. in leg. licet Cod.de acquirend. poſſeſſ. quia inuenire propriè eſt per appræhenſionem leg. ſi barſatorum Cod. de fideiuſſ. Et perditionem inuenerit loquitur leg. 1. Cod. de theſau. & leg. nunquam §. theſaurus ff. de acquirend. rerum domin. & dict.§. theſauros; Et ita tenet Bartol.in leg.1. in 4.quæſtion. ff.de acquirend. poſſeſſ. & Roman. Alexand.& Iaſon.in leg.3.§. Neratius ff.de acquirend. poſſeſſ. & Alexand.in leg.1. column.22. verſicul. Quarta opinio eodem titul. Ioann. Fab. & Angel. Aret.in §. item lapilli Inſtitut. de rerum diuiſion. Ioan. de Platea in dict.leg.1.Cod.de theſaur. column. final. in princip. & Maria. Sozzin.in dict.articul. quæſtione 4. qui dicit, quod licet gloſa in d.leg.1. allegetur in contrarium, tamen dicit contrarium, ſed loquitur alternatiuè;adhæret tamen huic opinioni, quod requiratur appræhenſio,& allegat Iac.de Haren. idē voluiſſe in dict.leg.nunquam §.theſaurus,quam etiam dicit tenere Petrum.

Trigeſimo nono quæro. Quid ſi inuentor dicit theſaurum, aduerſarius vero negat, quis teneatur probare? Pro ſolutione dicas, quod a-
47 genti, & aſſerenti eſſe theſaurum incumbit probatio, qui tenetur probare, quod illius pecuniæ ſic reconditæ communi opinione, viſu, vel auditu cuius non extat memoria,vt leg. ſi arbiter ff.de prob. cum ibi not.per glo. & per Bartol.in leg. 2.§.item labeo ff.de aqua pluu. arc. & eſt bona gloſa in cap.1. de præſcr. libr.6. quo probato, niſi probet aduerſarius ſe vel ſuos abſcondiſſe, quod eſt cauſa ſuæ defenſionis præſumitur theſaurus leg.ſi quidem C. de except. Facit,quod notat per gl. & Bartol. in leg. ſi quis ex argentarijs.§.final.ff.de eden.Ita concludit Ioan.de Platea in dict.leg.1. column. final. verſicul. quæro aliquis C. de theſaur. lib.10. quem ſequitur Maria. Soz. in loco ſupra allegato quęſtione 8. Idem tenet Ioann. Fab. & Angel.Aret.in dict.§. theſauros Inſtitut. de rerum diuiſion. & adde quæ dicam infra quæſtione ſeq.

Quadrageſimo quæro. Quid è contra ſi dominus fundi dicat illam pecuniam inuentam fuiſſe abſconditam a maioribus ſuis, inuentor vero dicat eſſe theſaurum, quis debeat probare? Maria. Sozz. in dict. quæſtione 8. dicit, Doctores non tangere hanc quæſtionem, quando dominus dicit, pecuniam fuiſſe abſconditam ad hoc vt habeat totum, & inuētor negat, dicit tamen, quod argumento præcedentis deciſionis, de qua in præcedenti quæſtione, di-
48 cendum eſt, † quod actor debeat probare,cum ſit fundamentum intentionis ſuæ per leg.actor.Cod. de probat. canonizzatam 6. quæſtione vltim.cap.actor,& leg.ei qui ff. de probat.4.quæſtione 3. capit. ei qui. Subdit Maria.ſe arbitrari circa prędicta animaduertendum ad qualitatem pecunię, videlicet, vtrum ſit antiqua, an vero ſit noua, vel etiam ſi antiquæ ſit admixta noua, quæ à 10.vel 20.vel 30. vel 40. annis citra fuerit formata, quia de neceſſitate concluderetur, non eſſe propriè the-
49 ſaurum. Secus ſi ibi eſſet pecunia ſola, quæ fuiſſet formata tam antiquo tempore, cuius nō extaret memoria: Et ita alias ego conſului, quod quædam pecunia, quæ fuit in quadam domo repetta in Oppido Sancti Miniati non diceretur theſaurus, quia inter ipſam erant quidam floreni aurei cum imagine, & ſub-

ſubſcriptione Domini Ioannis de Bentiuolijs de Bononia formati ab annis quadraginta citra, licet tunc non vidiſſem Soz. in d. loco.

Quadrageſimo primo quæro. Quia ſi reperiatur pecunia in prædio Titij, quæ non probatur, quod ſit theſaurus, cui acquiratur? Marian. Sozzin. in dict. articul. quinto quæſtione 8. dicit, Tu forte diceres quod acquiratur domino prædij, quia ex quo in ſuo reperitur abſcondita præſumi debet ſua, cum etiam ipſum prędium poſſideat, & ex poſſeſſione quandoque, quis pręſumatur dominus per not. in leg. ob maritorum Cod. ne vx. pro mar. & ibi gloſ. & in leg. 1. ff. fam. hærc. & quod habetur in cap. cum ad ſedem de reſtitu. ſpoliat. & per Anton. in cap. cum venerabilis de except. & per Bartol. in leg. quidam in ſuo ff. de cond. inſt. & per Bald. in leg. præſes. capit. ad leg. Iul. de plagia. Sed in contrarium inducet textum in leg. 3. §. Neratius ff. de acquirend. poſſeſſ. vbi Paulus ſequens opinionem Sabini concludit poſſidentẽ agrum nõ poſſidere theſaurum, quem neſcit eſſe ſub cuſtodia ſua, poſito, quod fundum poſſediſſet per 30. annos, vel 40. non tamen videtur vſu cepiſſe, nam vt ibi dicit, Iureconſultus; aut iſte neſcit theſaurum, & illum non poſſidet, quamuis fundum poſſideat; aut ſcit & non poteſt longa poſſeſſione vſucapere, cum ſciat alienum, Et quod ſentit a contrario ſenſu, dum dicit de longa poſſeſſione quaſi ſentiat ſecus de lõgiſſima,
50 procedit de iure ciuili, † quo iure in poſſeſſione longiſſimi temporis non requiritur bona fides, vt l. cum notiſſim. Cod. de præſcr. 30. vel 40. annorum, & 16. quæſtione 3. capit. poteſt. Sed iure canonico ſecus eſt, vt in cap. final. de præſcript. & in reg. poſſeſſor de reg. iur. lib. 6. Vnde dicit Maria. Sozzin. ſibi videri concludendum in prædicta quæſtione, quod talis pecunia per Epiſcopum, aut per ipſam inuentorem diſpenſanda ſit ſecundum varias opiniones, vt dicitur de inuentione lapillorum, & dicetur infra.

Quadrageſimo ſecundo quæro. Qua actione petatur theſaurus? Soluendo, dicas quod rei vendicatione, quia cum primum theſaurus eſt inuentus, quęritur domino fundi, vt leg. non intelligitur §. final. ff. de iur. fiſc. vbi textus loquitur per verbum vendicaretur; & ſentit gloſa in dict. leg. 1. Cod. de theſau. & ita tenet ibi Ioann. de Platea in 2. column. in fine, & Maria. Sozzin. in dict. articul. quęſtione 7. Sed aduerte ſecundum Marian. Sozzin. in dict. quęſtione, quia textus in dict. §. final. loquitur de parte debita
51 fiſco, † quia circa acquiſitionem dominij, maius habet priuilegium fiſcus, quam priuatus, vt leg. final. Cod. de ſacr. Eccleſ. Et ideo dicit, quod forte melior eſt alia opinio poſita in gloſa in dict. leg. 1. Cod. de theſaur. quod agatur conditione, ex illa lege, & dict. §. theſauros Inſtitut. de rerum diuiſion. & prędicta leg. nunquam §. theſaurus ff. de acquirend. rerum domin.

Quadrageſimo tertio quęro. Qua actione agat vnus ex cohęredibus contra cohęredem pro theſauro inuento? Dicas, quod poteſt agere familię hęrciſcundę iudicio leg. item labeo ff. fam. hęrc. Ita dicit Marian. Sozzin. in dict. repet. Rubric. de cau. poſſeſſ. & propr. Tractat. 1. articul. 5. quæſtione 1. in fine.

Quadrageſimo quarto quęro. Quid debeat facere inuentor theſauri? Dicas ſecundum Marian. Sozzin. in dict. articul. quęſtione 6.

quod ſi inuenerit in ſuo ſuus eſt, nec
tenetur alicui deferre, vt l. non intel-
ligitur §. fin. ff. de iur. fiſc. nec à Prin-
cipe impetrare, quia fruſtra pręcibus
imploratur, quod iure cõmuni con-
ceditur d. l. 1. C. de theſau. ſi verò re-
perit in alieno, ſi quidem reperit in
52 fundo Cęſaris, aut fiſci, religioſo, vel
ſacro tenetur deferre, & ſi partem
debitam fiſco ſumpſerit triplam the
ſauri ſoluere cogitur, vt d. l. non in-
telligitur §. fin. & ſic tenetur in tri-
plum computato ſimplo, vt ibi dici-
tur in glo. & not. Ioa. de Plat. in d. l.
1. C. de theſaur. lib. 10.

Quadrageſimoquinto quęro. Quid
de inueniente theſaurum in alieno
data opera? Reſpondeo, quod præ-
53 terquam quod totus theſaurus do-
mino fundi acquiritur, & ſibi debet
dari, ut l. 1. C. de theſau. lib. 10. pu-
nitur pęna extraordinaria, vt ibi no.
glo. & ſic arbitraria, cum à lege non
ſit expreſſa l. ſacrilegij ff. ad l. Iul. pe-
cu. & dicit Ioa. de Plat. in d. l. 1. in
fine.

Quadrageſimoſexto quæro. An
ſola perquiſitio theſauri ſine inuen-
tione in alieno operetur incurſionẽ
pęnæ? Reſpondeo, quod non, quia
duo requiruntur vt habeat locum
54 pęna dict. legis, perquiſitio ſcilicet,
& inuentio, & non ſufficit perquiſi-
tio niſi inueniat. Ita not. Ioa. de Plat.
in d. l. 1. ex tex. ibi ſcrutatus inuene-
rit, quod hæc duo requirantur, vt
55 habeat locum pæna d. l. † Si tamèn
contra voluntatem domini ingrede-
retur ad inquirendum, tenetur iniu-
riarum l. iniuriarum §. ſi quis me
prohibente ff. de iniur. Et ſi theſau-
rum inuenit, quamuis eſſet in bonis
nullius, non tamẽ fiet ſuum, ſed de-
bet domino reſtituere, & hoc ideo
quia appræhenſio eſt interdicta, vt
d. l. 1. Secus ſi eſſet res, quę in nullius
bonis ſit, cuius appręhẽſio nó eſt in-
terdicta, vt apri, & volucrum, quas ſi
quis ingreſſus agrũ alienũ cótra pro-
hibitionem domini capiat, nihilomi
nus ſuum facit, quod capit, licet do-
mino teneatur iniuriarum per l. di-
uus ff. de ſeru. ruſt. præd. licet gloſa
notet contra & malè in §. feræ, Inſt.
de rer. diu. Ita dicit Ioa. de Plat. in d.
l. 1. C. de theſau. in fine, & not. Barr.
Veron. de ſeru. ruſt. præd. in tit. de
Aucupatione in princ. & per Chriſt.
Port. in d. §. feræ, & ibi per alios ſcri-
bentes notatur.

DE

Digitized by Google

DE REBVS AVREIS, ET ARGENTEIS.

Titulus Vndecimus.

SVMMARIA.

1 *VAs alieno auro vel alio metallo ad priorem formam reducibili confectum, pertinet ad dominum materiæ.*

2 *Sed ſi fuit vas ſacrum non debetur niſi æſtimatio.*

3 *Vas conflatum ex communi materia ad communiter dominos materiæ promiſcuè pertinet.*

4 *Si materia ſeparari poteſt quilibet remanet dominus ſuæ materiæ.*

5 *Miſtio eſt ea quæ ſeparari poteſt, quę non poteſt dicitur confuſio.*

6 *Ad diuiſionem voluntariæ confuſionis agitur communi diuidundo.*

7 *Ferruminatio eſt cum vna materia eidem cum eadem adiungitur veluti aurum auro, Si quid eſt diuerſum eſt applumbatio.*

8 *In confuſione materię agitur ad pondus cuilibet competens poſtea liquidandum.*

9 *Etiam libellus incertus admittitur vbi culpa rei vel caſu eſt incertitudo.*

10 *In metallis ſeparabilibus aget quis rei vendic tione.*

11 *Si dolo malo confuſa ſint agitur actione furti vel ad exhibendum.*

12 *Qualitas melior ſi aliundè probari non poſſit, per iuramentum probatur præmiſſa taxatione iudicis.*

13 *Super incerta quantitate petita procedet iudicium, & ſententia, dummodo in executione ſententiæ liquidetur.*

14 *Duabus maſſis duorum admixtis vterque pro ſua portione eſt dominus.*

15 *Et poteſt quilibet agere pro ſua portione communi diuidundo.*

16 *Si vero à tertio facta ſit admiſtio, remanet maſſa ſuis dominis, & tertio datur actio in factum.*

17 *Adiecta maſſa alterius ſpeciei ſu acquiritur domino ſpeciei ſoluta æſtimatione maſſæ domino.*

18 *Adiecta ſpeciei alienę per ferruminationem acquiritur ſimiliter domino ſpeciei.*

19 *Per applũbationem poteſt dominus maſſę agere ad ſeparationem.*

20 *Specie vnius ſpeciei alterius bona fide adiecta minor cedit maiori vt pes vel brachium ſtatuę.*

21 *In tali paritate minus pręcioſa pręcioſiori.*

22 *Et in hac etiam paritate ſi ſint ſeparabiles quilibet ſuę portionis remanet dominus.*

23 *Si ſint inſeparabiles fit communis.*

24 *Contra eum qui remanet dominus poteſt alter agere actione in factum ad æſtimationem.*

25 *Speciebus illis ſeparatis, quæ ceſſit alteri non redit ad priorem dominum.*

26 *Tigni*

Digitized by Google

26 *Tigni trabes & materia vnius domini, in alterius ędificio poſitę diruto ędificio redeunt ad priorem dominum.*

27 *Si mala fide coniunctio facta ſit prior dominus ius non amittit.*

28 *Et contra alium agere poteſt actione furti.*

29 *Species alteri ſpeciei adiecta per ferruminationem acquiritur vt ſupra.*

30 *Si à tertio ferruminatio facta ſit bona fide, dominus minoris aget contra illum actione in factum ad ęſtimationem.*

31 *Si mala fide aget utili condictione furtiua, vel actione furti vel actione legis Aquilię vel officium iudicis intentando.*

32 *Caput vnius ſtatuę alterius adiunctum fit domini ſtatuę.*

33 *Ita & pes vel manus per ferruminationem adiuncta.*

34 *Sed adiuncta per applumbationem remanet ſui domini.*

35 *Et poteſt agere ad exhibendum vt ſeparetur.*

36 *Species vnius ſpeciei alterius adiecta vt lecto fulcimen, tabula naui, gemma auro, tota illius eſt cuius antea fuerat.*

37 *Identitas vaſis ſimplicis probatur per ſimplicem aſpectum teſtis, ſi ſit varie compoſitum per ſigna valida.*

38 *Vaſe argenteo ad pondus empto ſi vilius metallum adiunctum ſit, vnum ab altero diſtinctum debet ponderari.*

39 *Calicem fieri iuſſus, argenteus ſaltem eſſe debet.*

40 *Calices conſecrati nec vendi poſſunt nec oppignerari.*

41 *Vaſa argentea nō comprehenduntur in legato ſupellectilium niſi eſſent in vſu cotidiano teſtatoris.*

42 *Vaſibus omnibus promiſſis veniunt etiam argentea niſi præſumptiones variæ ſint in contrarium.*

43 *Literæ aureæ ſcriptę in membranis cedunt membranis.*

NVnc de alijs rebus, quę fiũt ex auro, argento vel ære, vt sũt ſtatuę, ſciphi, vaſa, & alia his ſimilia. In quibus. Primo quæro. Quid ſi quis ex alieno auro vel argento, uel ære vas
1 conflauerit, an efficiatur dominus vaſis? Reſpondeo, quod non, quia vas ex alieno auro, argento, vel ęre factum reduci poteſt ad rudem materiam, & in maſſam poteſt argentum & æs reduci l. adeo. §. cum quis ex aliena ff. de acq. rer. dom. & §. cũ quis ex aliena Inſtit. de rer. diuiſ. & not. Azo. in ſumma. C. de met. & met. lib. 11. verſ. Item cum ſint, dicens, quod cum ſint liquidæ materiæ, & ad ſua initia redire poſſint, quacunque fide fuerint ſpecificata dominium non mutatur, & not. Ang. Aret. in dict. §. cum ex aliena, vbi dicit, quod quando res ſpecificata poteſt reduci aliquo modo ad priſtinam materiam, remanet domini antiqui, & idem dixit Maria. Soz. in Rubr. de cau. poſſ. & propr. art. 5. verſ. 11. per ſpecificationem, vbi dicit, quod ſi ſpecies ſit reducibilis ad primam materiam veluti ſi ex auro, vel argento vel ære tuo aliquo fecero uaſa, tunc qui prius erat materiæ dominus, remanet ipſius dominus. Vas enim conflatum ad primam materiam auri vel argenti, ſeu æris reduci poteſt, vt dict. §. cum quis ex aliena, & Soz. dicit ibi verſ. Tertio requiritur, & ibi ponit quinque neceſſaria, vt per ſpecificationem quis efficiatur dominus: Et aſſignatur duplex ratio. Prima, quia ſine illa materia impoſſibile fuerat rem ſpecificari, & ita vult opinio Sabini, vt dict. §. cum quis, & ibi per

Ang.

Digitized by Google

Ang. Aret. Secunda aſſignatur ibi
per Port. quia licet hæc ſpecies,
quoad formam diceretur in nullius
bonis eſſe, tamen materia erat in
bonis alicuius, quæ cum adhuc du-
ret, dicitur illius cuius erat ante
leg. quæſitum §. illud fortaſſis ff. de
leg. 3. Sed in vno caſu deſinit eſſe
2 domini materia, quando ex auro,
vel argento meo fieret calix, vel
aliud vas ſacrum, quia non poſ-
ſum petere argentum vel aurum,
ſed æſtimationem capit. fina. 35.
quæſt. 6. vt dicit Ludou. Roman. in
ſing. 385. incip. de auro res.

Secundo quæro. Quid ſi duo con
cordes ex auro, vel argento, vel
ære communi aliquod vas confece-
3 rint. An erit commune? Reſpódeo,
quod ſi duorum dominorum mate
riæ ex ipſorum voluntate ſint con-
fuſæ, illud totum fit vtrique cómu-
ne, vt ſi maſſas auri, vel argenti con-
flauerint etiamſi ex diuerſis mate-
rijs facta ſit confuſio, vt ſi ex auro,
& argento aliquod vas, quod ex ra-
tione prædicta commune efficitur,
vt Inſt. de rer. diu. §. ſi duorum, & l.
adeo. §. voluntas ff. de acq. rer. dom.
& in l. Pomponius ſcribit ſi frumé-
tum in princ. verſ. Quod ſi volunta-
te ff. de rei vend. Et aduerte quia
ideo dixi uoluntate dominorum,
quia ſecus, ſi ſine uoluntate facta
eſſet ſpecificatio eorum quæ confu-
ſa ſunt, quia tunc tenendum eſſet,
quod dictum eſt in quæſtione præ-
cedenti: Et quod dixi de volunta-
te, idem dicendum eſt ſi caſu for-
tuito confuſæ eſſent ad inuicem di-
uerſæ materiæ, vel eiuſdem gene-
ris, vt dict. §. voluntas & d. §. ſi duo-
rum; Quod tamen intelligendum
eſt, ſi modo tales materiæ ſeparari
non poſſint; ſecus ſi poſſint ſepara-
ri, quia tunc remanet cuilibet ma-
teria ſua, vt ibi traditur, & in leg. la-
cus §. final. ff. de acq. rer. dom. & in
dict. leg. Pomponius ſcribit ſi fru-
mentum §. item ſi plumbum. Ita
concludit Marian. Soz. in allegato
artic. verſic. 12. per confuſionem,
Et dicuntur cófundi materiæ quã-
do vna ab alia ſeparari non poteſt,
5 vt verbum ſonat & in hoc differt a
commixtione, quia cómixtio pro-
priè dicitur fieri, quando corpora
poſſunt ſeparari, vt in grege, & ar-
mento; licet quandoque per com-
mixtionem talis inducatur confu-
ſio, vt difficilis, ſeu impoſſibilis ſit
ſeparatio, vt in iuribus prę allegatis.
Ita dicit Maria. Soz. in d. art. verſic.
12. &c.

Tertio quæro. Qua actione agant
quando unanimi uoluntate fuit fa-
cta confuſio? Dicit Maria. Soz. in
d. uerſ. 12. prææallegato quod agi po-
6 teſt communi diuidundo, quia per
talem communionem amborũ uo-
luntate factam, quædam intelligi-
tur eſſe contracta ſocietas, per quã
lex fingit hinc inde factam traditio-
nem ut l. 2. ff. pro ſoc. Et poteſt etiã
agi rei uendicatione.

Quarto quæro. Quid ſit ferru-
minatio; quid applumbatio? Re-
ſpódeo, quod ferruminatio ſit quã-
do eadem materia eidem materiæ
cum eadẽ materia coniungitur, ue-
luti aurum auro cum auro, argentũ
7 argento cum argento. Sed ſi horum
aliquid ſit diuerſum non dicitur fer
ruminatio, ſed applumbatio l. in rẽ
§. item quęritur, & §. item quęcun-
que ubi tex. & gloſa ff. de rei uend.
Et ferruminatio facit confuſionem
materiarum, applumbatio uero nó
facit l. item. Ita dicit Maria. Soz. in
d. art. uerſ. circa tertium membrũ,
& idem prius dixerat Azo. in Sum-
ma Inſt. de rer. diu. uerſ. hæc de ac-
ceſſione, quem non allegat. Sed ad-
uerte dicit Maria. Soz. quia in con-
trarium facit l. lacus. §. fin. ff. de acq.
rer. dom. ubi etiam ea quæ ſunt di-
uerſæ

Digitized by Google

uerſæ materiæ, vtæs & argentum dñr facere cõfuſionẽ. Solutio. potes dicere quod ille tex. loquitur quando diuerſæ materiæ ad inuicem cõmiſcentur, ſeu confunduntur: nos loquimur quando adiunguntur.

Quinto quæro. Quando eſt facta confuſio metalli inſeparabilis; ad quid aget quilibet ex dominis? Reſpondeo, quod quilibet aget pro rata ponderis, quod habet in maſſa, habita ratione præcioſioris metalli,
8 licet tempore actionis ſit incertum, dummodo poſtea in proceſſu de pondere ſpecificetur l. Marcellus. §. Pomponius cum l. ſeq. ff. de rei vẽd. & not. Ang. Aret. in §. ſi duorum Inſtit. de rer. diuiſ. Ex quo notat in practica Ang. ibi, quod quoties quis eſt incertus quam partem petat facto
9 aduerſarij, vel caſu quod admittitur libellus incertus, dummodo poſtea in proceſſu qualificetur ſecundum Ioan. de Plat. tex. & ibi Bart. in l. 1. §. 1. ff. quor. legat. c. conſtitutus, & ibi Innoc. extr. de in int. reſt.

Sexto quæro. Quid ſi ſunt metalla ſeparabilia, vt plumbum, & argẽtum. Ad quid, & qua actione agãt? Reſpondeo, quod quando vnum ab alio eſt ſeparabile, vt plumbum, &
10 argentum, tunc vnuſquiſque vendicabit ſuum; aut non poteſt ſeparari, & ſeparatio difficilis eſt, & tũc pro parte incerta vendicabuntur poſtea tamen certificanda, vt l. Pomponius. §. ſed ſi plumbum ff. de rei vend. & ibi gloſa, & Bart. & gloſ. in d. §. ſi duorum Inſt. de rer diu. Et dixi ſupra in q. præcedenti.

Septimo quæro. Quid ſi aliquis dolo malo huiuſmodi materias con
11 fuſerit, qua actione teneatur? Reſpondeo, eum teneri actione furti, & actione ad exhibendum, qui dolo malo confundendum curauit, vt ratio præcij habeatur; & etiam rei vendicatione, eo quod dolo malo videtur deſijſſe poſſidere, ita tamen quod amplius habeat qui agit tali actione, quãto prçcioſior fuerit materia ſua l. Marcellus. §. Põponius, & ibi Bar. ff. de rei vẽd. & l. quo quidem caſu eod. tit. Ita concludit Maria. Sozz. in d. verſ. 12. per confuſionem, verſ. ſed ſi aliquis.

Octauo quæro. Qualiter ille qui dicit ſuũ argentũ eſſe prçcioſius poſſit illud probare? Dom. Maria. Soz. in loco prçalleg. verſ. ſed aduerte, dicit, quod ex tẽpore inſurrexit illa noua hęc dubitatio qualiter iſte cuius materia ab alio, cũ alterius materia cõfuſa eſt, poſſit probare, quãto ſua materia fuerit prçcioſior: circa q̃d dicendũ arbitratur, quod ſi habet teſtes qualis, & quanta eſſet ſua materia, deponẽtes, res eſſet clara. Sed ſi de hoc teſtes nõ haberet, ſed haberet teſtes, qualiter mateeia ſua fuerit cum alia confuſa; ſi quidem ille, qui confudit, fateretur quantitatem, & qualitatem materiæ, & actor vellet ſtare ſuæ cõfeſſioni, etiã ſic res eſſet expedita; ſed ſi actor illius cõfeſſioni ſtare nollet arbitratur, quod facere poſſet probationem per iuramentũ
12 ſuum præmiſſa taxatione per iudicem arg. tex. not. & quæ ibi dicuntur in c. fina. extra quod met. cau. & l. ſi quando C. vnde vi.

Nono quæro. An procedat iudicium non liquidata quãtitate argẽti quam ille dicit ſe habere in maſſa? Dicit Ang. Aret. in d. §. ſi duorum
13 in fine Inſt. de rer. diuiſ. ſe credere, quod procedat iudiciũ, licet per proceſſum primæ cauſæ non ſit liquidata quantitas, & quod feretur ſententia; Reſtituas illam quantitatem argenti, quam Titius habet in illa maſſa conflata per te dummodo poſtea in executione fiat declaratio quantitatis, & partis, vt l. 1. §. ſi quis argentum ff. depoſ. & ibi gloſa Barr. & Doct. & l. 1. & ibi Bart. & Doct.

C. de

Digitized by Google

Cod. de ſent. quæ ſine cert. quant. & l. 1. in fine ff. de leg. 3.

Decimo quarto. Quando materia infecta adiungitur infectæ, & maſſa maſſæ, An dominium tranſeat in alterum? Reſpondeo, quod tunc qui-
14 libet ſuæ partis dominus remanet, vt l. quicquid. 1. reſpon. ff. de acquiren. rerum dom. nec diſtinguitur an partes ſint æquales, vel inæquales, & an poſſit, vel non poſſit ſeparari, quia neutrum alteri cedit, fit tamen communis, ſi ſeparari non poteſt, vt d. l. quicquid 1. reſpon. & l. qui gregem §. fin. ff. de rei vend. tenet gloſa in l. qui rem §. ſi quis ff. de rei vend. vbi etiam gloſa dicit non diſtingui an bona, vel mala fide adiectum ne ſit: facit leg. lacus. §. fin. & leg. adeo §. voluntas ff. de acquirend. rerum dom. Ita concludit Maria. Sozz. in d. articul. verſic. 14. per adiunctionem verſic. circa primum, quod arbitratur procedere etiam ſi per applumbationē, vel ferruminationem maſſa maſſæ coniuncta ſit arg. d. l. quicquid 1. reſpon. niſi forte voluntate vtriuſque domini prędictę maſſæ per ferruminationem coniunctæ ſint, vt ibi dicit gloſa, quo caſu arbitratur, quod detur actio communi
15 diuidundo per quæ dixit in verſ. 12. Et hæc procedunt quando maſſa vnius domini maſſæ alterius adiuncta eſt: Sed ſi vtraque maſſa eſſet eiuſdem domini & materia applum-
16 bationis, vel ferruminationis eſſet alterius arbitratur Sozz. dicendum quod totum corpus fiat illius cuius ſunt ambæ maſſæ, & etiam fiat ſua materia applumbationis, & ferruminationis. Ita dicit intelligi poſſe dict. leg. quicquid 2. reſpon. ff. de acquirend. rerum domin. licet gloſa ibi aliter ſentiat; Dicit tamen quod dominus materiæ applumbationis, ſeu ferruminationis agere poſſit actione in factum ad illius ęſtimationem per ea quę dicit ibi in quarto membro.

Vndecimo quæro. Quando materia argenti infecti adiungitur ſpeciei, vt vaſi argēteo, An dominium transferatur? Dominus Marian. Sozzin. in dict. verſicul. per adiunctionem verſicul. circa ſecundum; diſtinguendum dicit, quod aut ſit in aliena ſpecie cum tua materia, &
17 hoc caſu ſiue bona ſiue mala fide adiungat, ſpecies illa remanet prioris domini, nec fit communio, dummodo poſſit ſeparari leg. quicquid 1. reſpon. ff. de acquirend. rerum domin. & tenet gloſ. in leg. in rem in verbo adiecerit ff. de rei vend. Aut
18 tuæ ſpeciei cum materia aliena, ſi per ferruminationem id feceris, totum fit tuum; Sed ſi applumbaueris bona fide, qui prior erat dominus ad exhibendum agere poteſt, vt ſcilicet inde ſeparetur, & vendicetur, ex quo inde ſeparari poteſt. Si ma-
19 la fide agi contra te poteſt rei vendicatione. Ita concludit præfatus Doctor, & ſunt dicta Azor. in ſumma Inſtitut. de rerum diuiſion. verſicul. hac de acceſſione, & gloſ. in dict. leg. in rem licet Azor. non alleget.

Duodecimo quæro. Quid ſi ſtatuæ argenteæ brachium alienum adiunxeris, vel aliud, An tuum fiat? Diſtingue ſecundum Azor. in ſumma Inſtitut. de rerum diuiſion. in allegato verſicul. & gloſ. in leg. in rem allegata ſupra, & Dominum Marian. Sozzin. in loco allegato verſicul. circa tertium membrum de ferruminatione, Quod quando materia formata
20 adiungitur formatæ ſeu ſpecies ſpeciei per ferruminationem, quod hoc caſu minor pars, ſeu ſpecies cedit maiori, ita vt ſi tuæ ſtatuæ manum, vel pedem adiunxeris, tibi cedit. Minor enim

pars

pars per vnitatem maioris conſu-
mitur, vt l. in rem. §. item quæcun-
que ff. de rei vend. Vnde ſequitur,
quod ille qui maioris partis eſt Do-
minus per conſumptionem alterius
partis factæ per adiunctionem me-
diante ferruminatione efficitur Do
minus totius, vt d. §. item quæcun-
que, & d. l. in rem §. ſi quis, & hoc
caſu Dominus illius pedis, vel ma-
nus, vel alterius ſimilis vel minoris
partis omnino deſinit eſſe Domi-
nus, & alterius factum eſſe intelli-
gitur, vt etiam ſi inde erectum vel
remotum ſit ad priorem Dominum
redire non poſſit, facit quod in ſimi-
li dicitur de planta, in alieno plan-
tata, quæ coaluit, & poſtea, vento,
vel alio modo euulſa eſt. Si vero al-
21 terum altero non ſit maius, tunc
minus præcioſum accedit magis
precioſo, & ſic Dominus ſpeciei ma
gis precioſæ ſit Dominus totius rei,
hoc eſt integræ ſtatuæ, vel etiam al-
terius rei, vt puta ſi in ſcipho ſuo
anſam, hoc eſt, manipulum quis
adiecerit, vel aliud quid ſimile fe-
cerit, vt dict. leg. in rem §. ſi quis, &
ibi gloſa in ver. totius. Si vero alte-
rum altero præcioſius non eſt, &
22 ſeparari poſſit, tunc nullam cedit
alteri, & ſic eo caſu quilibet Domi-
norum Dominium retinet, & ven-
dicare poteſt vt dict. leg. quicquid
§. fin. 1. reſpon. Si modo poteſt ſepa-
23 rari; alioquin ſi ſeparari non poteſt
ſit commune, vt leg. Pomponius
ſcribit ſi frumentum poſt princ. ff.
de rei vend. tenet gloſa præallegata
ſuper verbo adiecerit in d. l. in rem
§. ſi quis. Aduerte tamen id quod
dixi, quod ſi alterius pedem, vel ma
num ſtatuæ meæ adiecero, vel ſpe-
ciem minus præcioſam magis præ-
cioſæ per ferruminationē adiecero,
tota ſtatua mea ſit, intelligi debet, ſi
ſimpliciter ferruminauerim ea in-
tentione, vt mea fieret, & bona fide,
quia hoc caſu adeo ſit mea; vt etiam
ſi poſtea manus vel pes ſit dirutus,
ſeu remotus, vel abſciſſus, non ta-
men redit ad priorem Dominum,
vt dixi per tex. in d. §. item quæcun-
que. Arbitror tamen, quod Domi-
nus illius pedis, vel brachij poſſit
24 agere contra me actione in factum
ad æſtimationem, vt eſt tex. in dict.
§. item quæcunque, alias videretur
locupletari cum aliena iactura con-
tra regulam cap. locupletari de reg.
25 iur. lib. 6 Sed contra id quod ſtatim
dixi, quod brachium poſtea diru-
tum non poſſit prior Dominus ven-
dicare oppono de his quæ dicuntur
in §. cum in ſuo Inſtit. de rer. diuiſ.
quod licet ex aliena materia bona
fide ædificauerim in meo, quamuis
26 Dominus materiæ non poſſit agere
contra me, nec ad exhibendum, nec
rei vendicatione. Si tamen poſtea
dirutum ſit ædificium, ille qui fuit
Dominus materiæ poteſt illam ven-
dicare. Solutio eſt difficilis, nec tan-
gitur a Doctoribus. Ego arbitror,
quod ſic poſſit ſolui, quod ibi ſpe-
cies tigni, vel trabis, vel alterius ce-
menti ſemper remanſit eadem, nec
dicitur fuiſſe facta alia confuſio, ve-
rum in terminis noſtris per ferrumi
nationem facta eſt confuſio, per
quam prior Dominus Dominium
amiſit, & ſic extinctum eſt Domi-
nium illius, ſed res extincta non re-
uiuiſcit, vt leg. inter ſtipulationem
§. ſacram ff de verbor. oblig. & leg.
qui res. §. aream ff. de ſolut. Sed in
tignis, & reliquis cementis, quibus
quis in ſuo ſolo ædificauit, prior Do
minus eorum ſemper remanſit Do-
minus, ideo diruto ædificio poteſt
vendicari. Sed hæc procedunt, vt
dixi, quando adiunctio fuit facta
27 bona fide: Si vero mala fide facta
fuerit dicit gloſa in dict. leg. in rem.
§. ſi quis, & §. item quæcūque, quod
prior Dominus remanet Dominus,
licet

Digitized by Google

licet tota ſtatua, vel ſimilis ſpecies remaneat ipſius Domini, qui precioſiorem, & maiorem partem habuit. Facit leg. quicquid. §. fin. ff. de acq. rer. dom. Et ſi tu diceres, Ergo erunt duo Domini inſolidum. Potes reſpondere, non eſſe inconueniens, quod vnus totius ſtatuæ ſit Dominus, & alter ſolius brachij, vel pedis, quia aliud eſt tota ſtatua, & aliud brachium, vel pes, ſicut aliud eſt tota domus, aliud tignum, vel cementum; Sed aduerte, quia prædicta iura, quæ dicunt, quod brachium, vel pes & ſic de ſimilibus per ferruminationem adiuncta ſtatuæ alicuius, acquiruntur Domino ſtatuæ, ita quod diruti, vel euulſi non redeunt ad priorem Dominum, nec diſtinguunt inter bonam & malam fidem, & ideo dicit Maria. Soz. ſe valdè dubitare de differentia, quam faciunt gloſæ prædictæ. Vtrum bona, vel mala fide quis ferruminauerit, quod prædicta differentia nō debeat procedere, quia ratio ſuperius aſſignata per Iurecon ſultum, quod ferruminatio per eandem ſpeciem facit cōfuſionem, videtur ſibi locum vendicare, ſiue bona ſiue mala fide ferruminatio facta ſit. Prædicta tamen differētia eſt ſatis æqua. Poſita tamen quod mala fides operaretur, quod talis pes, vel manus per ferruminationem adiun ctus remaneret prioris Domini: ſequeretur cōcluſio, quod ipſum pedem vel manum abruptum ſiue remotum a ſtatua poſſet Dominus vendicare: Sed ſtatua integra an poſſit vendicari magis eſt dubium: & ſi fortè induceretur vrbis deformatio, quia ſtatua illa eſſet affixa edificio, vel alia ſimili cauſa, arbitror, quod non poſſet nec ad exhibendum agere, nec rei uendicatione. Sed ſi prædictæ rationes ceſſarent, licet non poſſit vendicare, tamen poſſet ad exhibendum agere, vt ſeparentur, & poſtea vendicentur, vt dict. §. item quæcunque. Arbitror etiam, quod ſi mala fide manum aut pedem meum ſtatuæ tuæ per ferruminationem adiunxeris,
28 quod poſſis conueniri actione furti: Et cum dolo etiam deſieris poſſidere, poſſis etiam fortè conueniri rei vendicatione vtili per ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Decimotertio quæro. Quid ſi quis brachium, vel pedem vel manum ſuam per ferruminationē ſtatuæ alterius adiunxerit, An acquiratur Domino ſtatuæ? Solutio. Glo. in d. l. in rem dicit, quod acquiratur Domino ſtatuæ, quia minor pars debet accedere maiori, &
29 minus præcioſa præcioſiori, vt eſt dictum ſupra in præcedenti quæſtione. Et ita dicit Dominus Maria. Soz. in dict. verſ. circa tertium verſ. ſed quæro, etiam ſi bona fide ferruminaſſet: Et fortius ſi tertius alienum pedem vel manum non ſuæ ſed alienæ ſtatuæ per ferruminationem bona vel mala fide adiunxiſſet; acquireretur enim Domino maioris, & precioſioris partis per dict. leg. quicquid. §. fin. qui ſimpliciter ponderat ferruminationem, non autem perſonam ferruminantem, & per text. in dict. leg. item quæcunque qui loquitur per verbum impersonale, videlicet iunctum ſit, nec exprimit per quem. Et hoc caſu arbitror, quod agi poſſit contra Dominum totius ſtatuæ actione in fa-
30 ctum ad æſtimationem per ea quæ ſupradicta ſunt in præcedenti quæſtione; Poſſet etiam attentari, quod
31 contra eum qui ferruminauit ſi mala fide id fecit poſſit agi actione furti, ſi lucrandi ſibi animo id fecit, & fortè etiam vtili conditione furtiua, ſicut quandoque agitur vtili rei vendicatione. Si vero abſque mala

hoc probatur in leg. in rem §. ſi quis ff. de rei vend. ubi textus dicit, quod ſit dominus totius rei, quia vt ſupra dixi conueniens eſt quod minor accedat maiori, ſed tamē ille, qui fuit dominus pedis ſeu tabulæ, uel cementi remanet dominus, nō tamen ut uendicare poſſit ex quo ceſſit alteri, ſed agi poteſt ad exhibendum & demum vendicari ut leg. tigni §. 1. ubi text. ponit exemplum de rota adiuncta uehiculo, & tabula adiuncta armario ff. ad exhib. Ponit ēt exemplum; ſi purpura ſit contexta ueſtimento uel brachium ſtatuæ, quod debet intelligi aliter quam per ferruminationem, nam cum miſterio text. ibi dicit: brachium ſtatuę coadunaueris: Similiter ſi gemma ſit incluſa auro alieno uendicari nō poteſt, ſed debet agi ad exhibendum, ut excludatur ab auro, & demum uendicetur, ut eſt text. in leg. ſi gemma ff. ad exhibend.

Decimo ſeptimo quæro. Quid ſi peto uas argenti, quomodo probabitur identitas uaſis? Reſpondeo, quod quandoque uaſa argentea ſunt multa uarietate compoſita, quādoque ſunt multum ſimplicia: Primo caſu facilis eſt probatio; & ſi teſtis dicit, ideo ſe recognoſcere, quia uidit, & diligenter aſpexit, ſufficit, ſicut de aſpectu hominis dicitur. Secundo caſu dicendum eſt, quod ſi habēt aliqua ſigna in eorum cōfectione cōcurrētia, uel ex poſt facto accidentia, ex quibus recognoſcuntur, tunc teſtem oportet per illa ſigna, uel ipſorum unum tantum cauſam notabile reddere, cum receptum ſit, quod per duas demonſtrationes, uel unam notabilem res certa demonſtretur; quod ſi hæc ſigna deficerent, cauſam reddi oportet per aliquod, quod ſit extra rem, & ad fidem idētitatis interdum adducimur ex uaſe, interdum ex qualitate perſonæ. Ex uaſe, quid enim ſi cultros habebam cōmunis formę in uagina difformi, & apud te reperitur uagina ſine cultris, quāuis per ſe cultri recognoſci non ualeant, tamen ex uaſe eadem eſſe numero recte dicam. Interdum ex perſona habentis compræhenditur, quid enim ſi ſciphum meum cōmunis formæ, perdidi, & apud te reperitur, cum a me cauſam habeas illum eundem eſſe certū eſt niſi aliud doceatur expreſſe: uel ſi apud famulum pauperem reperiatur ſciphus argenteus cōmunis formę dicam eſſe ſciphum domini ſui, quem communis formæ ſciphum ante habuiſſe conſtat, niſi aliud doceatur: Ita not. dicit Bart. in Tract. de Teſte in c. de ſubſtantia incip. hāc eandem rem, & not. Bar. & Ioa. de Plat. in l. ſtigmata C. de fabricenſ. lib. 11. ubi dicit, quod per ſigna recognoſcuntur uaſa, & equi, et alia animalia: ſic etiam homo per faciem recognoſcitur, ut etiam dicit Bart. in Tract. de Teſte c. Titius.

Decimo octauo quæro. Quid ſi emo uas argenti, uel ęris, cui eſt annexum plumbum, uel ferrum, An ſimul debeant ponderari? Dico, quod nō, ſed debet plūbum eximi, & non uno pondere ponderari, uel in pondere argenti non imputari l.
38 cum aurum uerſ. idem Celſus ff. de aur. & arg. legat. & ibi gloſa. Et per illum textum dicit ibi Bart. quod ſi aliquis emit caldariam de rame, cui ſit manica ferrea, debet in ponderatione manica eleuari, quia non eſt tanti ualoris libra ferri, quanti eſt libra raminis.

Decimo nono quæro. Quid ſi aliquis iubet fieri calicem in Eccleſia, & non exprimit de quo metallo, uel prętio, de quo fiet? Reſpond. ad primū, quod intelligitur in dubio, q̄d fieri debeat de argento, & ſic præcioſiori metallo fauore religionis l. Titia §. fina. ff. de aur. & arg. leg. ubi ita not. Bar. & not. Tanc. de Corner.

L in

in compend. in Rub. 10. q. 2. per d. l.
39 Titia §. fina. quod debetur de illo metallo, quo Eccleſia vtitur in ſimilibus vaſis. Sequitur Roman. opinionem Bart. in auth. ſimiliter in 3. parte fall. 22. C. ad l. Falcid. & not. Bal. nouell. in Tract. de dot. parte 6. priuil. 73. vbi arguit in contrarium, & relinquit cogitandum Dec. in l. ſemper in obſcutis ff. de reg. iur. dicit quod ideo de argento, vel auro intelligitur, quia de alia materia calices Eccleſię non conficiuntur c. vt calix de conſecr. diſt. 1. allegat Roma. in ſing. ſiſ. Quæro ſi lego. Ad ſecundum de quo precio intelligatur, Bald. in l. ſi nondum §. fina. ff. de furt. dicit quod intelligitur ſecundum facultates teſtatoris de calice honorabili ſecundum conſuetudinem illius Eccleſiæ, refert, & ſequitur Roma. in dicta fallent. 22.

Vigeſimo quæro. An calices vendi poſſint, vel pignorari? Reſpondeo ad primum, quod aut ſunt conſecrati, & non poſſunt vendi, vt l. ſancimus C. de ſacr. Eccl. aut non ſunt conſecrati, & vendi poſſunt.
40 Ita dicit Bart. in l. non contrahit ff. ad leg. Iul. maieſt. refici tamen poteſt calix iam conſecratus, vt ibi dicit Bart. Ad ſecundum dico, quod calices conſecrati pignorari, & diſtrahi prohibentur, & pariter ſimilia ornamenta Eccleſiæ fauote diuini cultus arg. de conſt. c. ex parte. Et quod plus eſt etiam à volente capi non poſſunt, ita not. Card. Zab. in clem. 2. de decim. in 2. not.

Vigeſimoprimo quæro. An appellatione ſuppellectilis legata veniant, & compræhendantur vaſa argentea? Reſpondeo, quod vaſa argentea eſcaria, vel potoria, non compræhenduntur, niſi legatarius ex vſu teſtatoris probet teſtatorem
41 compræhēdere voluiſſe l. cum quidam, & l. Labeo ff. de ſupell. leg. & ſimiliter vaſa argētea aquiminaria, quia illa cenſentur eſſe vaſa eſcaria l. & ſi non ſint, §. ſi cui eſcarium, & l. argento ff. de auro, & arg. leg. vbi gloſa exponit quæ ſint vaſa aquiminaria, quia dicuntur vaſa aquam miniſtrantia, prout ſunt ea, quę vulgariter appellantur bacilia, & idem dicendum eſt de alijs vaſis argenteis per l. 1. ff. de ſupell. leg. hæc tamen vera ſunt, ſi huiuſmodi vaſa numero argenti per teſtatorem habita ſunt dum viueret, quia illa reponebat, & recondita in argentario tenebat, & non ad vſum ſupellectilis, vt not. glo. in d. l. 1. in verbo auro, & probatur in l. & ſi non ſint in princ. & §. 1. & ibi hoc not. Rayn. ff. de aut. & arg. leg. Ita dicit Alexand. in conſ. 206. Magiſter Albert. lib. 7. & ibi in vltimo dubio dicit etiam non contineri in legato ſupellectilis veſtes, nec libros, nec anulos, nec cingula l. 1. & l. ſupellectili verſ. ſunt qui rectè ff. de ſup. leg. & not. Bart. in l. 4. ff. de leg. 1.

Vigeſimoſecundo quæro. Quid ſi figulus, vel artifex, qui habebat varia vaſa diuerſorum generum promiſit omnia vaſa, an veniant etiam argentea? Ang. in l. quicquid aſtrin-
42 gendæ ff. de verb. oblig. dicit, quod debebantur ne dum vaſa ſua terrea lignea & vitrea, ſed etiam argentea, & aurea, per not. ibi per glo. in verbo promiſſor; Subdit tamen, quod hoc fallit, niſi ſubſit aliqua cauſa propter quam aliud debeat præſumi, puta ſi omnia uaſa vendidit figulus per decem, quia non intelligitur de vaſis argenteis, quæ valebant multo plus per id quod not. in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iur. & per not. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic. & in l. ſi vno in princ. ff. loca. quam deciſionem refert Alex. in conſ. 222. ponderatis his ad finem, lib. 6.

Vigeſimotertio quæro. Quid ſi quis

Digitized by Google

quis in aliena carta, vel membrana aureas literas ſcripſerit. An literæ
43 cedant cartæ? Dicas quod ſic in l. qua ratione §. literæ ff. de acqu. rer. dom. & in §. literæ Inſt. de rer. diuiſ. literæ enim licet aureæ ſint, ita cartis membraniſue cedunt, vt ſolo cedere ſolunt ea, quæ inſeruntur, vel ędificantur. Ideoque ſi in membranis, cartiſue tuis carmen, vel hiſtoriam Titius conſcripſerit, huius corporis non Titius, ſed tu dominus eſſe videris; Sed ſi à Titio petas libros tuos, tuaſue membranas, nec impenſam ſcripturę ſoluere paratus ſis, poterit ſe Titius defendere exceptione doli mali, ſi bona fide harum cartarum poſſeſſionem nactus eſt, vt d. §. literæ. Et not. Azo. in Summa Inſt. de rer. diu. verſ. hæc eadem. Si autem mala fide ſcripſerit, laborem donaſſe videtur dicit gloſa in d. §. literæ, & ita teneri ibi Ang. Aret. & Bart. in d. l. qua ratione §. literæ, vbi dicit, quod ratio eſt, quam ponit textus, quia ſcriptura non occupat totam cartam, ideo cedit litera cartæ, tamquam minor pars, & Chriſtoph. Port in d. §. literæ dicit, quod opinio gloſę ibi videtur melior, quia vitanda eſt legum correctio l. 1. C. de inoff. dot. Et quia rarò euenit, vt ex auro literæ conſcribantur, ideò non eſt inſpiciendum l. nam ad ea ff. de legib.

DE ORNAMENTIS.

Titulus Duodecimus.

S V M M A R I A.

1 *ORnamenta vnde dicta.*
2 *Quid eorum appellatione cõprahendatur.*
3 *Quis anuli inuentor.*
4 *Auri appellatione comprahenditur anulus non ſignatorius.*
5 *Gemmæ inſertę adornandum aurum auro cedunt, Aurum ad ornandas gemmas gemmis cedit.*
6 *Ornamenta Principum, Equitum, & Militum priuatis hominibus ſunt prohibita.*
7 *Ornamenta Principis ab eius miniſtris & à Palatinis non autem à priuatis fieri debent.*
8 *Nec etiam ſub prætextu ea donandi Principi.*
9 *Nec licet aucupari vel venari volatilibus vel feris prohibitis ſub tali prætextu.*
10 *Vſus contrarius praualet legibus prohibentibus ornamenta.*
11 *Ornamenta prohibita ſolis Principibus portare licet vt à priuatis diſtinguantur.*
12 *Margaritæ, Smaragdi, & Iacinti ſunt gemmæ priuatis prohibitę.*
13 *Doctores poſſunt portare anulum aureum, & gemmatum.*
14 *Ornamentorum, quę quis geſtat non debetur Gabella.*
15 *Prohibita viris non per hoc ſunt prohibita mulieribus.*
16 *Poſſunt tamen ſtatuto mulieribus ętiam prohiberi.*
17 *Mulier ſe ornans vt placeat viro ſuo non peccat.*
18 *Nec peccat ſi fuco, aut pigmentis vtatur ad turpitudinem tegendam.*
19 *Ornamenta mulieri à viro tradita, ſoluto matrimonio ſunt reſtituenda hæredibus viri.*
20 *Anulus etiam ſubarratorius eſt à muliere reſtituendus.*
21 *Niſi ſit is quem vſu cotidiano geſtabat.*
22 *Vel parui valoris inſpecta qualitate perſonæ.*
23 *Mulier poteſt repetere ornamenta ad domum viri traducta.*
24 *Ornamentis ſuis legatis prohibita nõ debentur.*
25 *Ornamentis omnibus legatis comprę henditur etiam monile, quo mulier non eſt vſa.*
26 *Ornamentis mulieri legatis quę ipſa tranſtulit ad domum viri, comprę hendunt etiam ea quæ vir illi antea dederat.*
27 *Ornamentis omnibus legatis ad vsũ mulieris factis excepto quodam iocali debetur etiam ſi quid aliud adſit extra illius vſum.*
28 *In petitione iocalium probanda eſt qualitas & pondus.*

Digitized by Google

EX auro potiſſimum plurima fiunt ornamenta, In quibus quoniam multa occurrunt iuridicis expoſita queſtionibus; Ideo titulum præcipuũ de Ornamentis, poſuimus. In quo quæro Primo. Vnde dicantur ornamenta? Dicit Iſid. Etymol. lib. 19. c. 30. quod dicta ſunt ex eo, quod eorum cultu ora, vultuſque decorentur.

1 Secundo quæro. Quid ornamentorũ appellatione contineatur? Reſpondeo quod ſi de mulieris ornamentis quæritur illa continentur, quibus mulier ornatur, vt inaures,
2 armillæ, anuli præter ſignatorios, & omnia, quæ ad nullam aliam rẽ parantur, niſi corporis ornandi cauſa, quo ex numero etiam hæc ſunt, aurum, gemmæ, & lapilli qui nullam aliam in ſe vtilitatem habent, vt dicit tex. in l. argumento §. ornamenta ff. de aur. & arg. leg. & in §. ornamentorum ff. ead. leg. vbi alia enumerantur vſque in finem l.

Tertio quæro. Quis fuerit anuli inuentor? Alber. de Roſat. in ſuo dictionario in verbo Anulus dicit, quod Tubalchayn fuit primus, qui inuenit anulum, & dedit illum filio, vt vxorem deſponſaret, vt habetur in Hiſtoria Scolaſtica, & ponitur in quarto digito, quia in eo, vt fertur eſt quædam vena, quæ protenditur vſque ad cor 30. q. fin. c. fœminæ, & Hoſtien. In Summa de matrimo. §. qualiter verſ. illud. Plinius lib. 33. c. 1. dicit quod quamuis antiquitus Prometheo anulum ferreum dederit vinculumque non geſtamen id intelligi noluerit, hæc tamen fabuloſa arbitratur; Gregorius Naziãzenus in vita magni Baſilij è greco in
3 latinũ traducta a Raphaele noſtro Volaterrano; dicit quod fama eſt, Gigem anulum inueniſſe.

Quarto quæro. Nunquid anulus auri appellatione cõtineatur? Dic vt per Bart. in l. cum aurum ff. de aur. & arg. leg. verſ. oppono, quod auri
4 appellatione cõtinetur anulus. Cõtra quia ſi eſt ſignatorius continet aliquem lapidem ſignatorium non cedit legato auri, ſed legato gemmæ tanquam acceſſorius, vt l. & ſi non ſint §. fin. & l. ſeq. eod. tit. Aut eſt anulus non ſignatorius, & tunc cõtinetur appellatione ornamenti, & legato auri non cedit, vt l. argumẽto §. ornamenta eod. tit. Solutio. Si intelligis ibi textum in d. l. cum aurum in anulo ſignatorio (dicit Bar.) quod ibi non erat gemma ſed ſigna erant impreſſa in auro: Si vero non erat anulus ſignatorius intelligit, quod non erat paratus gratia vſus mulieris, ſed ipſius patrisfamilias, & erat magis gemma cauſa auri, quã aurũ cauſa gẽmæ, vt dicit Bart.

Quinto quæro. An gẽmæ cedant anulis, & coronis? Quoad anulos dico, quod ſi cauſa ornãdi aurũ includũtur cedunt auro, vt l. & ſi nõ ſint §. peruenimus ff. de aur. & arg. leg. in fine, vbi Bart. dicit ſecus eſſe in
5 anulo ſignatorio, quia aurum cedit gemmæ, & idem quando eſt certũ, quod vnũ ponatur cauſa alterius; in dubio aũt nõ cedunt gẽmæ auro, vt l. pediculis. §. auro, & ibi Bart. ff. eo. tit. & in l. rerũ mixtura ff. de vſu cap. Quoad coronas dicit Pau. de Leaz. in clem. 1. de iureiur. in verbo diadema, quod Imperialis corona, q̃ ex auro puriſſimo, & gẽmis p̃ioſis fit. 96. diſt. c. Cõſtantinus, in qua ponũtur gẽmę, vt auro in ornamẽti compoſitione iungantur de pœnit. diſt. 2. c. principium verſic. aurum gemmis in ea appoſitis cedit, cum dictæ gemmæ ſint auro precioſiores, vt ibi not. & ſequitur Imo in d. Clem. col. 8. verſ. diadema per d. §. peruenimus.

Sexto quæro. Quæ ſint ornamenta prohibita? Reſpondeo primo

Digitized by Google

quædam equeſtria ornaméta priuatis hominibus prohiberi, nam in
6 equorum ſellis, & baltheis. quod nulli priuatorum licet in frenis, & in equeſtrib. ſellis, ac baltheis margaritas ſmaragdos & iacintos apponere, quia hæ tres gemmæ ſunt ſoli Principi deputatæ, & illi tantũ conueniunt, alijs vero gemmis frenos, & equeſtres ſellas & baltheis priuatos exornare permittitur. Secundo permittitur militibus vti fibulis ſuarum clamidum deauratis arte præcioſa factis abſque aliqua gemma. Tertio prohibentur priuatis omnia ornaméta quæ ad Principis cultum pertineant exceptis ornamentis mulierum, et exceptis anulis aureis tam viris, quam mulieribus in quibus licet gemmas ponere, & deferre. l. 1. C. Null. lic. in fren. & ibi Azo. in ſumma lib. 11. gloſa. & Bart. & Ioã. de Plat. ita declarant ibi & ſubiacent contrafacientes pęnis ibi deſcriptis.

Septimo quæro. Per quos, & in quo loco debeant ornamenta Principis fieri? Reſpondeo, quod ab artificibus Palatinis, & in aula Prin-
7 cipis, & non a priuatis, nec in priuatis domibus fabricari debent d. leg. 1. & ibi Azo. in ſumma, & Ioan. de Plat. qui ex illo textu in fine dicit, quod artifices, qui ex diſpoſitione ſtatuti debẽt exercere artes ſuas in publicis apothecis non poſſunt in eorum priuatis domibus operari.

Octauo quæro. An liceat dicta ornaméta prohibita facere prætextu offerendi Principi? Reſpondeo,
8 quod non d. l. 1. verſic. neque, & ibi Azo. in Summa, & Ioa. de Plat. per quem textum dicit in ſecundo not. quod ſub colore præſentandi Principi non debet quis rem prohibitã attentare. Et inde infert, quod ruſticus prohibitus aucupari certum
9 genus auium non poſſit aucupari cauſa donandi Principi, nec propterea pęnam euadat arg. tex. in dict. leg. 1.

Nono quæro. An prędicta prohibitio ornamentorum de conſuetudine obſeruetur? Bart. in l. quamuis ff. de aur. & arg. leg. dicit, quod licet de iure vendicant ſibi locum ea,
10 quæ dicuntur in d. l. 1. C. Null. lic. in fren. lib. 11. tamen vſus prædicta non admittit, allegat gloſam in c. 1. de treg. & pac. Et idem dicunt Bar. & Ioa. de Plat. in l. 1. C. de veſt. olebor. lib. 11.

Decimo quæro. Quibus liceat dicta prohibita ornamenta portare, & quare alijs non liceat? Reſpondeo, quod ſoli Principi, & nulli priuato, ut d. l. 1. C. Null. lic. in fren. & ibi Bart. & Ioa. de Plat. Alijs autem
11 prohibita ſunt, quia ſicut inter Summum Principem, & priuatos in veſtibus debet eſſe differentia, ita etiã in ornamentis, quæ ſoli Principi conueniunt vt dicit Ioa. de Plat. ibi
12 in rub. dictæque tres gemmæ margaritæ, ſmaragdi, & hyacinti, ideo prohibentur quia inter cęteras gẽmas ſunt præcioſiores, virtutibus per eas importatis & ſignificatis, quibus debet Princeps præpollere vt dicit Ioan. de Plat. in d. rubr.

Vndecimo quæro. An Doctores
13 poſſint portare anulum? Reſpondeo quod anulum aureum, & gemmatum portare poſſunt, vt dicit Ioa. And. in clem. 2. de magiſt. & ibi Ioa. de Imo. Et poſſunt etiam alia quædam deaurata ornamenta gerere, ut per Ang. Aret. in §. ſed & ſi quis Inſtit. de mil. teſt.

Duodecimo quæro. An anulorũ, perlarum, & ueſtium, quæ quis por
14 tat teneatur ſoluere gabellam? Reſpondeo quod non, ita determinat Bart. in l. 1. §. cum eadem ff. ad leg. Rhod. de iact. ubi argumento illius textus dicit, quod anulorum, quos

quis portat in digito, & veſtimentorum precioſorum, quæ ſui vſus cauſa portat nõ tenetur quis ſoluere gabellam in l. lege cenſoria ff. de verb. ſignif. Et ita notat Firma. in Tracta. Gabella in 2. parte 8. partis q. 2. quod verũ eſſe intelligit in his, quæ portãtur ad vſum quotidianũ.

Decimo tertio quæro. An mulieres prohibeantur dicta ornamenta
15 deferre. Reſpondeo, quod nõ, quia reſpicit dicta prohibitio viros, & nõ mulieres l. 1. ibi exceptis matronalibus, & ibi notat Bartol. quod pertinentia ad ornamenta mulierum non ſunt prohibita vt etiam dicit ibi Ioa. de Plat. & Bart. in l. quamuis ff. de auro & arg. leg.

Decimoquarto quæro. An per ſtatutum poſſint dicta ornamẽta pro-
16 hiberi etiã mulieribus? Reſpondeo, quod ſic, & valet ſtatutũ cum ſit ex rationali cauſa conditũ, vt dixi ſupra tit. proximo. Vnde dicit Bart. in d. l. 1. C. nul. lic. in fren. quod in multis Ciuitatibus eſt ſtatutum, quod dicta ornamenta non liceat portare, & idem dicit in d. l. quamuis ff. de aur. & arg. lega.

Decimoquinto quæro. An ſtatutum ſimpliciter prohibens ornamẽta portari includat mulieres? Ioa. de Pla. in d. l. C. Null. lic. in fren. lib. 11. dicit quod non, niſi de mulierib. expreſſam faciat mẽtionẽ, vt dixi ſup. tit. proximo q. 18. Dicas, vt ibi.

Decimo ſexto quæro. An muliebris ornatus ſit licitus, & an mulieres peccent ſe ornando? Reſpondeo ſecundum Diuũ Thomã 2. 2. q. 169. art. 2. quod in ornatu mulierum eſt quoddã ſpeciale, ſcilicet, quod muliebris cultus viros prouocet ad laſciuiam ſecundum illud Prouerbiorum 7. c. Ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio ad decipiẽdas animas præparata. Poteſt tamen mulier huic rei licitè operam dare, vt uiro ſuo placeat, ne per illius contẽptum in adulterium labatur, vnde dicitur ad Corinthios 7. c. quod mulier, quæ nupta eſt cogitat, quæ ſunt mundi, quomodo viro placeat, & ideo ſi mulier ad hoc ſe ornet, vt viro ſuo placeat poteſt hoc facere ſine peccato; illæ autem mulieres, quæ uiros non habent, nec uolunt habere, & ſunt in ſtatu non habendi non poſſunt ſine peccato appetere placere uirorum aſpectibus ad concupiſcendum, quia hoc eſt dare eis occaſionem peccãdi, & ſi quidem hac intentione ſe ornent, vt alios prouocent ad concupiſcentiam, mortaliter peccant; ſi autem ex quadam leuitate, vel etiam ex quadam vanitate propter iactantiam quandam, nõ ſemper eſt peccatum mortale, ſed quandoq; veniale. Et eadem ratio eſt de uiris ornantibus ſe ſecundum D. Thom. Quam quæſtionem etiã ponit Ioan. Andr. in c. ea quæ fiunt de reg. iur. lib. 6. & Alber. de Roſat. in 2. parte ſtatut. q. 198. & Abbas in cap. 1. ad finem extra. Ne cler. uel mona.

Decimo ſeptimo quęro. An liceat mulieribus facies ſuas fictis coloribus fucare? Reſpondeo ex dictis Ioa. And. in d. c. ea quæ ſunt in mercut. & aliorum de quibus ſupra, quod aut mulier vtitur fucis ad fingendam pulcritudinem, quam non habet, vt aliorum oculos ad ſe trahat, & iſto caſu eſt illicitum, & peccat mortaliter. Aut fit non ſolum ad
18 pulcritudinem fingendam, ſed etiã ad occultãdam turpitudinem prouenientem ex aliqua cauſa & tunc licitum eſt, & non peccat. Et ita etiam tenet Sanctus Thom. in dict. quæſt. 169. allegata ſupra, & Angelus de Clauaſio in ſumma in verb. ornatus uerſ. quarto Alber. de Roſa. in d. quæſt. 198. Ioan. Bapt. de Sancto Seuer. in leg. omnes populi

in 3.quæſtione princip. verſicu.ſuc-
ceſſiuè quæritur ff. de iuſtit. & iur.
Decimo octauo quæro. An or-
namenta præcioſa tradita a viro v-
xori reſtituenda ſint hæredibus vi-
19 ri? Reſpondeo, quod ſic, quia
non cenſentur donata, ſed conceſ-
ſa, vt ornatior incedat, vt notat
Bartol.in leg.ſi vt certo §. interdum
ff. commo. Et determinat Bald. in
auth. ex teſtamento capit. 12.Cod.
de collat. conſuluit Gulielmus de
Peruſio in conſil. incip. Lippus
Cornel. in conſil.81. Punctus con-
ſultationis libr.1.dixi ſupra in titul.
de Gemmis. Dicit tamen Guliel-
mus de Peruſio in dict. conſil.valde
in prædictis inſpiciendam eſſe con-
ſuetudinem ciuitatis, quæ in his
multum præualet, vt ff. de admin.
tutor. leg. cum plures §. cum tutor.
cum ſim.Et idem dicit Tancred. de
Corn. in compen.in Rubr.11. quæ-
ſtion.8. Bened. de Peruſ. in conſil.
135.Quędam domina in vlt.dubio.
Decimo nono quæro. Quid de
anulis cum quibus ſubarrauit vxo-
rem cuius ſint, an vxoris, an vero
ſint reſtituendi? Bald. in leg.cum te
C.de donat.ante nupt.verſi. ſed po-
ne,format hanc quæſtionem vbi re-
probata opinione Riccar. Malumb.
dicit anulos prędictos non eſſe vxo-
20 ris,ſed ab ea reſtituendos, quia an-
teqnam dentur anuli pręcedunt ver
ba de præſenti, & ſic matrimonium
eſt ſubſtantialiter cõtractum; Vnde
cum illa ſubarratio ſit ſignum per-
fectæ rei nec ſponſalitia largitas ſit,
ſed donatio inter virum, & vxorẽ,
ſequitur dictos anulos eſſe reſtituen
dos,cum donatio inter ipſos ſit pro-
hibita; Et pro hac opinione facit,
quia cum anuli dẽtur perfecto ma-
trimonio poſt uerba de præſenti nõ
valet donatio inter virum, & uxo-
rem, quia ſtatim poſt conſenſum
contractum eſt matrimonium ſuffi-
ciens ad impediendam donationem
leg. Seia ff. de donat. inter uir. &
uxor. & tenet gloſa, & Cyn. in leg.
cum te C. de donat. ante nupt. Nec
cenſentur donati cum ſint res præ-
cioſæ,ſed potius dati, ut mulier or-
natior incedat leg.ſi vt certo. §. in-
terdum ff. commo. & ideo non ce-
dunt lucro vxoris. Et ita conſuluit
Card.Zab. in conſ.43. Primum du-
bium. Sed Dominus Gulielmus de
Peruſ.in conſ.incip.Lippus dicit at-
tendendum eſſe conſuetudinem ci-
uitatis, quæ in huiuſmodi multum
præualet l.cum plures §. cum tutor.
ff.de admin.tutor. Quam opinionẽ
firmat etiam præceptor meus Do-
minus Bart.Soz.in conſ.123. ſupra-
ſcripti præſtantiſſimi Iureconſulti
vbi dicit hanc eſſe communem opi-
nionem, & idem conſuluit Cornel.
in conſ.81.Primus conſultationis ar
ticulus lib.1. ubi allegat Imol. ita in
anulis conſuluiſſe,quod nõ cenſean
tur donati etiã ſponſæ de futuro, li-
cet uir uſus ſit uerbo dono, ut per
Corn ibi latè;& not.Bar.in l.1.§.nec
caſtrẽſe col.3.uerſ.ulterius quęro ff.
de collat.bon.Prędicta tamẽ proce-
dunt in anulis præcioſis,ſecus in ijs,
qui sũt in uſu quotidiano,nam tales
non repetuntur ſolut. matr. morte
uiri,ut firmat Bar.in d.§.nec caſtrẽ-
ſe;& dicit Alex.cõſ.42. In cauſa,&
lite uertente li.5.Et ibi Alex.ſubdit,
quod uxores maximè diuitũ,& po-
liticè uiuentium conſueuerunt pro
quotidiano uſu habere plures anu-
los, Quo caſu niſi probetur dictos
anulos eſſe feſtiuos nõ uenit repe-
tẽdi. Secũdũ Alex.ubi ſup.quod pro
prima limitatione dictũ ſit. Secundã
limitationẽ ponit Benedictus de Pe
ruſ.in conſ.135.quædã D.Franciſca
in vlt.dub.niſi eſſet anulus parui va-
22 loris attẽta qualitate perſonæ, quia
pertinet ad uxorẽ cum in re modi-
ca,& parui ualoris ualeat donatio l.

cx

Digitized by Google

ex alio ff. de don. inter vir. & vxor. vnde reperi nō poteſt ab ipſa muliere: & an ſit parui, vel magni valoris relinquendum eſt arbitrio iudicis, inſpecta qualitate, & conditione perſonarum per id quod notatur in l. ſed ſi ſuſceperit §. 1. ff. de iudic. & in auth. præterea C. vnde vir. & vxo.

Vigeſimo quæro. An mulier poſſit repetere iocalia, anulos, & alia, quæ traduxit ad domum viri, & perdita ſunt ob pignorationem fa-
23 ctam à marito? Ludou. Roman. in conſ. 172. in propoſito themate conſuluit, quod mulier poteſt illa repetere, & eorum æſtimationem conſequi ſi mulieris fuerint, eique validè donata.

Vigeſimoprimo quæro. Quid ſi maritus legat vxori ornamenta ſua, An compræhendantur etiam, quæ
24 prohibita ſunt à ſtatuto? Dico, quod non compræhenduntur ea, quæ prohibita ſunt à ſtatuto, quia non veniunt appellatione ornamentorum, nec cenſentur eius cauſa parata, quæ eius cauſa prohibita ſunt. Ita determinat Bartol. in leg. 1. C. Nulli lic. in fren. lib. vndecimo. Et idem Bartol. in l. quamuis, ff. de aur. & arg. leg. verſ. itē videtur.

Vigeſimoſecundo quæro. Maritus legauit vxori ſuæ omnia, & ſingula iocalia, anulos, zonas, & ornamenta, An compræhendantur monile perlarum, quo mulier non eſt vſa, eſt tamen pro ſuo ornatu paratum. Maria. Sozzin. conſ. 10. quamuis quæſtiones in du-
25 bio lib. 1. determinat quod ſic. Primò, quia ſunt relicta omnia iocalia, & ſic per verba vniuerſalia diſtributiua nullum iocale excludentia l. à procuratore C. manda. & appellatione iocalium venit monile ex perlis compoſitum ex communi vſu loquendi, qui præualet in teſtamētis proprio verborum ſignificatui l. libera ſum §. quod tamen
26 Caſſius ff. de leg. 3. Secundò quia appellatione ornamentorum continetur monile ex gemmis, ſeu perlis compoſitum l. pediculis. §. Titia ff. de aur. & arg. leg. ibi, & monilia in quibus gemmę & margaritę inſunt. Neque obſtat, quod monile prædictum in vſu mulieris nō fuerit, quia ſatis eſt, quod fuerit emptum, & paratum ad vſum mulieris, vt probatur in d. l. argumento §. margarita ff. de aur. & arg. leg. Ponderat etiam Dominus Marianus alia verba teſtamenti de quo agebatur geminata, & ampliatiua arg. l. baliſta ff. ad treb. & l. tamen adiectio ff. de leg. 3.

Vigeſimotertio quæro. Teſtator donauit vxori, donaria & iocalia, quæ ipſa portauit ad maritum, An cedant eidem, quæ teſtator donauit vxori antequam iret ad maritum? Alex. in conſ. 248. Ponderatis narra-
27 tis lib. 6. conſuluit quod ſic ſuppoſito communi vſu loquendi in loco, quod appellatione donariorum veniant veſtes iocalia, & alia deputata ad ornatum mulieris, quia ſi ſolum de donarijs factis à fratribus dictæ mulieris intelligeretur legatū eſſet inutile, teſtator .n. res proprias vxori legaſſet; Et ideò ne reddatur inutile intelligi debet etiam de tranſmiſſis à ſponſo, & portatis per ipſam ad domum viri per tex. in l. ſi quando in princ. ff de leg. 1. per quam Alex. mouetur, & per alia ibi per eum adducta: Et quamuis mulier acceperit dicta donaria à marito, qui ea ſibi tranſmiſit, tamen dum poſtea mulier accedit ad domum mariti cum dictis donarijs dicitur illa ad maritū portare, quia dato, quod dicerentur reportari, tamē adhuc portari rectè dicuntur ſicut dicimus de verbo dandi, quod tamquam genus aptum importare illud, quod à principio per me tibi datur, & etiam illud

illud, quod à me tibi redditur licet
quando tanquam ſpecies accipitur
differat à verbo reddere, vt nota-
biliter dicit Bartol. in Rubric. ff. ſo-
lut. matrim. per l. vbi autem §. final.
ff. de verb. oblig. §. ſic itaque inſt. de
act. iuncta l. verbum reddendi ff. de
verborum ſignification. Et debet
fieri interpretatio, quod teſtator ac-
ceperit verbum portauit pro gene-
re, quo caſu comprahendit etiam
reportare ſicut genus includit quā-
libet ſuam ſpeciem leg. ſemper in
generalibus ff. de regul. iur. leg. ſi
quid earum §. inter emptum ff. de
leg. 3. vt ita accipiendo actus legan-
di valeat prout in dubio debet in-
terpretatio fieri.

Vigeſimo quarto quæro. Maritus
legauit vxori anulos, perlas, & in-
dumenta quęcunque præcioſa, &
non præcioſa ad vſum vxoris facta
excepto quodam iocali. An compræ
hendantur quędam perlæ, quæ ad
vſum vxoris eſſe nō apparent Corn.
in conſil. 218. Videtur in hac con-
ſultatione libr. 4. concludit, quod
27 ſic pluribus rationibus & inter cæ-
teras ratione exceptionis iocalis
quod non erat ad vſum vxoris fa-
ctum, quia ex quo teſtator excipit
id quod non erat ad vſum vxoris
factum, datur intelligi, quod intel-
lexerit venire in legato etiam ali-
qua non facta ad vſum ipſius, quia
id quod exceptiuè ſequitur declarat
præcedentia prout communiter al-
legatur ad hoc leg. nam quod liqui-
dè §. final. ff. de pen. lega. ad quod
facit quod habetur in leg. 1. ff, de
regul. iur.

Vigeſimo quinto quæro. An ſit
probanda qualitas, & pondus mo-
nilium, & iocalium, quæ petuntur?
28 Reſpondeo, quod ſic, quia cum
ſint deducenda in petitione eorum
qualitas, & pondus, vt notat Bar-
tol. in leg. ſi quis vxori §. ſi linea ff.
de furt. & dixi ſupra titul. de Gem-
mis: debet etiam ipſorum qualitas,
& pondus probari, alioquin non
poſſet actor obtinere capit. auditis,
& ibi Ioann. Andr. de præſcript. leg.
habebat ff. de inſtitor. Bald. in leg.
edita ad finem Cod. de eden. Ita di-
cit Alexand. in dict. conſil. 42. ſupra
allegato in fine.

DE VESTIBVS AVRATIS.

Titulus Decimustertius.

SVMMARIA.

1 Veſtis à velando corpore dicta.
2 Eius appellatione venit quodcunque tegit corpus vel eſt illi annexum.
3 Et vitium & virtus circa veſtium uſum multipliciter eſſe poteſt.
4 Conſtitutio prohibens genus quoddam veſtium valet & ligat.
5 Quatuor olim genera veſtium erant prohibita, Olebora Aurata, Paragardæ Muricata.
6 Quæ qualibet harum.
7 Ratio prohibitionis eſt eximia earum nobilitas, quæ Principes ipſis dignas non priuatos facit.
8 Colore ſimiles prohibitis ſunt etiam prohibitæ.
9 Aliorum quorumcunque colorum quibuslibet priuatis ſunt permiſſæ.
10 Portantes prohibitam committunt pœnam extraordinariam.
11 Deferens veſtem alijs attributam tenetur actione iniuriarum.
12 Prohibitæ à ſolis miniſtris Principum qui Ginetarij dicuntur fieri poſſunt.
13 Faciens prohibitas olim pœna capitis puniebatur, hodie amiſſione veſtiũ tantum.
14 Prohibitæ à ſolis Imperatoribus portari ſolent, & alijs qui ab ipſo licentiam habent.
15 Commercium etiam prohibitarum eſt prohibitum.
16 Qui licentiam nõ habent priuati prohibitas portare non poſſunt.
17 Mulieres veſtes prohibitas portare poſſunt.
18 Et ideo non comprehenduntur ſub generali, & indefinita prohibitione.
19 Statutum prohibens aliquas veſtes non ligat forenſes ſi ſunt ignari, vel apparas conditum intuitu incolarum tantum.
20 Veſtis noua prohibita non comprehendit nouiter factam ex vetere.
21 Veſtibus quibuſdam fieri prohibitis, prohibita etiam iam factæ cenſentur.
22 Prohibitis ferre ſimpliciter non prohibetur facere.
23 Inuentus cum veſte prohibita, & non apprehenſus puniri non debet.
24 Sepius vno die inuentus cum veſte prohibita, ſemel tantum eſt condemnandus.
25 Panni prohibiti in condemnationem non veniunt ſi non ſunt apprehenſi.
26 Prohibitus quis ſi non habeat tantum deſcriptum in æſtimo, condemnatur, ſi deſcribi fecerit alienum.
27 Veſtibus vxori legatis non debentur prohibitæ.
28 Sed debetur æſtimatio.
29 Parte aliqua veſtium prohibita ſi remoueri poteſt debetur ipſius reliquum.

quum.

30 *Legatis veſtibus debentur gemmæ & ornamenta conſuta veſtibus.*

31 *Veſtibus ſuis uxori legatis quæ ſunt, ab uxore probandum.*

33 *Gemmis & alijs quibus teſtator vtitur vxori legatis debentur etiam ea quæ poſt teſtamentum parata ſunt.*

34 *Veſtibus legatis cotidianæ debentur, & feſtiuæ.*

35 *Et inciſæ nondum conſutæ.*

36 *Teſtator mandans vxorem veſtiri intelligi debet de vidualibus decentibus.*

37 *Et ſemel in anno.*

38 *Precioſæ ſunt ab vxore hæredibus uiri reſtituendæ.*

39 *Sed ſericæ fiunt vxoris.*

40 *Pannis lanis & lineis legatis integræ telæ debentur.*

41 *Rebus domus legatis non debẽtur quæ ſunt extra domum.*

42 *Claui aurei pro veſte debentur, legata veſte ſi ad illam ſint parati.*

43 *Planetam facere mandans debet eſſe ſerica.*

44 *Lecto legato debetur etiam cultra ſerica, & feſtiua.*

45 *Vxor mortuo viro debet veſtiri indumentis lugubribus decentibus expenſis viri.*

IN veſtibus etiam multa præcipua
ſe offerunt, quæ particulari iuris
deciſione opus habent; Vnde
opus eſſe titulo expreſſo viſum
fuit. In quo quæro Primo. Vnde di-
catur veſtis? Reſpondeo, quod di-
1 citur à velando & quod corpus ve-
let, ſeu à vellere, quod eſt vniuerſæ
ouis lana.

Secundo quæro. Quæ veſtium
ſeu veſtimentorum appellatione
2 compræhendantur? Reſpondeo,
quod illorum appellatione compre-
henduntur lanea, lineaque ſerica,
vel bombycina, quæ induendi, præ-
cingendi, tegendi, inſternendi, iniji-
ciendi, accubandi ne cauſa parata
ſunt, & quæ his acceſſionis vice ce-
dunt, vt ſunt inſutæ picturæ claui-
que, qui veſtibus inſuuntur. Et om-
nia demum veſtimenta tam virilia,
puerilia, aut muliebria, quam com-
munia, aut familiaria, vt dicit text.
in leg. veſtis. §. 1. cum ſeq. ff de aur.
& argent. legat. leg. veſtis ff. de ver-
borum ſignificat. & notat Ioann. de
Platea in leg. 1. verſicu. ex hoc Cod.
null. lic. in fren. lib. 11.

Tertio quæro. An circa exterio-
rem cultum veſtimentorum poſſit
3 eſſe virtus, ſeu vitium? Reſpondeo
ſecundum Sanctum Thomam 2. 2.
quæſtione 169. articul. 1. quod in
ipſis rebus exterioribus quibus ho-
mo vtitur non eſt aliquod vitium,
ſed ex parte hominis, qui vtitur eis,
quæ quidem immoderatio poteſt eſ-
ſe duplex vno modo per comparatio-
tionem hominum cum quibus vi-
uit, alio quidem modo poteſt eſſe
immoderatio in vſu talium rerum
ex inordinato affectu vtentium, ex
quo quandoque contingit, quod ho
mo nimis libidinosè talibus rebus
vtitur, ſiue ſecundum conſuetudi-
nem eorum cum quibus viuit, ſiue
præter eorum conſuetudinem: Con
tingit autem iſta immoderatio affe-
ctus tripliciter: Vno modo ex eo,
quod aliquis ſuperfluo cultu ve-
ſtium hominum gloriam quærat,
prout ſcilicet veſtis, aliaque huiuſ-
modi pertinent ad quendam orna-
tum: Alio modo ex eo quod homo
per ſuperfluum cultum veſtium
quærat delitias ſecundum quod ve-
ſtis ordinatur ad fomentum corpo-
ris: Tertio ex eo quod nimiam ſol-
licitudinem ponat ad exteriorem
veſtium cultum etiamſi non ſit ali-
qua inordinatio ex parte finis. Et ſe-
cundum hoc ponit tres virtutes cir-
ca ex-

ca exteriorem cultum humilitatē, ſufficientiam, & ſimplicitatem. Ex parte defectus dicit quod poteſt eſſe duplex inordinatio per affectum: Vno quidem modo ex negligentia hominis, qui non adhibet ſtudium, vel laborem vt exteriori cultu vtatur ſicut oportet; Alio modo ex eo, quod ipſum defectum exterioris cultus ad gloriam ordinat: Hæc Diuus Thomas. Sed frater Angelus de Clauaſio in ſua Summa in verbo ornatus, dicit ſex requiri ad hoc, vt ornatus veſtimenti, ſit ſine peccato. Primum recta intentio, vt non fiat per ſuperbiam, vel libidinē, ſed ex legitima cauſa: Secundum eſt honeſtas, quia nihil inhoneſtum poteſt eſſe licitum. Tertium eſt conueniētia perſonæ: Quartum eſt parſimonia, & moderatio. Quintum vt non apponatur circa ornatum nimia ſollicitudo. Sextum quod ornatus non ſit proximo ſcandaloſus.

Quarto quæro. An conſtitutio epiſcopi, vel alterius ſuperioris, qua mulieribus prohibētur veſtes auratæ ſit valida. Et an quælibet contra-
4 faciēs pœnā excōmunicationis inductā incurrat? Quoad ſtatuti validitatem dicas, quod valet, quia honeſtatis cauſa factum, & de ſui natura bonum eſt 4. diſt. c. erit autem lex, vt dicit Alberic. de Roſat. in 2. parte ſtatuto. q. 198. col. fin. Petr. de Anchar. in c. canonum ſtatuta q. 11. extr. de conſt. Philip. de Peruſ. in c. ea quæ de reg. iur. lib. 6. Et ad hoc facit Pythagoræ dictum, qui vt refert Iuſtinus lib. 20. aſſiduitate di-
7 ſputationum conſecutus fuit vt matronæ auratas veſtes cæteraque dignitatis ſuæ ornamenta deponerēt, veluti inſtrumenta luxuriæ eaque omnia in Iunonis ædem ipſi Deæ conſecrarent, aſſerens vera ornamenta matronarum pudicitiam eſſe, non veſtes. Quoad ſecundum An quælibet ligetur ſtatuto prædicto diſtinguunt Doctores innuptas a nuptis, & in mulieribus nuptis an vir conſentiat; an prohibeat, vt dixi latius ſupra.

Quinto quæro. Quę ſint veſtes prohibitæ, & quales? R̄ndeo quatuor, Olebora, Aurata, Peragaida, & murice tincta, vt C. de veſt. oleb. lib. 11.
5 vbi Ioan. de Plat. Olebora eſt veſtis tota de optimo auro, quod dicitur
6 obrizzatum leg. fin. C. de vet. num. pot. lib. 11. Aurata veſtis eſt de ſerico deſuper auro cōtexta, quando ſupra filum ſerici inuoluitur aurū; Veſtis peragaida eſt, quæ ſolum eſt in gaidis aurata, qui ſunt quidam frigij, qui ponuntur in extremitatibus veſtimentorum, vt videmus in veſtimentis ſolemnibus, clericorum, & religioſorum. Veſtis tincta murice eſt ſine auro, ſed tincta illa tinctura, quæ fit ex murice, qui color præcioſus eſt, vt aurum. Ita dicunt Azo. in Summa de veſtibus oleb. lib.... Et Accurſ. in rubrica, & l. 1. C. eod. vbi etiam Bar. & Ioan. de Plat.

Sexto quæro. Quæ ſit ratio prohibitionis? Reſpondeo, quod per aurum rappræſentatur lux, & radij ſolis per radios aureos figurantur, & nil luce nobilius. Epiſt. inter claras C. de ſumm. trinit. & fid. cathol. Et pro re maximè excellentiæ in diuina ſcriptura figuratur, vt ibi, fulgebunt iuſti ſicut Sol, Matth. ſeptim. cap. & alibi, Reſplenduit facies eius ſicut Sol, Mat-
7 th. 23. Ac propterea propter illius nobilitatem non licet portare veſtes auratas niſi Principi, vt dicit Bartol. in tractat. de inſign. & arm. verſic. ſed dubitatur, & hoc ideo ne ſimiles Principi videantur, vt dicit Ioan. de Plat. in leg. ſecunda. Cod. de veſt. oleb. libro vndecimo.

Se-

Septimo quæro. An ſint prohibitæ ueſtes ſimiles colori auri vel muricis? Reſpondeo quod ſic, quia cum ſint prohibitæ veſtes auratæ,
8 & tinctæ colore muricis, viris priuatis ſine reſcripto Principis: ſunt etiam prohibitæ coloris adulterini, ideſt ficti coloris, ſimiles vero colori leg. Velleia. C. de veſt. olebor. lib. 11. quia eadem eſt ratio prohibitionis in ficto colore ſicut in vero colore leg. illud ff. ad leg. Aquil. nam ex hoc fieret fraus legi de re ad rem leg. fin. ff. de legibus, ita dicit Ioa. de Plat. in dict. leg. Velleia. & ibi Bartol. notat, quod non licet priuatis hominibus portare ſcarlactum, cum ſit ſpecies ſimilis purpuræ, quę prohibita eſt, vt ibi, & idem notat Bartol. in leg. ſi quis nauiculam C. de muril. leg. lib. 11. & Ioan. de Plat. in d. l. Velleia.

9 Octauo quæro. An omnibus alijs coloribus liceat priuatis viris vti? Dico, quod ſic leg. Velleia. eod. tit. de veſtib. olebor. & ibi gloſa, & notat Azo. in Summa eod. tit. vbi dicit, quod purpureus color vel rubeus ſolis Imperatoribus deputatur reliquis autem coloribus vtendi priuatis hominibus non denegatur facultas, vt leg. 3. eod. tit. Et idem dicit Ioan. de Plat. in dict. l. Velleia. Et ſic exceptis prohibitis, de quibus ſupra, licet priuatis vti omnibus alijs coloribus.

Nono quæro. Qua pœna puniantur portantes dictas ueſtes auratas
10 vel prohibitas? Reſpondeo, quod pœna extraordinaria puniűtur leg. 2. C. de veſtib. oleb. lib. 11. & ibi not. Ioan. de Plat. quod extra ordinem puniuntur portantes veſtes auratas. & frigiatas, vel ſericas, & idem vult ibi Azo. in Summa, dum dicit pœnam grauiſſimam ſtatutam, vt dict. leg. 2. & ſic cum non exprimat qua pœna, de extraordinaria intelligit, vt l. 1. §. expilatores ff. de effract. & expil. & ibi not. Bart.

Decimo quæro. An deferens veſtes alteri conuenientes teneatur
11 iniuriarum, & qualiter puniatur? Ioan. de Plat. dicit in leg. 2. C. de veſtib. oleb. lib. 11. quod portans veſtem ſordidam in ignominiam alterius teneatur iniuriarum l. veſtem ff. de iniur. & quod iniuria illa deferentis veſtes indecentes minus puniatur leg. item apud Labeonem §. ſi quis virgines ff. eodem tit. Subdit quod faciens iniuriam alteri per delationem ueſtium prohibitarum, & illi ſoli conuenientium punitur ac ſi ei in perſona fieret. Facit etiam pro ſolutione huius quæſtionis, quia ita eſt excommunicatus, qui facit iniuriam clerico in veſtibus, ſicut faciēs in perſona, de quo per Innoc. in c. nuper extra de ſent. excomm.

Vndecimo quæro. A quibus poſſint fieri dictæ veſtes auratæ, & aliæ
12 de quibus ſupra? Reſpondeo, quod a ſolis textoribus Principis qui Ginerarij vocantur leg. 1. & ibi Bartol. & Ioan. de Plat. C. de veſt. oleb. & leg. temperent eodem tit. vbi etiam Bart. & Ioan. de Plat. Quibus in locis etiam prohibentur ſtamina parari ad faciendas dictas veſtes auratas, quæ veſtes in aula regia, & non in priuatis domibus fieri debent, vt in d. l. temperent, & ibi Ioa. de Plat.

Duodecimo quæro. Qua pœna puniatur faciens dictas veſtes auratas? Reſpondeo, quod ſuper hoc ſunt duæ leges. Prima eſt l. Velleia. C. de veſt. oleb. quæ pœnam capitis imponit contrafacientibus. Secun-
13 da eſt, quæ mitigat dictam legem, & ſtatuit, quod pro præteritis veſtibus contra prohibitionem factis auferantur ab eis ueſtes, & deferantur in fiſcum non ſoluto eis prætio, quia ſatis eſt, quod remittatur ei

pœna

Digitized by Google

pœna violatæ legis dict. leg. temperent Cod. eod. titul. pro futuris vero veſtibus contra prohibitionem factis pęna capitis plectantur dict. leg. velleia. & leg. temperent, vbi Bart. & Ioan. de Platea diſtinguentes inter facta ante illam leg. & facienda poſt dictam leg. Ex qua leg. Bartol. ibi, & Ioan. de Platea notant valere ſtatutum, & prouiſionem factam à Prioribus, qua diſponunt, quod omnes ſoluentes antiquas collectas infra certum tempus liberentur a pœnis quas incurrerunt. Cum enim pro modica omiſſione collectarum ſolutionis multi incurrerint in pęnas, licitum eſt per nouam legem indulgentiam impartiri quoad præteritas pœnas non quoad futuras, ſicut ibi Imperator remittit pęnam calcatæ ideſt violatæ legis, in quam inciderunt, qui pannos prohibitos fecerunt, & emerunt, & mitigat rigorē præcedentis legis quoad pęnam præteritam, quam incurrerunt multi, contentus Imperator ibi ſola ablatione pannorum contra prohibitionem factorum non reſtituto precio, vt ibi declarat Ioann. de Platea.

Decimo tertio quæro. Cui liceat
14 portare dictas veſtes? Reſpondeo, quod olebora veſtimenta, aurata, peragaida, & murice tincta ſoli Imperatori habere licet, & illis, quibus ſpeciali beneficio Imperator conceſſerit: Aliis autem habere non licet, vel portare leg. 2. Cod. de veſt. oleb. lib. 11. Et ibi Azor. in ſumma Quibus autem id Imperator concedit, id facere credendum eſt, vt ornatiores ſint in ſui miniſtetio, vt ibi dicit gloſa, & Ioan. de Platea & notat Bald. in leg. 1. Cod. quæ res ven. non poſſ.

Decimo quarto quæro. An dictarum veſtium ſit prohibitum com-
15 mercium? Reſpondeo, quod ſic, quia, vt dicit Azor. in ſumma Cod. eodem titul. ſicut dictas veſtes priuatis cōficere non licet ita nec emēdi, nec vendendi facultas conceditur, & ita tenet gloſa in dict. leg. tempetent eodem titul. vbi dicit, quod nec alio titulo habere licet, vt leg. 1. & 2. Cod. quæ res vend. non poſſ. & not. Ioan. de Plat. in leg. final. Cod. de veſt. oleb. lib. 11.

Decimo quinto quæro. An priuatis viris liceat portare veſtes au-
16 ratas, vel alias prohibitas? Reſpondeo, quod non niſi habeant priuilegium à Principe illas portandi leg. 2. Cod. eodem titul. de veſt. oleb. & not. Bartol. in leg. 1. Cod. eodem tit. & ibi etiam Ioan. de Platea, qui dicit quod de iure non poſſunt homines ſine licentia ſuperioris portare veſtes iſtiuſmodi vel deauratas, vel frigiatas. Quinimmo nec ſericas veſtes portare poſſent, vt dicit Ioann. de Platea, & Bartol. quod tamen hodie non ſeruatur de conſuetudine talis prohibitio, vt dicunt Bartol. & Ioann. de Platea in dict. leg. 1. & Bartol. in leg. quamuis ff. de aur. & argent. leg.

Decimo ſexto quæro. An mulie-
17 res poſſint portare dictas veſtes auratas, & prohibitas? Reſpondeo, quod ſic, quia licet uiris auratas veſtes, vel peragaidas habere non liceat, mulieribus forſan non denegatur, vt leg. 2. Cod. eod. titul. ita dicit Azor. in ſumma C. de veſt. oleb. Et quamuis Azo. loquatur per verbum forſan tamen ita firmat gloſa in dict. leg. 1. eodem titu. & in leg. 2. & Bartol. in leg. 1. Cod. Null. lic. in fren. lib. 11. & Ioan. de Platea in l. 1. eodem titul. de veſt. oleb. qui dicit hoc mulieribus licere, quia ſolum prohibentur viri, non mulieres, Et in hoc mulieres eſſe melioris conditionis, quam maſculos.

Decimo ſeptimo quæro. An ſtatutum

tutum prohibens ſimpliciter veſtes auratas comptæhendat mulieres?
18 Ioan. de Platea in leg. 1. verſicul. & ideo Cod. de veſt. oleb. lib. 11. conclu dit ſtatutum prædictum vires tantum, & non fœminas compræhendere per leg. temperent eodem titu. & leg. 1. Cod. null. lic. in fren. lib. 11. vbi idem not. niſi de mulieribus expreſſam faciat mentionem, & hunc dicit eſſe casũ in quo mulieres melioris ſunt conditionis, quam maſculi, & eandem opinionem tenet Niccol. de Neap. in dict. l. 1. C. de veſt. olebor. Quod dictum refert Iaſ. in dict. leg. ſi quis id quod in princip. verſicul. quarto, & licet Iaſon. nitatur illud impugnare, tamen non puto recedendum ab opinione Ioann. de Plat. & Nicco. de Neap. propter eorum auctoritatem.

Decimo octauo quæro. An ſtatutum prohibens mulieres portare veſtes auro recamatas liget mulieres forenſes? Hanc quæſtionem primo ponit Petrus de Mathefil. in leg. cunctos populos verſicul. item nota C. de ſacr. Eccleſ. qui dicit ſtatu-
19 ta prędicta locum habere in mulieribus forenſibus, quãdo ſciunt hoc ſtatutum, ſecus ſi ignorant. Poſtea ſubdit inſpiciendam eſſe rationem ſtatuti vtrum ſit cauſa fauendi Ciuibus, & incolis tantum, ne diſſipent patrimonium ſuum in veſtibus mulierum, quæ ceſſat in mulieribus forenſibus. Et propterea ceſſante ratione ſtatuti ceſſabit etiã ipſum ſtatutum leg. quod dictum ff. de pact. cum ſim. Reliquit tamen cogitandum. Eandem quæſtionem excitat Ioannes Baptiſta de Sancto Seuerino in leg. extra territorium ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi cõcludit, quod vbi ſtatutum cõtinet aliquid, quod non eſt communiter prohibitũ per totam illam prouinciam, & non cadit in delictum de iure cõmuni, & forenſis non traxit in loco longam morã, vt puta ſi veſtes ſericas prohibeat, vel aliquam ſpeciem gemmarum, & ſimilia, nam tunc forenſis veniens contra ſtatutum ſi notitiam illius non habuerit excuſatur, quia iuſta fuit ignorantia leg. final. ff. de decr. abord. fac. & in capitul. vt animarum de conſt. lib. 6. & leg. generali C. de tabul. lib. 10.

Decimo nono quæro. Quid ſi ſtatutum prohibet portari veſtes nouas, An ſi quis ex antiqua nouam veſtem facit pęnam incurrat? Hanc quæſtionem ponit Ioannes Baptiſta de Sancto Seuerino in leg. admonendi column. 6. verſicul. in textu ibi nouo ff. de iureiur. in terminis ſtatuti Senenſis volẽtis, quod nulla mulier poſſit portare veſtem nouã faldaram, ſub pœna centum librarum; Et cum quędam mulier ex antiqua veſte fieri feciſſet veſtem nouam faldatam, & illam portaſſet, & quærebatur an pęnam incurriſſet &
20 dicit reperiſſe deciſum, quod non incurrerit pęnam, quia quando non mutatur ſubſtantia, licet mutetur qualitas non dicitur eſſe nouam, vt habetur in leg. 1. ff. de vſufr. accreſc. Et ideo dictum ſtatutum pœnale, & correctorium eſſe intelligendum de veſte omnino noua, cum maius damnum ſit in veſtibus omnino nouis, quam in antiquis. Subdit tamẽ Ioan. Baptiſt. præfatus quod ita dicere eſt dare occaſionẽ fraudibus, Et dicitur, quid nouum ſecundum ſubiectam materiam l. 1. §. qui opus ff. de nou. oper. nunc.

Vigeſimo quæro. An tale ſtatutum includat veſtes ante ſtatu-
21 tum factas? Dico, quod ſic, adeo quod illas portans licet ante conditum ſtatutum factas punitur pœna prohibentis portare veſtes prohibitas. Ita determinat Bal. in leg. omnes populi column. 8. ff.

de

Digitized by Google

de iuſt. & iur. damnatur enim vſus
dictarum veſtium, quod futurum
tempus reſpicit, vt tenet gloſa, &
Imo. ibi in Clemen. 2. de vit. & hon.
cler. refert & ſequitur Fely. in cap.
quoniam col. 10. verſ. & per illam
gloſam extra, de conſt. & Hippo. in
ſua Pract. crim. §. ſecunda quæſtio
col. 10. verſ. & faciunt.

Vigeſimoprimo quæro. An tale
ſtatutum includat facientem veſtes
prohibitas, & illas non portantem?
Domi. de Sancto Gemin. in cap. aua
ritiæ colum. penult. verſic. & not. de
electio. lib. 6. determinat quod nõ,
22 quia vbi conſtitutio imponit pœ-
nam exercenti actum faciens, &
non exercens non incurrit conſtitu-
tionis pęnam, quod dicit notandum
pro conſtitutionibus, quæ impo-
nunt pœnam portantibus veſtes
prohibitas, quia licet aliqui fieri fa-
cerent tales veſtes, & in domo ha-
berent non tamen portarent non in-
currunt pęnam. Et ſequitur dictam
Domi. deciſionem Felin. in Tracta.
de Conat. col. pen.

Vigeſimoſecundo quæro. Statu-
tum prohibet mulieres portare ve-
ſtes auratas, & inuentas puniri vult
certa pœna: An ſi fuerint viſæ ſed
non apprehenſæ pœnam incurrant?
23 Reſpondeo, quod non, quia requi-
ritur appręhenſio, vt in l. ſi barſato-
rum. C. de fideiuſ. & not. Alex. &
Iaſ. in leg. 3. §. Neratius ff. de ac-
quir. poſſeſſ. & notat Bald. in leg.
item lapilli in fine ff. de rer. diu. &
ita concluſi ſupra lib. 2. in Tit. de
Gemmis.

Vigeſimotertio quæro. Quid ſi
mulier vno eodemque die fuerit plu
ries inuenta portare veſtes prohibi-
tas, an vna, vel pluribus pœnis pu-
niatur? Baldus in l. quicunque C.
de ſeru. fug. col. 2. dicit quod ſemel
tantum puniatur, quia ratione con-
tinuationis pro vno delicto reputa-
tur, & quia non eſt propriè delictũ
ſed quædã abuſio ſecundum Cy. in
quodam conſilio, & ita etiam dicit
Bartol. Veron. de ſeruit. ruſticor.
præd. in Tit. de ſeruit. aquæductus
in 6. q.

Vigeſimoquarto quæro. Quid ſi
ſtatuto caueatur, quod panni foren-
ſes auro cõtexti reperti applicentur
fiſco pro dimidia & pro alia Docto-
ri exequenti. An pęna ſtatuti locum
habeat ſi non fuerunt actu appræ-
henſi? Alex. conſil. 216. Ponderatis
25 lib. 6. dicit, quod non, quia tunc di-
cuntur reperti, quia ſunt actu apprę
henſi per leg. ſi barſatorum. C. de fi-
deiuſ. & quod notat Bald. in l. 1. in
fine ff. de rer. diu. & quod notatur
per Doctores in leg. 3. §. Neratius
ff. de acquir. poſſ. Et ſubdit duo, Pri-
mum, quod panni conducti actu
non reperti poſt quinquenniũ ven-
dicari non poſſunt a fiſco per l. ne-
que. C. de vect. & comm. & notat
Bart. in l. commiſſæ in fine ff. de pu-
blica. Secundum, quod pręmium
quod datur inuentori a ſtatuto tunc
aliquis conſequi debet cùm inuene
rit & probauerit inueniſſe Dominũ
pannorum per notata per glo. &
Ioan. de Imo. in leg. ſi prius ff. de
oper. nou. nunc. vbi dicit, quod ſi
ex forma ſtatuti, vel legis quis de-
bet aliquod præmium conſequi, ſi
tale quid egerit debet intelligi, ſi
egerit, & probauerit. Allegat
quod notat gloſa in leg. prima in
princ. ff. ſi quad. paup. fec. dicat.
Eridem tenet ibi Ludou. Roman.
in addit. nouis vt refert Alexan. in
dicto conſil. in quo conſuluit, quod
decretum Dominorum Venetorũ,
quod panni Mantuani, qui reperti
fuerint conducti in eorum Domi-
nio inciderent in commiſſum, non
haberet locum, niſi fuerint actu ap-
præhenſi, vt latius in d. conſ.

Vigeſimoquinto quæro. Quid

Digitized by Google

ſi ſtatutum prohibeat, ne vxor alicuius, qui non habeat quinquaginta in bonis poſſit portare manicas ſericas: An ille qui bona aliena facit deſcribi, vt ſua, incidat in pœnã?
26 Firma. in Tracta. Gabella. in ſeptima parte quæſt. 20. concludit, quod ſic, ex his quæ allegat ibi, dum dicit, quod exemptus, qui dicit bona obligati eſſe ſua, eaſque emi facit nomine ſuo, non iuuat illi, quia bona debent confiſcari, vt not. Bartol. in leg. 1. Cod. de Nauic. non excuſ. lib. 11. quæ faciunt contra multos qui cum non habeant in æſtimo communis quinquaginta, & propterea ſunt prohibitæ ipſorum vxores portare manicas ſericas ſub pœna decem florenorum, faciunt ſibi in ſuo æſtimo deſcribi fundum conſanguinei, vel amici, tanquam emptum ab ipſo, cum re vera venditio & deſcriptio in cataſto ſit facta ad effectum vtẽdi manicis ſericis, quia incidunt in pœnam ſtatuti prędicti. Et ita ſe ſæpè conſultum dicit reſpondiſſe. Quibus adde notata per Bald. in leg. ſacroſanctæ Cod. de ſacroſan. eccle. vbi idem tenet.

Vigeſimoſexto quæro. Quid ſi maritus legat vxori veſtes ſuas: An cedant vxori veſtes auratæ prohibitæ portari per ſtatutum? Bartol. in leg. 1. Cod. null. lic. in fren. lib. 11. quem ſequitur ibi Ioan. de
27 Plat. dicit, quod non veniunt in legato dictæ veſtes prohibitæ, quia cum ſint prohibitæ non ueniunt appellatione veſtium ſicut, nec reproba pecunia ſub pecuniæ nomine continetur leg. eleganter §. qui reprobos ff. de pign. actio. Et quia non poſſunt dici mulieris cauſa, parata, quæ eius cauſa prohibita ſunt licet alias ſtatuto ceſſante compræhenderentur leg. veſtis §. 1. ff. de aur. & argen. legat. & idem notat Bartol. in leg. quamuis ff. eod. tit. Præcedit tamen præſens concluſio quando veſtes eſſent perpetuo prohibitæ, alias ſecus, vt firmat Bald. in leg. cum te ſponſæ q. pen. Cod. de don. ante nupt. & Ang. Aret. in Tracta. de teſtam. in verbo. Item reliquit uxori ſuæ omnes pannos verſ. ſecundo aduertas.

Vigeſimoſeptimo quæro. An debeatur æſtimatio uxori veſtium prohibitarum, quando veſtes non cedunt legato? Bald. in leg. 1. Cod.
28 de cond. ob cau. uoluit, quod debeatur æſtimatio, & idem dicit Ludou. Roma. in leg. multum ff. de verb. oblig. qui ita declarat notata per Bartol. in leg. 1. Cod. null. lic. in fren. lib. 11. Et idem concludit Ang. Aret. in Tract. in uerbo præallegato, & Franc. de Crem. not. 63.

Vigeſimooctauo quæro. An prohibitis veſtibus friſiatis, vel recamatis dictæ veſtes cedant legato remoto friſio vel recamatura? Bald. in dict. leg. cum te ſponſæ ad finem dicit, quod remanet validum legatum in veſtibus cum friſiaturæ, picturæ & huiuſmodi recamaturæ re-
29 moueri poſſint a veſtibus: Et idem not. Ang. Aret. in d. Verbo, & omnes pannos verſ. & idem, quia adiũctum poteſt a ſubiecto ſeparari.

Vigeſimo nono quæro. An legatis veſtibus cedant legatario aurum recamatum, perlæ aliaque pręcioſa ornamenta conſuta veſtibus? Re-
30 ſpondeo quod ſic, vt determinat Bart. in leg. cum aurum verſ. planè ff. de aur. & arg. leg. Bald. in dict. leg. cum te ſponſæ in fine Cod. de don. ante nupt. & Ang. Aret. in loco allegato verſ. ſed quid ſi teſtator per tex. in dict. leg. cum aurum §. planè & ibi Bart. Et idem not. Alex. in l. ſi quis in fundi vocabulo in 4. notab. ff. de leg. 1. & Cappella Toloſan. quæſt. 387. in addit.

Trigeſimo quæro. Maritus legat

vxori

vxori veſtes ſuas ipſa petit omnes, dicens, quod illas habebat tempore teſtamenti, hæres negat: cui incumbit onus probandi? Bald. in l. fin. §. fin. Cod. de appellat. dicit incumbere onus probandi ipſi vxori agenti,
31 quia cum ipſa fundet intentionem ſuam in tempore, debet illud probare leg. eum actum cum ibi not. ff. de negoc. geſt. Et ita in terminis decidit Ludou. Roman. in leg. non ſolum §. ſed vt probari ff. de oper. nou. nunc. in addit. nouis, & idem latius diſputat & tenet in leg. in illa ff. de verb. oblig. Et Alex. conſil. 59. Viſis verbis dicti inſtrumenti verſ. quantum autem lib. 6.

Trigeſimoprimo quæro. Quid ſi maritus legat vxori veſtes ſuas recamatas, vel ſericas, & ſuperuixerit, & illæ conſumptæ ſint, & aliæ factę. An ipſæ cedant legato? Bart. in leg. ſi ita q. penul. ff. de aur. & arg. leg. concludit, quod aut teſtator fecit alias veſtes, & primæ ſuperſunt,
32 quod illæ additæ, & de nouo factæ non ſunt vxoris: ſed ſi primæ ſint conſumptæ, & aliæ factæ de nouo loco primarum, tunc tales veſtes de nouo factæ cedunt loco primarum, & debentur uxori, allegat leg. fin. §. fin. ff. de lib. leg. & leg. filio ff. de condit. & demonſt. ſequitur Angel. Aret. in loco ſupra allegato verſic. quæro teſtator, nam cũ dicat ſuas, intelligitur de illis, quæ erant tempore teſtamenti conditi, & non tempore mortis leg. ſi ita ff. de aur. & arg. leg. niſi in caſu de quo ſupra, quando loco primæ ſit alia facta, vt dicit Bart.

Trigemo ſecundo quæro. Maritus dixit lego vxori meæ cameram meam, & omnes res, & gioias, quibus vtitur, & omnia mobilia ſupellectilia quæ reperiantur eſſe in bonis meis tempore mortis meæ: An res & gioiæ & alia quæ facta fuerint poſt teſtamentum cedant legato? Super iſto dubio conſuluit Iacobus Butrig. conſil. 17. quidam legauit, & dixit conſiderandum eſſe. Primo quod verbum præſentis temporis non porrigitur ad futura leg. vxorem §. teſtamento ff. de legat. 3. leg. prædijs, & leg. prædia §. penultimo, & leg. finali, & leg. Lucius ff. de fund. inſtrum. Secundo, quod dictio meum, & ſimilia pronomina reſtringuntur ad præſens tempus teſtamenti, vbi de alienatione, vel graui præiudicio quæritur, vt leg. ſi ita ff. de auro, & argen. leg. & leg. finali. Cod. quæ res pign. oblig. poſſ. Ex quib. arguitur, quod legatum reſtringi videatur ad tempus teſtamenti. Dum enim in ipſo dicatur Cameram meam, & omnes res & gioias quibus vtitur propter ſtrictam ſignificationem dictionis *mei*, & verbi *vtitur*, videtur reſtringi ad tempus teſtamenti. Sed prout notat gloſa in dicta lege Lucius ſoluendo contraria dictarum legum in legato quod eſt totum integrale, ſiue vniuerſitatis nomen vel quaſi videlicet in equitio, in armento, in peculio, & inſtrumento fundi conſideratur ad tempus mortis vt dict. leg. prædijs & dict. leg. prædia, & leg. Lucius, ſed in alijs tempus teſtamenti; Cum igitur dicat cameram meam, videtur dicere, & ponere quoddam totum & pariter cum dicat res quibus vtitur & gioias, videtur ſe referre ad inſtrumẽti appellationem,
33 id eſt ſicut ipſa domina inſtructa erat per quod colligi poteſt tempus mortis, vt dict. l. Lucius, & leg. prædia & idem de eo mobilibus eſt dicendum.

Trigeſimotertio quæro. Quid ſi maritus legat vxori veſtes ſuas. An comprehendantur etiam feſtiuæ?
34 Reſpondeo, quod ſic ſecundum

Digitized by Google

Bart. in l. medico §. vxori ff. de aur.
& arg. leg. per illum textum, & ita
tenet Ang. Aret. in dicto verb. Et
omnes pannos verſ. & bene nota, &
in verſ. ſecundo. Quid ſi teſtator.

Trigeſimoquarto quæro. Quid ſi
maritus leget vxori veſtes, quas ha-
bebat in domo; An veniat etiam ve-
ſtis inciſa penes ſutorem exiſtens?
Bald. in l. ex facto §. rerum autem ff.
de hær. inſt. per illum textum deci-
dit, quod ſic, quia tales veſtes vi-
dentur eſſe in domo propter deſti-
35 nationem teſtatoris, & propter fi-
nalem eius intentionem, & propo-
ſitum. Sequitur Bald. Franc. de Cre-
ma in ſuis notab. not. 62. teſtator
legauit Iaſ. in l. cætera §. ſi quis para-
uerit in fine ff. de leg. 1. & Cappella
Toloſana in ſuis deciſionibus de-
ciſ. 387.

Trigeſimoquinto quæro. Quid ſi
maritus mandat vxorem ſuam ve-
ſtiri, quibus veſtibus veſtienda ſit?
Dicit Bald. in l. 1. col. fin. C. de leg.
quòd intelligitur de veſtibus vidui-
lib. & ſecundū conditionē uiduarū
36 arg. l. quidam cum filium ff. de ver-
bor. oblig. etiam ſi teſtator dixiſſet
quod tractarent eam honorificè,
prout ipſe tractabat, & ſequitur ibi
Salyc. & Ang. Aret. in dicto verbo.
Item reliquit uxori ſuæ lectum.

Trigeſimoſexto quæro. Quid ſi
mandat teſtator vxorem ſuam ve-
ſtiri, an intelligatur de primis veſti-
bus tantum, an ſucceſſiuè de alijs?
Bald. in leg. 1. columna 2. Cod. de
37 fideicomm. decidit, quod quolibet
anno debet veſtiri, ſi mos teſtatoris,
& conſuetudo teſtatoris expoſce-
bat, alias ceſſante conſuetudine pri-
mis veſtibus factis, & conſignatis
ab hæredibus non debet iterum ve-
ſtiri, & ſequitur Alexand. in leg. di-
uortio. §. quod in anno ff. ſolut. ma-
trim. dicens hoc eſſe valdè notan-
dum, quia ſæpè accidit in facto. Et
idem tenet ibi etiam Iaſ.

Trigeſimoſeptimo quæro. Quid
de veſtibus recamatis, & alijs veſti-
bus præcioſis & feſtiuis factis per
virum vxori an ſint reſtituendæ hæ-
38 redibus viri? Reſpondeo, quod
ſunt illis reſtituendæ, & non ce-
dunt vxori, quia non cenſentur
donatæ leg. ſed ſi vir ex lana ff. de
donat. int. vir. & uxor. ita determi-
nat. Bart. in leg. penul. §. 1. ff. ſolut.
matrimon. & in leg. ſi mulier §. ſi
vir. ff. de donat. inter vir. & vxor.
& in conſilio 50. Philippus Petri,
& tenet Alexand. in dict. leg. penul-
tima, & eſt communis concluſio
Doctorum, vt dicit Corn. conſil. 81.
Primus conſultationis articulus lib.
1. tenet Bald. in leg. cum te ſponſæ
Cod. de donat. ante nupt. Tancred.
de Corn. in compend. in Rubr. 11.
quæſt. 8. in fine Ang. Aret. in §. fue-
rat columna 24. verſic. ex quo ſe-
quitur. Inſtit. de actio. Secus tamen
eſt in veſtibus quotidianis, quia
iſtæ ſunt vxoris, nec ſunt reſtituen-
dæ dict. leg. ſi mulier §. ſi vir & ibi
Bart. tenent Bartol. Alexand. & Do-
cto. in dict. leg. penult. §. 1. ff. ſol. ma-
trim. Bald. in dict. leg. cum te ſponſę
Aret. in dict. verſ. Ludou. Roma. in
conſil. 146. iſta quæſtio vulgaris in
primo dubio. Petr. de Anch. in con-
ſil. 181. in prædicto dubio. Corn. in
d. conſ. 81. Bald. in auth. ex teſtamē-
to columna 12. Cod. de collat. Guill.
de Peruſio in conſil. incip. Ser Lip-
pus. Cappella Toleſana deciſ. 336.

Trigeſimooctauo quæro. Quid ſi
maritus legat vxori veſtes ſuas an
etiam cedant veſtes ſericæ? Dicas
quod in legato compræhenduntur
39 etiam veſtes ſericæ l. veſtis an veſti-
menta §. 1. ff. de aur. & arg. leg. vbi
eſt tex. & ita dicit Ang. Aret. in dict.
ſuo Tract. in verb. Itē reliquit eius
vxori omnes pannos in verſ. quæro
Teſtator.

Tri-

Digitized by Google

Trigeſimo nono quæro. Quid ſi maritus legat vxori pannos lineos, & laneos, An cedat etiam legato pannus non inciſus? Dicas, quod
40 veniunt etiam panni contexti, & incepti ad hoc, vt inde fiant veſtimenta leg. veſtimenta, & ita ibi notat Bartol. ff. de aur. & argent. legat. & Angel. Aret. in loco proximè allegato verſicul. ac etiam, ubi dicit, quod ſi legantur veſtes venit pannus etiam non inciſus vel veſtis, ſi modo ille pannus erat factus, uel deſtinatus ad hoc, vt fieret ex eo veſtis uxori leg. ueſtimenta ſupra allegata & ibi Bartol. & idem Bart. in l. diuus ff. de bon. damna.

Quadrageſimo quæro. Maritus legauit vxori ſuę omnes res, pannos lineos, & laneos aliaque ſupellectilia domus: Quæritur an illa qualitas, domus, poſita in fine orationis referatur etiam ad illud legatum vniuerſale omnium rerum, ita vt illud legatum reſtringatur, & res tantum domus legatæ uideantur? Reſpondeo, quod legatũ comprehendit omnes res domus, Et aliæ res, quæ eſſent extra domum, legato nõ includuntur: Primo, quia in eadem
41 oratione omnia comprehenduntur, vnde ſuccedit, quod qualitas adiecta in una re ex pluribus copulatis in eadem oratione ad omnes alias porrigatur, ut notat Bartol. per illum textum in leg. Seię. §. Gaio ff. de fund. inſtru. & in leg. ſi ita ſtipulatus §. Griſogonus ff. de uerborum obligat. dum allegat dict. §. Gaio. Secundò, quia teſtator in dubio uidetur minus grauare hæredem quam poſſit leg. unum ex familia. §. ſi rem ff. de leg. 3. & legatum debet ſtrictè interpretari, & ſic illa qualitas domus ad omnia præcedentia referenda eſt, ut legatum minuatur & in ſimili eſt textus in capit. ubi periculum §. nulli de elect. lib. 6. ubi Domin. Tertio adhoc allegat Oldrad. conſil. 8. Quidam paterfamilias, ubi dicit, quod ultima clauſula habens adiectionem certi loci, minuit eum, & effectum generalis legati præcedentis, & arctat ad locum ſpecialiter comprehenſum allegat textum in l. nam quod. §. final. ff. de pen. leg. & leg. quęſitum §. 1. ff. de leg. 3 iuncto ſecũdo, & ultimo reſponſo cum gloſa optimè probatur qualitatem loci poſitam in ultimo legato omnia alia legata præcedentia reſtringere, qui textus uidetur loqui in diuerſis orationibus; unde multo fortius procedit in caſu iſto in quo omnia legata in eadem oratione penũtur. Quarto allegat textum in leg. hæres. §. uxori ff. de leg. 3. ubi plura legata facta fuerunt uxori, & in ultimo fuit adiectum, quod eius cauſa paratum eſſet. Et ſecũdum iſtam qualitatem, quæ ultimo legato apponitur, omnia præcedentia determinantur: Et hoc idem probatur in leg. Aurelius. §. teſtator ita ſcripſerat ff. de lib. leg.

Quadrageſimo primo quæro. An aurum, vel claui aurei ſeparati à ueſtibus cedant in legato ueſtis? Reſpondeo, quod aureum & claui aurei non conſuti ueſtibus, parati ipſarum tamen cauſa, principaliter ueniunt in legato ue-
42 ſtis, ſecus ſi eſſent parati gratia mulieris principaliter, quia non cedunt legato leg. argumento. §. 1. ff. de aur. & argent. leg. Ita dicit Bart. in d. leg. cum aurum §. planè eod. tit. & ſequitur Angel. Aret. in d. leg. ſupra allegato uerſic. ſed non uenit licet maioris præcij ſit aurum, quod apponitur ornandi cauſa, quam ipſa ueſtis, ut concludit Aret. ibi per leg. & ſi non ſint §. perueniamus ff. eodem titul. ita notat Bartol. in dict. §. plane per illum textum & Bald. in leg. cum

Digitized by Google

te ſponſæ C. de donat. ant. nupt. & Imo. in l. 4. ff. de leg. 1. vt refert Ang. Aret. loco prædicto.

Quadrageſimo ſecundo quæro. Quid ſi teſtator mandat fieri in Eccleſia vnam planetam, An debeat
43 fieri ſerica? Dicas, quod ſic, quia licet ſimpliciter legauerit, & non expreſſerit de quo fieri debeat, intelligitur tamen, quod fieri debeat ſerica. Ita determinat Bartol. in l. Titia ff. de aur. & arg. leg.

Quadrageſimo tertio quæro. Quid ſi maritus legauit vxori lectũ, an etiam legato cedat cultra ſerica, & feſtiua? Bartol. in leg. librorum §. fin. ff. de leg. 3. determinat, quod veniunt omnia ornamenta feſtiua & non feſtiua, & ſic cultra ſerica, qua feſtiuis diebus teſtator vti ſolebat,
44 Et idem notat Bar. in leg. medico §. vxori ff. de aur. & argen. leg. Et licet contrarium teneat Bald. in l. 1. in fine C. de legat. verſicu. & idem dico, opinioni tamen Bart. adhæret Ang. Aret. in d. Tracta. de Teſtam. in verbo item reliquit dictæ eius vxori locum, Et tangit eandem opinionem Iaſ. in l. ſtip. §. hi qui ff. de verb. obli.

Quadrageſimo quarto quæro. An mulier vidua debeat veſtiri pannis viduilibus expenſis hæredum viri? Primo in hac quæſtione Petr. de Matheſilla in leg. decreto. C. de his qui not. infam. dicit iure cautum non eſſe, quod mulier debeat ab hæredibus viri veſtiri dictis pannis, niſi eo caſu quo hæredes tenentur ſal-
45 tem in ſubſidium infra annum præſtare alimenta mulieri viduæ, ita in ſubſidium teneantur dare veſtes, quæ veniunt appellatione alimentorum, leg. verbo victus ff. de verb. ſignific. & ita firmant ibi Mod. Senenſes, dicentes, quod hæredes tenentur facere veſtes nigras, & vela mulieri, ea præſertim ratione, quia infra annum tenentur eidem præſtare alimenta, quorum appellatione veniunt veſtes l. 1. §. ex actio. C. de rei vxo. actio. Et ibi Cyn. & dict. l. verb. victus ff. de verb. ſignificat. Secundo Ang. Aret. in §. fuerat colum. 25. verſ. debet etiam Inſtit. de actio. dicit, quod debet mulier veſtiri prædictis pãnis lugubribus, ac velis expẽſis hẽredũ viri, viro mortuo, iuxta qualitatẽ perſonarũ, & quantitatẽ patrimonij dũmodo in regione ita ſe habeat cõſuetudo, alioquin hęredes viri ad iſtã expenſam non tenentur, vt notat Bald. & Ang. in d. l. decreto, vbi Bald. ſubdit mulierem in vitam cogi non poſſe ad induendum ſe dicto habitu nigro. Tertio, quod conſuetudini ſtandum ſit cõſuluit Marcus Angelelli de Peruſio in conſi. incip. viſo puncto, vbi atteſtatur conſuetudinem eſſe, quod viduilibus veſtiantur, & ad id aſtringi poſſe hæredes viri. Quarto reperio, quod Saluſtius de Peruſio in conſi. incip. in cauſa nobis commiſſa firmat quod de iure tenentur hæredes viri ad pręſtanda dicta viduilia, & allegat Ang. de Peruſ. & Imo. in leg. ſi ex re ff. de ſtip. ſeru. expreſſe dicentem, vxorem veſtiri debere pannis viduilibus expenſis hæredũ mariti, & dicit, ſe ita plures conſuluiſſe: facit tamen mentionem Saluſtius de communi conſuetudine Italiæ, quod mulier veſtiatur pãnis nigris, & concludit, quod ſi mulier proprijs expenſis veſtiat ſe pannis viduilibus, cum gerat vtiliter negocia hæredum viri poteſt repetere expẽſas a dictis hęredibus. Quinto Ioannes Baptiſta de Santo Seuerino in dict. leg. decreto Imol. in dict. leg. ex re, quod tempore Digeſtorum videbatur eſſe in vſu, quod tota familia defuncti iret induta veſte lugubri, & illum ſumptum veſtium gloſa ibi appellat sũptum funebrem pertinentem ad hęredis

redis onus: Et ſubdit Imo. ſe plures conſuluiſſe, quod veſtimenta vidulia tradita vxori tempore luctus, & funeris mariti per hæredes imputarentur hæredibus, & non in ſummam dotis: refert etiam Ang. in d. l. ex re dicere, quod vxor debebat deferre per annum, qui dicitur annus luctus arg. not. in l. 2. C. de ſecund. nupt. poſt tempus verò anni luctus dicit. quod non tenetur deferre, niſi conſuetudo regionis alia ſit. Iſta ſunt verba Ang. cum quibus tranſit Imol. vt dicit Ioa. Bapt. Sextò reperio Nellum de Sancto Geminiano in d. l. decreto, qui dicit, quod vbi ſit conſuetudo, quod veſtiantur pannis lugubribus, vt eſt in Ciuitate Florentiæ, tales veſtes reſpiciunt expenſas funeris, & ideo pertinent ad hæredes viri, non autem computantur in dotem, allegat Ang. in d. l. ſi ex re; Et ſubdit Nellus, quod ita plures reſpondit non modo in pannis vidualibus, ſed etiam in alijs, cum quibus vxores ruſticorum lugent virum mortuum ex earum conſuetudine, & ad domum patris reportant; ad quod optimè facit dicta l. decreto; licet enim remittatur habitus triſtior ex conſuetudine, non tamen remittitur luctus, in quo luctu vtuntur veſtibus melioribus pro lugubribus, vt dicit Nellus in d. l. decreto, quem retuli, quia à paucis habetur lectura ſua.

DE
CAVSA FINALI MINERALIVM.
Liber Quartus.

SVMMARIA.

1 *Finalis cauſa eſt propter quam aliquid fit.*
2 *Finis eſt duplex, euentus, & intentus.*
3 *Finalis poſita vel ſublata, ponitur ſeu aufertur effectus. Impulſiua vero non itidem.*
4 *Finalis reſpicit futurum, Impulſiua præteritum.*
5 *Finalis influit in omnem effectum, Impulſiua non.*
6 *Cauſæ appellatione venit finalis.*
7 *Cauſa ceſſante in actu perfecto non ceſſat effectus, in conſumato ceſſat.*
8 *In vno actu plures cauſæ concurrere poſſunt.*
9 *Non tamen omnium conſenſus requiritur.*
10 *Cauſa finalis generationis mineralium eſt forma.*
11 *Quare generentur eſt humana vtilitas.*
12 *Quare quærantur eſt priuata vtilitas quærentium.*
13 *Iuridica tractationis propinqua eſt Iuſtitia, remota humana fœlicitas.*
14 *Addiſcentium, & docentium vel componentium finis eſt uel gloria, uel prudentia, uel ſuperbia, uel auaritia, uel Charitas.*
15 *Hæc poſtrema mouit authorem ad tractatum hunc conſcribendum.*
16 *Tractatio huius materiæ eſt duplex Vtilitas publica, & priuata.*

EX-

EXpeditis tribus principalibus partibus reliquum eſt, vt de quarta parte agamus in qua de cauſa finali tractandum eſt. Videndum eſt autem loco præfactionum,

Primo quæ ſit cauſa finalis. Secundo quotuplex ſit finis. Tertio an finalis cauſa, & impulſiua differant inter ſe. Quarto an cauſa præſumatur finalis indiſpoſitione legali. Quinto an finali cauſa ceſſante ceſſet effectus. Sexto an plures cauſæ concurrere poſſint. Septimo an requiratur omnium cauſarum concurſus. Octauo quæ ſit mineralium cauſa finalis. Nono quis de ipſa modus agendi.

1 Circa primum dico, quod cauſa finalis eſt, cuius cauſa aliquid fit, vt ambulandi ſanitas, vnde ſi quæratur propter quid aliquis ambulat dicimus, vt ſanitatem conſeruet. Et ita dicentes opinamur aſſignaſſe cauſam vt dicit Ariſt. 2. Phyſico. tract. 3. cap. 1. & Anr. de Butr. in Rubrica proœm. Gregor. col. 10. Et hæc eſt potiſſima cauſa aliarum cauſarũ, vt dicit Philoſophus, & Diuus Thomas 1. 2. q. 1. art. 1. & Bald. in l. generaliter in 2. oppoſit. C. de epiſc. & cleric. in l. eam quam veiſ. item nota C. de fideicomm. vbi dicit quod eſt finis aliarum cauſarum. Quodcunque enim agimus, propter finem agimus vt dicit idẽ Diuus Thomas eadem parte, & q. ar. 1. & 6. & Bald. in l. 1. C. de falſ. cau. adiect. lega. vbi dicit, quod cauſa finalis eſt obiectum intellectus, ſicut ſignum eſt obiectum viſus & portus eſt obiectum nauigantium. Finis enim vt dicit Ioa. Imo. & refert Ant. de Butr. in loco ſuperius allegato eſt cauſa cauſarum in intentione, & effectus in executione 35. diſtinct. Cod. ab exordio, & Cod. ſexto die. Nam ſi domus eſt, vt dicit Anto. de Butr. vbi ſupra, ut protegat a pluuia, & vento, hic finis mouet efficientem, efficiens præparat materiam, præparata materia deducit ad formam, ex quibus finis perducitur vt finalis effectus cauſarum.

Circa ſecundum. Quotuplex ſit finis, dicit Interpres ad Ariſtot. 2. Phyſico. præallegato capit. primo, quod finis eſt multiplex, ſcilicet finis euentus, & finis intentus. Finis euentus poteſt eſſe malus, &
2 apparere malus. Finis intentus poteſt eſſe duplex, ſcilicet finis generationis, & finis rei generatæ. Finis generationis eſt forma, & finis rei generatæ eſt duplex ſcilicet quidam primaria intentione, & quidam ſecundaria intentione, & vterque eſt duplex videlicet quo & quod. Quo eſt viſio Dei, & Quod eſt ipſe Deus: & hoc primaria intentione. Secundaria intentione vt habitus virtutis eſt quo & operari eſt quod. Conſiderant etiam Ant. de Butr. & Abb. in d. Rub. proœm. Gregoriani diuerſos fines vt dicam infra in verſ. circa octauum.

Circa tertiũ dico. Primo cauſam finalem ab impulſiua differre, quia aliqua cauſa finali poſita ponitur effectus & illa ceſſante ceſſat c. cum ceſſante extr. de appel. nor. Tãcred. in Compend. Rub. 2. q. 3. in fine, & ideo notat Bald. in l. 1. C. qua non pet. part. quod cauſa finalis eſt intel
3 ligenda illa, qua poſita in eſſe ponitur voluntas diſponentis & ea ceſſante ceſſat cõſenſus. Sed cauſa impulſiua ceſſante non ceſſat effectus l. 1. §. ſexũ ff. de poſtul. vbi Calphurnia dedit cauſam edicto, & tamẽ ipſa ceſſante nõ ceſſat diſpoſitio, vt ibi per Paul. Caſt. in lect. Florent. vt ibi per Paul. Caſtr. in lect. Florent. Vnde dicit Abb. in d. Rub. proœm Gregor. quod finalis dicitur propriè cauſa, impulſiua autẽ impropriè, & quod

impul-

impulſiua poteſt eſſe multiplex, quemadmodum varijs hominesmo uentur, vt dicam infra verſic. infra octauum. Secunda differentia eſt inter finalem & impulſiuam, quia finalis reſpicit futurum, vt eſt ratio legis, impulſiua vero eſt de præterito qua impellimur ad diſponendū, vt eſt ratio legis: & non eſt neceſſe veram eſſe cauſam impulſiuam in ſtatutis & legib. ſiue vniuerſalibus, ſiue municipalibus: nec poteſt opponi quod non ſit vera; vt dicit Bar. in l. demoſtratio falſa §. quod autē. quæſt.8 ff. de cond.& demonſtr.& in l.2. ff. de donat. & in l. extrauag. Ad reprimendum in verbo, Ne ex eorum, vbi dicit ſecus eſſe, ſi Princeps particulariter reſcriberet, quia tunc factum vnum, ſuper quo ſcribitur, poteſt eſſe cauſa finalis l. præ-
5 ſcriptione C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Tertia differentia eſt quia cauſa quæ per ſe non influit in omnem effectum incluſum ſub diſpoſitione præſumitur impulſiua, ſed illa quæ influit per ſe in omnem effectum, dicitur finalis, vt dicit Bald. in leg.1. colum.8. ff. ſol. matrim. Et vbi ratio eſt ſpecialis, & diſpoſitio generalis cenſetur impulſiua vt dicit Bald. in leg. generaliter ff. de epiſc.& cler.& Domi. in cap. quoniam de immun. eccl. lib.6. Nec eſt bona ratio finalis ſi ſit ſtrictior dicto, quia ratio debet eſſe generalior dicto vt not. glo. in l. fin. de offi. procur. Cæſar prout fuit in leg.1.§. ex uno ff. de poſtul. ita dicit Corn. in conſil.35. ſemper mihi uiſa fuit in princ.2.col. lib.3.

Circa quartum dico, quod in dubio cauſa legis cenſetur finalis, vt
6 dicit Bart. in d.leg.2. ad finem ff. de donat.& eſt glo. in l. cum tale §. falſam ff. de cond.& demonſtr. Ant. de Butr. in cap. poſt tranſlationem de renunc. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. ne ex eorum. Domi. in cap. quoniam de immun. eccleſ. lib.6. Philipp. de Peruſ. in cap. cum ceſſante de appellat. vbi concludit, quod ſi cauſa apponitur in iure vel in ſtatuto, in narratione vel in proœmio legis tunc in dubio omnis cauſa præſumitur finalis, allegat gloſa in §. dict. falſam. Quod tamen limitat niſi largius poſtea conſtitutio loquatur in diſpoſitione quam in narratione, ſeu quam cauſa fecerit in narratione expreſſa, quia tunc præſumitur potius impulſiua quam finalis: ex quo poſtea largius ipſa conſtitutio diſponit ita dicit Ioan. And. in dict. ca. quoniam de immunit. eccleſ. & ibi ſequitur Dom. Et colligitur ratio legis vel ſtatuti ex ipſius præfatione l. fin. & ibi Bart. ff. de hæred. inſtit. leg.1. & ibi not. Bart. ad Macedon. & in extrauag. ad reprimēdū in verbo ne ex eorū.

Circa quintum. An cauſa finali ceſſante ceſſet effectus. Dico quod
7 ſic. c. cum ceſſante de appellat. leg. generaliter & ibi Cyn.& Bald. C. de epiſc.& cle. ſed latius Bart. in leg.2. §. fin. in fine ff. de donat. dicit quod accipiendo cauſam pro ratione, ſi quæritur cauſa an ipſa ceſſante ceſſet effectus dicendum eſt, quod aut eſt actus perfectus, & ceſſante cauſa non ceſſat effectus l. fin. ff. vnde lib. aut eſt conſummatus, & tunc, aut ſuperſunt reliquię, & non ceſſat effectus leg.2. ff. rer. amot. leg. ex duobus. ff. de vulg. & pup. aut nullæ reliquiæ ſuperſunt, & tunc ceſſante cauſa ceſſat effectus l. fin. ff. vnde lib. & leg. generaliter C. de epiſc.& cler.

Circa ſextum. An plures cauſæ concurrere poſſint. Dicas quod ſic
8 vt in §. affinitatis Inſt. de nupt.& ibi notant ſcribentes & Bart. in d. verbo, Ne ex eorum, in extrauag. ad reprimendum, & Ariſt.2. Phyſico. tracta.3.c.1.

Circa

Circa ſeptimum. An requiratur
omnium cauſarum concurſus? Bar.
9 extrauag. ad reprimendum in dict.
verbo, Ne ex eorum, dicit, quod
quando in lege ponuntur plures
cauſæ, & plures finales effectus,
tunc, aut illi finales effectus ſunt ſe-
parati; & diſtincti & ſufficit alte-
ram ex illis cauſis adeſſe, vt in §. af-
finitatis Inſtit. de nupt. & notatur
in l. liberorum ff. de his qui not. in-
fam. & in leg. ſi ventri §. in bonis ff.
de priu. credit. aut illæ plures cauſæ
tendunt ad idem, & tunc vtriuſque
concurſus requiritur, ſi vna cauſa
ponitur; vt ratio, alia, vt ratio ratio-
nis, vel vna ponitur tanquã maior
propoſitio altera, vt minor ad pro-
bandum idem l. 1. ff. ſolut. matr. l.
ſed ſi lege §. item ſi rem ff. de petit.
hæred. Idem concludit Abb. in d. c.
cum ceſſante in princ. de appellat.
dicens quod aut quælibet cauſa eſt
ſufficiẽs ad effectum producendũ,
& tũc ſufficit vnam adeſſe, licet alia
ceſſet, vt d. §. affinitatis. Aut quæli-
bet cauſa diſtributiuè nõ ſufficit ad
producendum effectum, ſed ſimul
conſiderata. Et tunc ſi ceſſat vna
debet ceſſare effectus cap. quoniam
frequente §. porro, iuncto ſi autem
vt lit. non conteſt. & ſequitur Phi-
lip. de Peruſ. in d. c. cum ceſſante in
princ.

Circa octauum quę ſit cauſa fina-
lis mineralium? Dico quod diuerſæ
10 ſunt cauſæ, prout ad diuerſa habe-
mus obiectum. Si conſideramus fi-
nem generationis mineralium, di-
cendum eſt quod cauſa finalis eſt
forma, quia iſte eſt finis ipſius, vt
dixi ſupra verſ. 2. Si vero habeamus
obiectum quare a natura generen-
11 tur; dicendum eſt illa ad vtilitatem
noſtram generari, quorum cauſa
cuncta generantur §. in pecudum
Inſt. de rer. diu. & habetur in princ.
Geneſis, & Pſalmo 8. & Plinium li.
7. in princ. dum dicit quod hominis
cauſa videtur cuncta genuiſſe na-
tura, & per Lactantium Firmianum
12 in lib. de Ira Dei c. 12. Si uero quę-
ramus de fine quærentium mine-
ralia, dicendum eſt, vtilitatem eſſe
finem ipſorum l. 1. C. de met. &
metal. lib. 10. vbi textus, quotũ cau-
ſa in viſcera terræ imus, & in ſedes
manium opes quærimus, vt dicit
Plin. lib. 33. in princ. & hic eſt ſecũ-
daria intentione finis rei generatæ,
operari in ipſis vt dixi ſupra verſic.
circa ſecundum.

13 Si vero quærimus quis ſit finis
legislatoris in his diſponentis, &
iſta conſideratione alia eſt cauſa
proxima, alia remota. Proxima eſt
diſcernere equum ab iniquo, licitũ
ab illicito, vt dicit Azo. in ſumma
in princ. ſuper C. Anto. de Butr. &
Abb. in Rub. prooem. Gregoria, &
Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 98. art. 1.
vbi dicit, quod finis humanæ legis
eſt temporalis tranquillitas Ciuita-
tis: Remota eſt ęterna felicitas ad
quam omnes ſcientiæ finaliter ordi
nantur, vt dicunt Ant. de Butr. &
Abb. in d. Rub. & Alber. de Roſate
in prooem. Digeſtorum: & concor-
dat Burleus in loco allegato ſupra
verſ. 2. quem conſequimur in agno
ſcendo, & amando Deum qui eſt
vltimus finis hominis vt dicit Tho
mas Prima 2. quæſt. 1. art. fin. in cu-
ius diuinæ ſcientiæ viſione ſolum,
& non in alio conſiſtit vera & per-
fecta felicitas vt concludit Diuus
Thomas ead. parte q. 3. art. fin. Si
vero conſideramus finem addiſcẽ-
tium & componentium, & hac cõ-
ſideratione Hoſt. in princ. ſummæ
verſ. quid ſit finis & archi. 37. diſt.
cap. non ne, dicunt quod quinque
ſunt fines. Primus vt ſciantur, &
ad hunc finem tendere videntur re-
14 ctores quorum finis eſt vanagloria.
Secundus eſt vt ædificentur, & ad

hunc

hunc finem tendunt Theologi, & Canoniſtæ boni & iuſti, & horum finis eſt prudentia. Tertius vt ſciãt, & ad hunc tendere videntur Dialectici nimis in illa arte immorantes, & iſtorum. Finis eſt ſuperbia, quia plus audiunt quam proficiãt. Quartus, vt lucrentur, & ad hunc tendere videntur Phyſici & Legiſtæ nolentes in paupertate viuere, & iſtorum finis eſt auaritia. Quintus vt ædificentur vt Magiſtri boni qui non legunt ad laudem humanam, ſed Dei & ad inſtructionem ſui, & aliorum, & iſtorum finis eſt caritas, quia per hoc eleemoſinam dicuntur dare proximo 45. diſt. c. duæ ſunt & c. tria. Ad hoc enim tenentur ex quo talentũ ſcientiæ credidit eis Deus, alias æternam damnationem incurrunt 44. diſtin. c. diſpenſatio 11. q. 3. cap. nolite vt dicit Archid. in d. c. nonne, & æquiparãtur odoratui, quia iſtorum redolet bona fama c. 1. §. ad exhibendum de ſacr. vnit. & dicit Hoſt. in d. verſ. Quid ſit finis. Hic finis mouet me ad cõponendum hũc tractatum, vt hæc mineralium materia in diuerſis partibus iuris, & ſparſim a

15 Doctoribus noſtris tractata ea diligentia qua potui, & quam ſubminiſtrauit in vnum compoſita Deus, vt faciliori ſtudio comprehẽdatur ad noſtra & aliorum, ad quos hæc ſcripta peruenerint qualiacunque ſint vtilitatem: & ad laudem indiuiduæ Trinitatis in cuius nomine incepimus.

16 Circa nonum, & vltimum. Quis de ipſa cauſa finali modus agendi? Dico quod cum finis quærentium metalla ſit vtilitas, vt ſupra dixi in præcedenti verſ. quæ partim reipublicæ, partim inuentori quæritur; & ſic priuato vt l. 1. C. de met. & metal. lib. 11. ibi, vt ſibi & reipublicæ commoda compararẽt, de vtraque cauſa mineralium dicetur, partientes hanc finalem cauſam, in duas partes, in quarum prima de reipublicæ vtilitate, in ſecunda de priuata vtilitate dicetur.

D E

DE PVBLICA VTILITATE.

Titulus Decimusquartus.

SVMMARIA.

1 Prima vtilitas eſt introitus ad artem ex quo ſolui debent fiſco octo ſcrupuli metalli effodiendi.
2 Secunda eſt annuum tributum libræ vnius 14. vnciarum eiuſdem metalli. Sed auri ſeptem ſcrupulos tantum.
3 Tertia eſt decima pars eius quod effoditur, poſt eius foſſionem, & purificationem.
4 De lapidibus, Alumine, & ſimilibus ita ſoluendum, vt de metallis.
5 Niſi conſuetudo ſit in contrarium.
6 De Salinis etiam ſoluendum.
7 Et ſolutio debet eſſe in eadem ſpecie.
8 Vncia continet octo dracmas, & dracma tres ſcrupulos.
9 Libra in genere intelligitur 12. vnciarum ſed in huiuſmodi ſolutione debent eſſe 14.
10 Solutiones huiuſmodi ſunt de regalibus.
11 Et debent fieri fiſco etiam de Metallis priuatorum.
12 De Alchimia non ſoluitur, ſed tantum Gabella iuxta eius apparentem ſpeciem.
13 Ita & de alijs metallis ſoluitur Gabella.
14 De Auricalco non ſoluuntur Regalia.
15 De Metallo quod mutatur in alteram ſpeciem non debentur Regalia, neque Gabellæ.
16 De eo quod quis negociatur debetur Gabella, etiam à clerico.
17 In terris Eccleſiæ Regalia debentur fiſco Eccleſiæ.
18 Theſaurus ſi caſu ſit inuentus debetur fiſco dimidia, ſi dedita opera totus.
19 Gemmarum ſoluitur gabella niſi ſint in anulis, & ad vſum gerentium.
20 Vectigal eſt octaua pars eius, quod vehitur.
21 Lapidum Gabella non comprehendit precioſos.
22 Belli tempus non liberat à ſolutione niſi ſaltem pro dimidia impediat debitorem.
23 Regalia debent exigi à miniſtris ad hoc deputatis.
24 Qui vel à Principe vel à Ciuitate iuxta conſuetudinem ſunt eligendi.
25 Nec poſſunt officium deſerere, niſi ſit completum.

Circa primam partem videndum eſt; Quæ vtilitas Reipublicæ, ideſt fiſco quæratur ex metallis, ideo ſubijciendo titulum de Reipublicæ vtilitate.

Primo quæro, quæ ſit iſta vtilitas, quæ Reipublicæ metallis debetur. Reſpondeo quod eſt triplex, & ex triplici cauſa procedit. Prima, quia pro introitu in officio ad fodiē-
1 dū ſolui debēt fiſco octo ſcrupuli, id eſt,

eſt, tertia pars vnciæ illius metalli
ad quod fodiendum accedit, quos
non ſoluit niſi ſemel vt dicunt Az-
zo. in ſumma C. de metall. & met.
lib. 11. glo. & Bart. & Ioan. de Plat.
in l. 1. eod. tit. Secunda eſt, quia de
eo metallo, quod foditur, debet da-
ri fiſco quolibet anno vna libra,
2 quæ ſit quatuordecim vnciarum,
vt l. 2. C. eod. tit. niſi aurum fodiat,
quo caſu ſoluet Metallarius ſeptem
ſcrupulos, vt l. pro annis C. eod. tit.
Tertia vtilitas eſt, quia vltra annuũ
canonem de toto eo, quod effodiens
extrahit facta purificatione metalli,
debet dare fiſco duas decimas, id eſt
duas partes ex decem partibus ſi fo-
dit in publico: Si verò in priuato v-
nam fiſco, aliam decimam priuato
3 l. 3. C. eod. tit. Si in proprio ipſius fo-
dientis vnam decimam tantum fi-
ſco. Et iſtæ decimæ ſunt poſt foſſio-
nem, & purificationem metalli, vt
dicit Ioa. de Plat. in d. l. 1. & ibi Azz.
Glo. & Bart. Et prædicta procedunt
niſi conſuetudo ſit in contrarium,
quia circa huiuſmodi conſuetudo
debet attendi, vt l. ſi venditor §.
ſi conſtat ff. comm. præd. vt dicit
Bart. Veron. in l. inter publica §. pu-
blica in 4. not. ff. de verbor. ſign. &
Card. Alex. in c. 1. Quæ ſint rega. Et
dixi ſupra in tit. de metall. vbi vi-
deas latius.

Secundò quæro. An de marmo-
ribus, lapidibus, allumine, & ſimili-
bus ſint ſoluendæ decimæ, & alia,
quæ debentur fiſco de metallis? Re-
4 ſpondeo quod ſic, Bart. & Ioan. de
Plat. in l. cuncti, C. de metall. & me-
tal. & ſentit Azzo. in ſumma de me-
tall. & met. & Paul. Caſtr. in conſ.
178. & dixi ſupra tit. de Metalla. Et
5 prædicta procedunt, niſi conſuetu-
do ſit in contrarium, quia circa ta-
lia conſuetudo debet attendi, vt de
metallis, quorum appellatione ve-
niunt iſta, vt dixi ſupra in quæſtio-
ne præced. & lib. 2. tit. de metalla.

Tertiò quæro. Vtrum de ſalinis
ſoluantur decimę, prout de metal-
6 lis. Dicas quod aut quæritur de ſa-
linis, quæ ceduntur vt lapidicinæ, &
de iſtis ſoluentur, aut de illis, quæ
fiunt ex aqua, & de iſtis ſoluetur il-
la portio, quam dixi ſupra in tit. de
Salinis. Sed in his etiam attenden-
da eſt conſuetudo, vt ibi dixi.

Quartò quæro. An ſolutio facien
da de metallis fieri debeat de illo,
7 quod fodit? Reſpondeo quod ſic,
vt dicit Azzo. in ſumma de metall.
& met. lib. 11. Et pariter ſolutio an-
nua, & decimarum facienda eſt de
illo, quod foditur, vt dicit Ioann. de
Plat. in l. 2. eod. tit. Et quod dico de
metallis, idem dicendum arbitror
de Salinis, Marmoribus, Allumi-
ne, & ſimilibus, per nota. ſupra q. 3.
in locis ibi allegatis.

Quintò quæro, quod ſit ſcrupu-
lus? Reſpondeo quod eſt uigeſima
8 quarta pars unciæ, & tertia pars u-
nius dragmæ, & dragma eſt octaua
pars unius unciæ, & ſic octo ſcrupu
li ſunt tertia pars unciæ. Et ideo tres
ſcrupuli cõſtituunt dragmã, & octo
dragmæ unciam, ut dicit gloſa in d.
l. 1. C. de met. & metall. & declarat
ibi Ioan. de Plat. ſecundum opinio-
nem Azzo. ibidem in ſumma. Et li-
cet Plac. Roger. & Hug. aliter pu-
tauerint, tamen ſecundum Bart. in
d. l. 1. adhærendum eſt opinioni A-
zonis, quia in dubio accipitur pro
minori pondere, & ſic contra fiſcũ,
ut l. non puto ff. de iure fiſc. Ita con-
cludit Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. de
metall. & meta. libr. 11.

Sextò quæro, cuius ponderis de-
beat eſſe libra metalli, quæ ſolui de-
ber, & cuius ponderis libra in du-
9 bio intelligatur. Reſpondeo quod
libram, quoad præſentem materiã,
ut ſupra dixi, debet eſſe quatuorde-
cim unciarum l. 2. & ibi Bartol. &
Ioan.

Digitized by Google

Ioan. de Plat. C. de metall. & met. lib. 11. Poteſt autem libra eſſe maior & minor iuxta conſuetudinis ciuitatis, cui ſtandum eſt in iſtis menſuris, & ponderibus vt ibi & l. Imperatores ff. de contr. empt. In dubio autem libra intelligitur duodecim vnciarum vt ibi dicit gloſa: & in leg. Gaius ff. de annu. leg. l. ſeruum meum §. finis vbi not. ff. de hæred. Inſtit. & Inſtitut. eodem tit. §. hæreditas niſi aliter ſe haberet conſuetudo vt in dict. leg. 2. Et in quibuſdam Ciuitatibus in uenditione quorũdam rerum libra intelligitur decem & octo vnciarum. Et vt tollatur omnis dubitatio debent eſſe in ciuitatibus menſuræ, & pondera publica ad quæ habeatur recurſus vt leg. modios. Cod. de ſuſcept. & arch. lib. 10. Ita concludunt Bart. & Ioan. de Plat. in d. l. 2.

Septimo quæro. An ſolutiones quæ de metallis fiunt ſint de regalibus & publica dicantur vectigalia?
10 Reſpondeo quod ſic c. 1. quæ ſint regal. ibi argentariæ leg. inter publica §. Publica. ff. de verb. ſign. & not. Bart. Veron. in d. §. Publica. dicens, quod id quod ſoluitur fiſco de metallis eſt de regalibus, & dicitur publicum vectigal, & inter publica vectigalia connumeratur, vt dict. leg. inter publica in 4. not.

Octauo quæro. An de metallo quod foditur in fundo priuati debeatur decima fiſco. Dico quod ſic, vt dixi ſupra, & not. in leg. cuncti. Cod. de metall. & mer. lib. 11. & not. Bart. & Ioan. de Plat. in leg. 1. Cod. eod. tit. & Azo. ibi in Summa, & Bart. Veron. in dict. l. inter publica. §. publica in 4. notab. Et idem eſt dicendum de alijs ſolutionibus quæ fiunt per ipſos fodientes, vt l. 1. & leg. per annos cod. tit. & idem no. Card. Alex. in cap. 1. Quæ ſint rega. in uerbo Argentariç. Et procedunt
11 prædicta niſi conſuetudo ſit in contrarium, vt dicunt Bart. Veron. & Card. & dixi ſupra.

Nono quæro. An de metallo alchimico ſolui debeat Decima fiſco. Reſpondeo, quod non quia metallum alchimicum non foditur, ex qua foſſione cauſatur ſolutio natu-
12 ralis metalli, ſed arte ipſa vna ſpecies metalli in aliam conuertitur, vt dixi ſupra lib. 1. in tit. de Alchimiſta quæſt. 4. & ſic ceſſat ſolutionis cauſa leg. adigere. §. quamuis cum ibi not. ff. de iur. patron. Si vero aurum alchimicum vel argẽtum vel aliud metallum vehitur de loco ad locũ ſoluentur gabellæ, & vectigalia fiſco prout de naturali metallo ſoluẽtur, & hoc verum eſt quando per alchimia fieret verum aurum vel argentum quia non differt in ſuſtantia a naturali vt dixi ſupra tit. de alchi. ſed ſi eſſet ſophiſticatũ ſolueretur ſecundum ſpeciem quam haberet in rei exiſtentia. Hoc tamen ſciendum eſt quod ſi publicanum vellet decipere punitetur, vt dixi in d. tit.

Decimo quæro. An de metallis, quę vehuntur ſolui debeãt gabellę. Dico quod ſic l. interdũ §. ſpecies
13 ff. de publica, vbi gloſa exemplificat in ferris. Hoc Griffolus facit lege vniuerſi. Cod. de vec. & comm. & notat Feder. de Senis in conſil. 207.

Vndecimo quæro. Quid ſoluẽdũ ſit de auricalcho? Reſpondeo quod ea quæ ſoluuntur de metallis naturalibus non debent ſolui de aurical-
14 co quia non foditur, ſed fit ex ære & quibuſdam medicaminibus perducitur ad aureum colorem, vt dicit Iſidor. lib. 16. c. 17. & dixi ſupra & tit. de metall. Sed ſi vehitur auricalchũ debentur gabellæ per not. in d. l. interdum §. ſpecies. Et dixi in præcedenti q.

Duo-

Digitized by Google

Duodecimo quæro. An Religioſi qui accipiunt ferri rudem & illam purgant, & extrahunt ferrum teneantur ad ſolutionem gabellæ? Feder. de Senis in conſil. 207. Hos Griffolus, cõſuluit, quod non teneãtur, quia non dicuntur negociari, quia negociari eſt rem emptam nõ mutatam vendere; Emere autem rudem materiam, & illam per artificium, & ſecundum regulam alicuius profeſſionis, ſeu artis ad aliquã formam reducere non eſt negociari ſeu mercari cùm negociatio dicatur in commercijs de verbor. ſign. cap. forus & negociatio eſt clericis interdicta ſed non artificium 88. diſt. c. eijciens, ita concludit Feder. de Senis in d. conſil. in quo conſuluit pro fratribus Sancti Galgani Volaterranæ diœceſis.

Tertiodecimo quæro. An clerici vel alij Religioſi pro metallis, quæ cauſa negociandi deferunt teneantur ad gabellas. Reſpondeo, quod ſic, quia negociando nõ ſunt immunes a gabellis capit. quamquam a contrario ſenſu de cenſib. lib. 6. & ibi not. Domi. & Card. Zaba. in conſil. 12. Spec. in tit. de immu. eccleſ. in fine & no. Firma. in tracta. de gabella. in 7. quæſt. 8. partis & dicuntur negociari cum metalla emunt, ſed illa non mutata vendant, ſecus eſt ſi emant vt ſit eis materia aliquid inde operandi vt declarat Domi. in d. c. quanquam in fine in glo. in verbo negociandi, & dixi in q. præced.

Decimoquarto quęro: quid ſi metalla in loco ſacro vel in fundo eccleſiæ inueniantur? An fiſcus Eccleſię, An vero Cæſaris habebit decimas. Reſpondeo quod fiſcus Eccleſiæ, quia hodie res Eccleſiaſticæ nihil ad Imperatores c. ſolitæ, de maior. & inobed. & in Auth. quomod. opor. epiſc. in princ. nã Eccleſiæ vniuerſalis habet fiſcum vt eſt teſt. in l. dem. uolentes de hære. & tenet Ioã. de Plat. in l. 1. C. de iur. fiſc. lib. 10. col. 2. Et idem eſt dicendum de theſauro inuento in loco ſacro vt medietas fiſci Eccleſiæ ſit & non Cæſaris, vt dicit Ioan. de Plat. in dict. l. 1. colum. 2. verſ. ſed quid C. de theſau. lib. 10. & dixi ſupra in titul. de theſaur. q. 23.

Decimoquinto quæro, quæ vtilitas quæratur fiſco de theſauris. 18 Reſpondeo, quod ſi caſu fortuito in fundo fiſci, uel publicis in locis fuerit theſaurus inuentus, dimidia debeatur fiſco: ſi data opera totus eſt fiſci, vt dixi ſupra in lib. 2. in tit. de theſaur. quæſt. 22. Si arte magica vel alia reprobata totus eſt fiſci quocunque in loco fuerit inuentus, vt dixi in d. tit. q. 29.

Decimoſexto quæro. Quid de gẽmis? Reſpondeo, quod de gemmis, quę vehuntur ſoluendũ eſt vectigal fiſco leg. interdũ §. ſpecies ff. de publica, qui textus multas ſpecies gẽmarũ refert, vt ibi dicit gloſa, cùm de omnibus ſit ſoluendum vectigal vt l. vniuerſi C. de vect. & comm. Et eſt vectigal octaua pars eius quod vehitur. d. l. vniuerſi gl. in l. 1. §. hęc titulis ff. de publican. not. Azo. in ſumma. C. vectigal. & hæc vera, niſi quis portaret in anulis gemmas ſui vſus cauſa, quia non ſoluetur vectigal nec gabella, vt not. Bartol. in l. 1. §. cum in eadem ff. ad leg. Corn. de iact. & dixi ſupra in tit. de orn. q. fin.

Decimoſeptimo quæro, quid ſi ſtatutum diſponit, quod de lapidibus ſoluatur gabella. An ſoluetur de lapidib. precioſis? Firm. in Trac. de gabell. in 2. parte 8. partis quæſt. 10. concludit quod non, quia appellatione nõ ueniunt lapides precioſi vt not. Bart. in d. l. interdũ. §. ſpecies. ff. de publica, & dixi ſupra in lib. 2. in tit. de gemmis q. 23.

Margin numbers: 15 (beside "der. de Senis"), 16 (beside "tur ad gabellas"), 17 (beside "Reſpondeo quod fiſcus"), 19 (beside "blica, qui textus"), 20 (beside "vehitur"), 21 (beside "de gabell.").

Deci-

Decimooctauo quero quid ſi Prin
ceps vendit venam ferri fodiendam
& exportandam certo tempore, An
emptores excuſentur a ſolutione,
propter bellum, ſi poterant fodere,
& venam exportare per mare cum
lignis magnis Corn. in conſil. 152.
Præſens in conſultis lib. 4. conſuluit
pro Illuſtri Domino Plumbini, qui
venam ferri vendidit in inſula Iluæ
fodiendam, & exportandam certo
limitato tempore, quod mercatores
ementes nõ excuſantur propter bel
lum, quia in loco venę poterant fo-
dere, & ibi nullum erat impedimẽ-
tum, & venam exportare poterant
per mare cum lignis magnis, licet
cum maiori expenſa, nec bellũ erat
22 impedimento lignis magnis, licet
paruis eſſet: Nec mos portandi cum
lignis paruis conſiderari debet tem-
pore belli, quia non eſt in conſide-
ratione qualibet incommoditas em
ptoris & pariter, nec quodlibet dã-
num, ſed dumtaxat damnum reipſa
contingens ab ipſo initio vltra dimi
diam iuxti præcij l. 2. cum ibi not.
C. de reſcind. vend. cap. cum dilecti
& cap. cum cauſam de empt. & vẽ-
dit. Ex quibus & alijs per ipſum ad-
ductis concludit, quod emptores
teneantur ſoluere præcium venæ
ferri dicto Domino Plumbini ven-
ditori.

Decimonono quæro. Per quos exi-
gantur ſcrupuli, decimæ & aliæ ſo-
lutiones, quæ fieri debent fiſco de
23 metallis? Reſpond. per officiales ad
exigendum præſtationes metallicas
deputatos, leg. cum procuratores,
Cod. de met. & metall. lib. 11. & ibi
gloſa & Azo. ibi in ſumma in fine,
& Bart. & Ioan. de Plat. in d. l. qui
dicit quod procuratio ibi impropriè
ponitur, cum inuito tale beneficiũ
conferatur, ſicut & alia munera pu-
blica, quod ſecus eſt in procuratio-
ne priuata l. ſi tibi mandauero. §. ſi
tibi ff. mand. Officium autem dicto-
rum procuratorum, & officialium
eſt vt eant ad inſulas & ad loca, vbi
metalla fodiuntur, & exigant a me-
tallarijs debitum canonem ſcrupu-
lorum, & decimarum de quibus in
d. leg. 1. 2. & 3. C. de metall. & met.
lib. 11. vt not. Ioan. de Plat. in d. leg.
cum procuratores, & Azzo. ibi in
ſumma in fine.

Vigeſimo quæro. Quomodo eli-
gantur dicti officiales, ſeu Procura-
24 tores metallorũ. Reſpondeo quod
debent eligi ſecundum conſuetu-
dinem prouinciarum in quibus fo-
diuntur metalla ex curialibus ciui-
tatum dictarum prouinciarum, vt
d. l. cum procuratores, & l. exacto-
res Cod. de ſuſcept. præp. & archa.
lib. 10. Ita dicit Ioan. de Plat. in d. l.
cum procuratores in prin.

Vigeſimoprimo quæro. An dicti
officiales poſſint deſerere officium,
& an cogi poſſint illud finire. Re-
25 ſpondeo, quod non poſſunt illud
officium deſerere, etſi illud dere-
linquerint, reuocandi ſunt ad aliud
finiendum, nec poſſunt ad aliam di-
gnitatem promoueri niſi illud per-
ficiant d. l. cum procuratores, & ibi
not. Bart. & Ioan. de Plat. qui notat
quod quis debet perficere, quod in-
cepit, quia nihil dicitur eſſe factum
donec aliud reſtat agendum d. leg.
fin. C. ad Sillan. Et qui principium
ponit debet etiam finem ſupplire de
conſec. diſt. 1. cap. nullus epiſcopus.
Ideo qui deſerit officium publicum
reducendus eſt ad illud, vt d. l. cum
procuratores, & l. ſi ad Magiſtratũ,
& l. generali C. de decur. lib. 10. Nõ
enim meretur priuilegium qui ſti-
pendia publica non compleuit l. 1.
c. 2. C. de his qui nõ impletur ſtipen.
lib. 10. & notat Azzo. in ſumma C.
de metall. & met. lib. 11.

Digitized by Google

inuentori de Salinis inuentis. Dicē-
dū eſt de ſalinis, quod aut inuenit in
proprio fundo, & iſtæ ſunt Domini
fundi leg. magis puto in princ. ff. de
reb. cor. & dixi ſupra tit. de ſalinis.
Aut inuenit in fundo priuati alte-
3 rius quam inuentoris, & diſtinguo
aut inuenit ſal natiuum, quod cedi-
tur vt lapis & huius vna decima
fiſco, alia priuato debetur, reliquum
ſibi retinet inuentor d. leg. cuncti.
Si verò inuenit aquam ſalſam, dic
vt dixi ſupra in tit. de ſalinis lib. 2.
q. duodecima. Puto tamen in his at-
tendendam conſuetudinem, vt di-
cit Bart. Veron. in d. l. inter publica.
§ publica in 4. not. ff. de verb. ſign.
& Card. Alex. in d. cap. 1. quæ ſint
regal.

Quarto quęro quid de theſauris,
quæ portio acquiratur inuentori.
4 Dicas quod ſi in ſuo quis inuene-
rat arte licita, & non reprobata to-
tus acquiritur inuentori leg. 1. C. de
theſau. lib. 10. & dixi ſupra lib. 2.
tit. de theſau. q. 5. & 6. aut inuenit in
alieno, & tunc aut caſu fortuito, &
dimidia eſt inuentoris alia dimidia
eſt Domini fundi vt d. l. 1. C. de the-
ſau. & ibi Ioan. de Plat. & dixi ſupra
eodem tit. de theſau. Si vero data
opera aut arte illicita nihil quæritur
inuentori, vt d. tit. q. 7. & q. 39.

Quinto quęro. Quid de gemmis.
An acquirantur inuentori? Reſpon-
5 deo, quod aut inuenientur in litto-
re maris, & acquiruntur inuentori,
aut in loco alieno, & tunc non vt
dixi ſupra lib. 2. tit. de gemmis, Dic
tamen limita. & intelligere vt ibi
dixi.

Sexto quæro. Quæ portio debea-
tur Domino fundi de metallo per
alium inuento. Reſpondeo, quod
debet habere dominus decimā par-
6 tem facta purificatione metalli, vt l.
cuncti C de metall. & met. lib. 11. &
not. Bart. & Ioan. de Plat. in d. l. 1.
eod. tit. aliam decimam debet fiſc.
& reſiduum ſibi retinet inuētor, vt
not. in d. leg. 1. per Bart. & Ioan. de
Plat. & dixi ſupra lib. 2. tit. de me-
tallis.

Septimo quæro. Quid ſi vnus ex
dominis habentibus fundum com-
munem in dicto fundo fodinas in-
ſtruxerit, & metallum inuenerit, an
aliquam partem, & quam condomi
nis dare teneatur. Conſidero pro re-
ſolutione duos caſus principales.
Primus eſt vltra decimas. Secundus
eſt circa decimam, quæ debetur
domino fundi. Circa primum dico,
quod aut ille fodit volente condo-
7 mino, & in expenſis contribuente
ſocietate inita ad aurum, vel argen-
tum, vel aliud metallum fodiēdum
prout contrahi poteſt, vt l. 1. §. 1. ff.
quod cuiuſ. vniu. nom. & ibi not. Et
iſto caſu alter particeps erit commo
di, & incommodi metalli effoſſi pro
ea rata pro qua dominus eſt l. ſi nō
fuerint ff. pro ſoc. not. Bald. in l. 1. in
4. q. Cod. pro ſoc. ſequitur Corn. in
conſ. 152. ad euidentiam col. fin. lib.
4. Aut alter incępit fodere ſuis ſum-
ptibus altero nolente contribuere
in expenſis. Et iſto caſu totum me-
tallum erit ipſius fodientis, excepta
portione decimæ quæ debetur do-
mino fundi, vt infra dicam, quia cū
liceat in alieno fodere inuito domi-
no, & metallum ſit inuētoris, vt not.
in l. quædam C. de met. & metall.
lib. 11. vt dixi in q. præced. multo
magis in fundo communi, vt dixi
ſupra lib. 1. tit. de metall. q. 39. Nec
obſtat, quod licet vſus rei cōmunis
ſit indiuiduus, & ea ratione vtatur
quis re communi ad vſum deſtina-
tum, vt not. gloſa in leg. Sabinus ff.
comm. diui. & not. Bald. in l. duo fra
tres ff. de acq. hær. & Petr. de Peruſ.
de ſocietate parte quinta q. 9. quia
loquitur d. l. ſi quis putans. §. 1. ſe-
cundum Bald. quando ex cultura

—ndi in ſuperficie percipitur, ſecus eſt quando ſub ſuperficie fundi per cuniculos metalla fodiūtur, quo caſu prohiberi nequit, & quæruntur inuentori, & dicit Pau. de Caſt. in d. l. diuortio. §. ſi vir in fundo ff. ſol. matrim. Et pro hoc facit deciſio Dyni, Bart. & Doct. in l. quia poterat ff. ad Trebell. & dicunt per illum textum fuiſſe antiquitus determinatū, quod ſi duo contraxerint ſocietatem, & vnus eorum nolit alteri conſentire volenti aliquam certam negociationem exercere & ille fuerit ſuo periculo, & multum lucratus ſit, quod ſocius, qui contradixit non debet habere partem lucri, & ibi etiam concludit Alexand. Aut & tertio condominus fuit requiſitus ſi volebat contribuere in expenſis fodiendi, qui verbis obtulit non tamen realiter contribuit & inuento vero metallo dicit velle expenſas ſoluere, & participare. Et iſto caſu puto, quod non poſſit participare nec aliquid cōſequi de lucro metalli, quia fuerit in mora contribuendi in expenſis, potuit ille proprio nomine fodere, & lucrum totum ſibi quæri, & alteri non tenetur communicare leg. 4. §. ſi ab ignoto ibi, ſiue hoc actum nummos ſeruus non dederit ff. de manumiſſ. & quia fodinæ pro parte exerceri non poſſunt, & expēſa reſpicit totū cuniculum l. ſi quis putans. §. 1. verſ. certum ff. comm. diu. & quia cum alter non teneatur ad damnum ſi inuentum non eſſet metallum, vt d. l. ſi quis putans. §. 1. congruum eſt vt excludatur a lucro vt dict. leg. quia poterat ff. ad Trebell. leg. ſecundum naturam ff. de reg. iur. Nec ſufficit verbo offerre, quia quando quis vult aliquid conſequi ad quod perſequendum neceſſaria eſt impenſa, debet offerre factis non verbis vt C. de vſur. l. acceptam, & ita dicit Bald. in cap. 1. §. licet ſi de feud. fuer. contr. int. dom. & agna. & propterea requiritur, quod pecuniam habeat in man. vt not. Bartol. in leg. prætor §. ſi quis paratus ff. de oper. no. nunc. Matheſ. not. 131. Petr. de Anch. in conſ. 131. Viſis diligenter in princ. Alex. in l. ſi mora ff. ſol. matr. quia vbi opus eſt facto verba non ſufficiunt c. 1. & ibi not. de eo qui mitt. in poſſeſſ. Alex. conſil. 30. In cauſa verſ. & ſi dicatur lib. 4. & pro hoc facit deciſio Pauli Caſtr. in conſil. 269. Viſo proceſſu lib. 2. in princ. in nouiter impreſſis vbi voluit, quod ſtante ſocietate inter aliquos ad emendum guadum ſi vnus ex ſocijs ſit in mora ſoluendi pręcium, & alter emit, poſſet offerendo precium cum omni intereſſe petere ſuam partem lucri, ſed ſi alter fuit in mora ſoluendi partem ſuam, poterit alter emere proprio nomine, & lucrum ei non communicare per tex. in d. §. quod ſi ab ignoto ſupra allegato, & totum lucrum eſt illius, qui pecuniam totam expoſuit altero requiſito non ſoluente. Et ita in ſimili dicit notare Cynus poſt Petr. de Bellapert. in l. ſi tutor. C. in quibus caſ. in int. reſtit. non eſt neceſſ. Aut & quarto condominus non fuit requiſitus, ſed alter illo ignorante fodit, & inuenit metallum, & iſto caſu credo rem, quod volendo concurrere ad expenſas factas ipſe condominus debet participare de metallis inuentis pro ea rata pro qua eſt dominus fundi, quia ceſſant rationes de quibus in præcedenti caſu, quia condominus requiri debebat iuxta notata in leg. Sabinus ff. comm. diu. & in l. ſi quis putans eſſe eodem tit. & dixi ſupra in tit. de Metallarijs.

Circa ſecundum caſum in quo quęrendum eſt de portione quę debetur domino fundi, quæ eſt decima pars, vt l. cuncti C. de metall. & met.

523517

met. lib. 11. dico, quod iſta d-
debetur alteri condomin
parte pro qua domin
vero erit condom
fodiens in f
n unam
it

&
betur alteri cond
rit quod alter foderet,
rauerit, ſiue etiam contradixerit
quia debetur ratione dominij vt di-
xi, & tradidi ſupra in tit. de me-
tall.

Octauo quarto. An metallarius,
qui vult vendere metallum debeat
prius notificare fiſco an velit eme-
9 re. Reſpondeo, quod ſic leg. 1.
Cod. de metall. & metall. libr. 11.
quia cum teneatur vendere fiſco,
prius emere uolenti, debet ſibi no-
tificari, vt not. Iaſ. in leg. 3. in
not. Cod. de iur. emphyt. Bart. &
Doctor. in leg. qui Romæ. §.
hæredes ff. de verborum oblig-
ne, & no. Ioan. de Plat. in leg. 1.
& quando C. non lic. hab. met
Bal. in c. 1. Per quos fiat inuent
fiſcus emere velit tenetur met
rius illi metalla vendere potius
alteri, vt habetur in l. 1. ubi tex
de metall. & met.
in ſumma & Bart.
quo infert ibi Ioa

—ndi in ſuperficie percipitur, ſecus eſt quando ſub ſuperficie fundi per cuniculos metalla fodiũtur, quo caſu prohiberi nequit, & quæruntur inuentori, & dicit Pau. de Caſt. in d. l. diuortio. §. ſi vir in fundo ff. ſol. matrim. Et pro hoc facit deciſio Dyni, Bart. & Doct. in l. quia poterat ff. ad Trebell. & dicunt per illum textum fuiſſe antiquitus determinatũ, quod ſi duo contraxerint ſocietatem, & vnus eorum nolit alteri conſentire volenti aliquam certam negociationem exercere & ille fuerit ſuo periculo, & multum lucratus ſit, quod ſocius, qui contradixit non debet habere partem lucri, & ibi etiam concludit Alexand. Aut & tertio condominus fuit requiſitus ſi volebat contribuere in expenſis fodiendi, qui verbis obtulit non tamen realiter contribuit & inuento vero metallo dicit velle expenſas ſoluere, & participare. Et iſto caſu puto, quod non poſſit participare nec aliquid cõſequi de lucro metalli, quia fuerit in mora contribuendi in expenſis, potuit ille proprio nomine fodere, & lucrum totum ſibi quæri, & alteri non tenetur communicare leg. 4. §. ſi ab ignoto ibi, ſiue hoc actum nummos ſeruus non dederit ff. de manumiſſ. & quia fodinæ pro parte exerceri non poſſunt, & expẽſa reſpicit totũ cuniculum l. ſi quis putans. §. 1. verſ. certum ff. comm. diu. & quia cum alter non teneatur ad damnum ſi inuentum non eſſet metallum, vt d. l. ſi quis putans. §. 1. congruum eſt vt excludatur a lucro vt dict. leg. quia poterat ff. ad Trebell. leg. ſecundum naturam ff. de reg. iur. Nec ſufficit verbo offerre, quia quando quis vult aliquid conſequi ad quod perſequendum neceſſaria eſt impenſa, debet offerre factis non verbis vt C. de vſur. l. acceptam, & ita dicit Bald. in cap. 1. §. licet ſi de feud. fuer. contr. int. dom. & agna. & propterea requiritur, quod pecuniam habeat in man. vt not. Bartol. in leg. prætor §. ſi quis paratus ff. de oper. no. nunc. Matheſ. not. 131. Petr. de Anch. in conſ. 131. Viſis diligenter in princ. Alex. in l. ſi mora ff. ſol. matr. quia vbi opus eſt facto verba non ſufficiunt c. 1. & ibi not. de eo qui mitt. in poſſeſſ. Alex. conſil. 30. In cauſa verſ. & ſi dicatur lib. 4. & pro hoc facit deciſio Pauli Caſtr. in conſil. 269. Viſo proceſſu lib. 2. in princ. in nouiter impreſſis vbi voluit, quod ſtante ſocietate inter aliquos ad emendum guadum ſi vnus ex ſocijs ſit in mora ſoluendi pręcium, & alter emit, poſſet offerendo precium cum omni intereſſe petere ſuam partem lucri, ſed ſi alter fuit in mora ſoluendi partem ſuam, poterit alter emere proprio nomine, & lucrum ei non communicare per tex. in d. §. quod ſi ab ignoto ſupra allegato, & totum lucrum eſt illius, qui pecuniam totam expoſuit altero requiſito non ſoluente. Et ita in ſimili dicit notare Cynus poſt Petr. de Bellapert in l. ſi tutor. C. in quibus caſ. in int. reſtit. non eſt neceſſ. Aut & quarto condominus non fuit requiſitus, ſed alter illo ignorante fodit, & inuenit metallum, & iſto caſu crederem, quod volendo concurrere ad expenſas factas ipſe condominus debet participare de metallis inuentis pro ea rata pro qua eſt dominus fundi, quia ceſſant rationes de quibus in præcedenti caſu, quia condominus requiri debebat iuxta notata in leg. Sabinus ff. comm. diu. & in l. ſi quis putans eſſe eodem tit. & dixi ſupra in tit. de Metallarijs.

Circa ſecundum caſum in quo quęrendum eſt de portione quę debetur domino fundi, quæ eſt decima pars, vt l. cuncti C. de metall. &

met.

523517

met. lib.11. dico, quod iſta d
debetur alteri condomin
parte pro qua domin
vero erit condom
fodiens in f
n unam
it

&
betur alteri cond
rit quod alter foderet,
rauerit, ſiue etiam contradixeri
quia debetur ratione dominij vt di-
xi, & tradidi ſupra in tit. de me-
tall.

Octauo quæro. An metallarius,
qui vult vendere metallum debeat
prius notificare fiſco an velit eme-
9 re. Reſpondeo, quod ſic leg. 1.
Cod. de metall. & metall. libr.11.
quia cum teneatur vendere fiſco,
prius emere uolenti, debet ſibi no-
tificari, vt not. Iaſ. in leg.3. in
not. Cod. de iur.emphyt.Bart. &
Doctor. in leg. qui Romæ. §.
hæredes ff. de verborum obliga
ne,& no.Ioan.de Plat.in leg.1.
& quando C. non lic.hab. mer
Bal.in c.1.Per quos fiat inueſt
fiſcus emere velit tenetur met
rius illi metalla vendere potius
alteri, vt habetur in l.1. ubi tex
de metall. & met.
in ſumma & Bart.
quo infert ibi Ioa

Digitized by Google

…da ſe obtulerunt, quæ ſi ſint
…igeſta, quam deceat imbe-
…illici erit ad ſcriben-
…uid in ſe habeant
…vtilitatis, no…
…laus …
…

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5235 17

Digitized by Google